


ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ


ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

PINDARI
CARMINA.

CUM

LECTIONIS VARIETATE

ET

ADNOTATIONIBUS.

ACCEDUNT

INTERPRETATIO LATINA EMENDATIOR,
SCHOLIA, ET FRAGMENTA;

NECNON

GODOFRÈDI HERMANNI DISSERTATIONES
PINDARICÆ, ET INDICES TRES.

A

CHR. GOTTL. HEYNE.

NOVA EDITIO CORRECTA ET EX SCHEDIS
HEYNIANIS AUCTA.

TOM. I.

LONDINI:
SUMTIBUS G. ET W. B. WHITTAKER.
1824.




ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

PINDARI

CARMINA

ET

FRAGMENTA.

VOL. I. II. III.


ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

PRÆFATIO.

QUID in hac Pindari editione propositum habuerim, exponam paucis *.

Pindari Carmina ante xxv hos annos prelis repetenda curaveram: quo consilio, ingenue professus sum in præfatione. Consequutus eram opera mea, quod volebam, ut in promtu essent exemplaria ad scholas interpretando Pindaro habendas, utque studium Pindari inter nostrates accenderetur. Interpretatus eum sum aliquoties; quoties autem novas lectiones instituerem, videbam multa quidem me nondum satis intelligere, incidebam tamen nec minus in loca, in quibus sentiebam, ipsum me antea aut nihil intellexisse aut parum acute vidisse. Interea exarserant studia popularium meorum. Fragmenta collegit et Pindari vitam perscripsit magno cum labore doctissimus I. G. SCHNEIDER, qui fuerat in familiaribus meis, tum autem Ar-

* τὸν Ἀργεῖον τρόπον εἰρήσεταί που ἐν βραχίστοις, ut cum Pindaro loquar in Isthm. vi.

[Lipsiensis Pindari Heyniani editio ut nova quadam dote ornaretur, I. D. Reussius, vir illustris, e Bibliothecæ Georgiæ Augustæ thesauris mecum communicavit exemplar Gottingensis, cujus marginibus varia Heynii manu adscripta sunt. Inde excerpsi quæ in lucem promi posse viderentur, addita singulis hac nota: *Ex Schedis*. De his accessionibus, ab ipso Heynio non destinatis usui publico, ita, spero, judicabitur, ut decet incomparabilia Viri Summi merita, quorum memoriam seri nepotes celebrabunt. Præterea, quæ Heynius *Addendorum* nomine hic illic sparserat, suo quodque loco inserui: operisque ita præfui, ut nova hæc editio locis aliquammultis emendatior jure dici possit. *G. H. Schaefer.*]

gentoratum abierat. Erant qui in lyrico in patrium sermonem convertendo desudarent; qui quidem conatus eam habet utilitatem, ut multa sic melius perspicias quam singulis tantum locis ac verbis difficilioribus interpretandis; etsi idem facile homines eo adducit, ut, seu verborum ambagibus seu sententia universe expressa, ea, quæ obscura sunt, obtegantur potius quam aperiantur et illustrentur. Extiterunt, qui aut carmina singula ederent, aut plura uno volumine comprehenderent, adjectis quoque commentariis*. Me ex iis profecisse multum, et in multis, de quibus minus recte statueram, sententiam mutasse, merito ac lubenter profiteor; utpote qui beari me sentiam, si a junioribus, multo magis si a familiaribus et discipulis meis, aliquid proponi videam, quod ipse non animadverteram, aut quod melius ac disertius exponant ipsi. Quæ enim laus major esse potest litteras bonas profitenti, quam exiisse ex ejus disciplina alios, qui ad majora progressi sint, aut accepta ad alia rerum genera transtulerint?

Cum tamen in his virorum doctorum studiis haud pauca animadverterem, quæ sollerti magis commento, quam sermonis græci ratione et indole se tuebantur; multo magis intellexi esse elaborandum in eo, ut orationis Pindaricæ vim et usum rite assequerer, utque carminum sententias singulas clare ac perspicue ante oculos ponerem, enodaremque difficiliora sic, ut et lyricæ orationis vis haud obtunderetur et sententia ipsa esset aperta et expedita.

Quo in conatu fieri potuit, quod interdum accidere

* Recensum eorum dederunt viri docti Harles. Biblioth. gr. Fabric. vol. ii. p. 26. Schummel, Blankenburg in addit. ad Sulzer. Eminuit inter eos, qui in Pindaro studium collocarunt, vir felicis ingenii et variis doctrinæ copiis instructi, FRIDERICUS GEDIKE, qui nunc iisdem litteris, quas excoluerat, cura sua tuendis præest.

solet, ut, dum nimium subtilis essem, mihi ipsi nubeculas objicerem, ab aliis facile dispellendas; etsi altera ex parte sæpe viderim aliter sentientes ne caussam quidem difficultatis quæ subsit perspicere solere, adeoque nec tollere; aut, interpretatione aliqua rejecta, proponere novam, quæ tamen novam quoque reprehensionem, quam non videbant, haberet. Interea, ut graviores saltem errores sive a me sive ab aliis commissos, nominum tamen mentione nulla facta, diluerem, ante hos septem vel octo annos *Additamenta* vulgavi.

Sub idem tempus nuntiatum est, deficere excusa prelo Pindari exemplaria, ita ut nec scholas lyrico interpretando per aliquot annos habere possem; itaque cogitandum erat de nova editione. Dum varia consilia animo verso: audio novam editionem a viro doctissimo, Chr. D. Beckio, parari, adjectis Scholiis, quod valde probabam, notisque illustrantibus; prodiit quoque an. xcii. Volumen primum Olympia, et xcv. alterum Pythia et Nemea complexum. Deposui consilium meum; uti antea ab Apollonii Argonauticis eorumque Scholiis recensendis recesseram, et ex paratis copiis Brunckio, quæ vellet, miseram. Cum tamen viderem post plures annos opus in incili hærere, et vel sic exemplaria paratu facilia et lectionibus habendis idonea deesse: cœpi ipse consilia antiqua retractare, et constitui duplex exemplarium genus curare, alterum scholis habendis accommodatum, sola Græca complexum, alterum cum Scholiis et earum rerum apparatu, quibus is, qui poetam interpretatur, instructus magna difficultatum et molestiarum parte exsolutum se esse sentiat.

Jam in votis erat, ut liceret novam totius operis formam describere, novam Pindari recensionem

parare. Huic vero consilio consequendo videbam vires, tempora, ætatem et otium, verbo, deficere omnia, necdum eo rem adductam esse, ut critica feliciter satis ac tuto exerceri possit; expendenda ac præparanda superesse plura; omnino non nisi metris accurate constitutis de toto Pindaro constituendo cogitari posse. Quod itaque animo bene designatum habebam, numeris suis absolutum, facile intellexi relinquendum esse aliis felicioribus; mihi autem arripiendum esse consilium, cui exsequendo par essem; etsi haud nesciebam, quibus incommodis illud premeretur; retinendam enim mihi esse antiquam operis formam, retinendum esse variæ lectionis apparatum, qualem priore opera institueram; ita ut prior editio fundus novæ esset, cui, quantum liceret, nova et meliora superstruerem. Nec tamen vel sic me nihil acturum esse putavi, si in retractanda, emendanda, et locupletanda editione priore me continerem; quæ bonæ frugis in Additamentis haberentur, suis locis insererem et novis copiis augerem.

Quæ cum satis constituta animo haberem: curandum esse vidi, ut cetera consilio congruerent. Quandoquidem lectionem Pindaricam a capite ad calcem, satis subtiliter emendatam redhibere non poteram: nolui nec mutare aliquid in locis singulis; nisi quoties manifesta vitia erant tollenda; apponere malui judicium ac censuram in Var. Lect. et in Notis; nec pro arbitrio pronuntiare (molestum enim esse putavi) ne tum quidem, cum mihi viderer veriora reperisse; saltem non nisi caussis et rationibus appositis; sensus enim me meus docet, non vacare hoc superbia, si, in virorum doctorum dissidiis, quid tibi placeat, præcise pronunties, caussa judicii tui, cur ita censeas, cur alia rejicias, alia admittas, non addita; id quod multo moles-

tius accidit in critica, quippe in rebus tenuibus et exilibus occupata, quam in ullo alio doctrinæ genere. Verum, ut dixi, aperte falsa corrigere haud refugi; exactam ad certas regulas dialectum Pindaricam restitui; nisi quoties animo aliis curis districto locus unus et alter me fugit *.

Videbantur mihi tanto majore cura digna ea, sine quibus omnis emendandi impetus et conatus vanus est, (loca enim in Pindaro corrupta, saltem sic, ut sententia ex corruptela laboret, sunt paucissima;) ea scilicet, quæ ad interpretationem facerent: ut, quod supra innuebam, carmen lyricum legatur quidem eo cum sensu animi et affectu, quem illud sibi postulat, sententiis tamen singulis satis perspectis et intellectis, nec, ut contenti sint lectores obscura aliqua nec satis explicita verborum ac sententiarum notione. Sæpe enim legi et verti vidi Pindarica scite et eleganter, ut tamen aperte mihi constaret, nec verborum vim nec sententiæ notionem claram ac disertam animis insedisse; satis visum esse, dummodo generalis aliqua enuntiatio redderetur. Cum tamen eos, qui ad Pindarum legendum accedunt, græcis litteris jam aliquantum imbutos esse credere par sit; porro cum relinquenda essent alia iis, qui lectiones aut recitationes in Pindarum instituunt; adjectisque nunc Scholiis multa ex his peti possint; mihi autem brevitatis studium cordi esset: continere me constitui interpretandis et illustrandis iis, quæ aut minus recte passim esse accepta videram, ut tamen neminem refellerem nec aliorum dicta congere-

* Ita effugit oculos meos Ol. ix. 91. ἰφάψας, quod esse debet ἰφάψαις, Ol. vii. 8. et x. 58. τιμάσαις, et P. iii. 190. ἐπιζρίσαις. Porro genitivos debebam forte pluribus locis dorice inflectere; ut Ol. xiii. 52. μηνός τε τωὐτοῦ, debebam exarare τωὐτῶ.—P. ii. 170. μηχανῶνται, forte μαχανῶνται; cum sit μαχανὰ pluribus locis, P. i. 79. iii. 100. 194. etc. P. iii. 47. μηλοδόκῳ Πυθῶνι, forte μαλοδόκῳ. Nam sunt μᾶλα aliis locis: ut Ol. vii. 116. Nem. viii. 4. γλιφάροις pro βλιφάροις.

rem, aut quæ ipse difficiliora esse et obscuriora senseram. In his quidem postremo loco memoratis visum est versari sic, ut, quoties viderem manere sententiam ambiguam, nec rem ad liquidum perduci posse, varios modos exponerem, quibus sententia erui ac constitui posset; hoc enim modo effici posse, ut aut ipse veriorem rationem invenirem aut ad eam eruendam et inveniendam aliis viam aperirem. Solet enim omnino in hermeneuticis et criticis usu venire idem quod medicis in morbis medendis, ubi is, qui ultimo loco vocatur, remediis, quæ jam ab aliis tentata fuerant, sibi narratis, facilius, interdum casu, incidere potest in novum aliquod remedium, quod ceteris salubrius sit. Quæ si recordaremur, modestius forte sentiremus de inventis quamvis felicibus: nisi enim alii ante nos impedimenta removissent, via nobis libera et expedita haud esset; ita partem gloriolæ nostræ haud exiguam in rebus seu gravibus seu exilibus debemus aliorum, qui ante nos eadem tentaverant, erroribus. Omnino est admodum diversa conditio ejus, qui interpretationem cum critica conjungit, et quidem per totum librum, et ejus, qui criticam solam tractat, et desultorie, delibando quæ voluerit, et subsistendo in iis locis, in quibus aliquid habet quod afferat; cum alteri, si quidem religiose officium boni interpretis tueri voluerit, necessitas imposita sit, ne quid omittat, quod aliis impeditum et obscurum esse possit. Magnam quoque in his vim habet ipsa ætas, et fieri potest, ut senectus timide nimium et caute molestias sibi aliisque creet, cum juventus calore abrepta, quæ primo oculorum conjectui se obtulerunt, pro certis et exploratis habeat. Exhilaratum me sentio, si quem videam tam felicem, ut de nulla re, quam ipse protulerit, aut ipse ambigat aut ab aliis ambigi posse ac debere censeat.

Ceterum de Pindari interpretatione omnino ita statuo: cum ille, ut dixi, recte legi non possit, nisi cum sensu aliquo ad lyricum spiritum attemperato, spiritum illum interpretatione grammatica haud dubie frangi; antequam tamen cum sensu isto legi ille possit, grammatice poetam intelligendum esse; alioqui notiones obscuras, phantasmata vaga effrenique impetu ruentia, ægri somnia, ei affingi; expeditis autem iis, quæ singularum sententiarum intelligentiam impedire poterant, instituendam esse alteram lectionem, cum fructu et voluptate sæpius repetendam; ita tandem poetæ sensu nos satis imbutos videri posse.

In varias partes trahebatur animus, quotiescunque lectio et critica ad rem metricam me vocabat. Bene perspexeram, in Pindaro vel maxime eam esse necessariam, refugiebat tamen animus, quoties ad eam accedere constitueram; videbam enim, rem esse quæ multum otii et studii sibi postularet; at alterum mihi deerat, alterum, utpote in subtilitatis genere positum, quod cum rebus ipsis et sententiis parum habet cognationis, ab ingenio meo vix extorquere poteram. Incerta videbam præterea pleraque: ab antiquioribus nihil ad nos de hac doctrina manasse, ne ab Alexandrinis quidem; qui tamen, quantum assequor, ipsi nec studium rei metricæ antiquæ nec notitiam habuere; ea autem, quæ a serioribus grammaticis profecta sunt, nova esse commenta, nominibus ac vocibus pedum, versuum et metrorum obscurata; antiquiorum rem metricam conjunctam fuisse cum musica et saltatione, chororumque variis generibus; enimvero hæc omnia ignorari; porro choris ea tradita fuisse sine metrorum, per litteras, signave aut nomina, præscripto; sed solo exemplo præeuntis poetæ et choragi; atqui ea, quæ solo oculorum auriumque sensu cognosci recte possunt,

quomodo conjectando recte assequamur? Insidebat animo, Pindari metra, eorumque componendorum rationem debuisse esse simplicissimam, ut reliquorum veterum lyricorum; subtiliores enim et exquisitiores numerorum et modorum rationes non nisi per musicos cantus studiosius elaboratos, maxime in scena, accessisse novimus; subrisurumque adeo esse Pindarum, si revivisceret, nominibus his mirificis metrorum auditis. Igitur ad priscæ ætatis simplicitatem revocanda esse omnia statuebam. Suavitatem numerorum in multis sentiebam, si ad numeros et ictus versus recitabam; at enim eundem versum sæpe videbam non uno modo in diversas formas recte dispesci; quamnam præferendam dicerem, non habebam. Superabant alia, in quibus ratio et sensus aurium judiciumque me destituebat. Ad aurium enim judicium pleraque redire, facile erat ad assequendum; at non tam facile assequendum, quale illud Pindari fuisset, aut, si meum sequerer, qua auctoritate hoc stabilirem. Quomodo enim in sermone, cujus usus et vera pronuntiatio ante mille annos exolevit, de tono et accentu, de euphonia et eurhythmia sine hæsitatione statuerem? multo magis, cum in ipsa Græcia, ab antiquissimis inde temporibus, non eadem ubique, nec per omnes ætates, nec per omnem Græciam pronuntiatio obtinuerit? quid de Æolum, Dorum pronuntiatione? quid de dialecto Pindaro propria? qua fide aliis persuaderem, quid Pindari auribus probatum fuerit, quid minus? In ipso patrio sermone videbam quam ambiguum et fallax sit aurium judicium; multo magis in linguis aliorum populorum, e quibus nisi advenas loquentes audieris, de tono et accentu judicare nunquam licet; quid tandem in linguis, quarum usus dudum interiit, audebimus? Græca pronuntiat quisque

ad sermonis sui patrii morem, tonum ac rhythmum ; ex eo quisque suavitatem numerorum constituit. At quam diversa hæc judicia esse videmus inter eos ipsos, qui eundem sermonem patrium habent ! Mihi hiatus auditu sunt intolerabiles ; alios iis delectari video. Mihi versus, qualis hic in Pindaro est, Pyth. i. 135. σύν τοί τίν κεν---omni barbarie horridior est ; alios ad eum offendere non video. Auditum itaque meum, sensum et judicium, aliis obtrudere refugiebam : inprimis cum, in quas turbas me committerem, facile præviderem. Hæc recte an falso statuerim, nunc non quæro ; ingenue tantum profiteor, quæ me tenuerint, ne ulterius progrederer. Intelligebam tamen altera ex parte, necesse esse aliquid, quod ponatur, hypothesin nostri homines dicunt, probabilem aliquam rationem quæ interea teneatur, donec certiora, si modo reperiri possunt, reperta fuerint ; probabiliorem in multis ea, quam recentiores metrici sequuti erant ; comparandis subtilius carminibus eorumque partibus, h. e. strophis et epodis.

Inter hæc venerat in manus egregius D. Jo. Aloysii Mingarelli libellus ; *Conjecturæ de Pindari metris.* Cum in his viderem fundum, cui, saltem ex parte, insistere liceret, applicui me ad senem venerabilem, et per litteras cum eo egi de argumento hoc ; erat viri optimi tanta humanitas, ut non modo edoceret me quæ vellem, verum ut etiam a Nic. Schow, qui tum Bononiæ degebat, compellatus et edoctus, gratum se mihi ita facturum esse, offerret, quicquid ipse operæ olim in metra Pindarica parasset. Opibus his an. xc. mihi ditato nihil deerat, quam otium liberale et animus aliis curis expeditus : qui tamen, ex loci mei et muneris rationibus, per omne inde tempus mihi defuit. Cum viri docti, qui jam

grandævus, Bononiæ, Abbas generalis, ad meliores abiit nec patriam suam novis rebus turbatam vidit, cum ejus, inquam, ductus litterarum sint minuti lectuque difficiles, meorum autem oculorum ea sit debilitas, ut non nisi magno cum dolore intentiori visui indulgeam: non licuit eo tempore plura tentare, quam ut schedulas sparsas ac solutas colligerem ac digererem, et potiora, quæ se offerebant, excerperem. Nunc opes illas in bibliotheca nostra academica reposui, et aliorum usibus reliqui.

Nam, cum ita, ut dixi, ambigerem, et, ut fieri solet in iis, quibus non satis confidimus, dum animus refugit, rem ex die in diem procrastinarem, et metra excutienda in ultimum operæ locum differrem: opportune evenit, ut viri doctissimi, GODOFREDI HERMANNI, liber *de metris Græcorum* prodiret: in quo videbam eum ita disputare, ut omnes ante se, etiam Mingarellum, superaret; neque esse alium, a quo expositio metrorum Pindaricorum tam feliciter tractari possit. Videbar nunc mihi actum agere velle, si post ea, quæ ab ipso proposita erant, aliquid conarer; fuitque Pindaro fortuna tam propitia, ut, cum eum litteris adiissem, vellet in partes operæ in Pindaro collocatæ venire, et rem longe difficillimam in se recipere, precibus ille meis locum relinqueret; postulavi quoque hoc ab eo, ut, cum ex ipsis metris recte constitutis nova critices materia suppetitura esset, quicquid e doctrinæ copiis aut ingenii acumine afferendum haberet, Pindaro impertiret; a me enim non meam, sed Pindari caussam et commodum in omni hoc negotio spectari. Quæ quam præclare ab ipso peracta sint, docet Commentatio de metris Pindari vol. iii. inserta; ita ut, si nulla alia in re de Pindaro bene meruerim, mihi hæc saltem gratia maneat inte-

gra, quod virum doctissimum ad bene de Pindaro merendum excitavi.

Quæ cum ita essent constituta, continui me in præscripto, et omnibus, quæ de re metrica aut critica eram ad poetæ calcem adjecturus, abjectis, ne turbarem aliquid aut aliqua in re molestus essem, perrexi ad Scholia emendanda. Latinam enim versionem satis habui corrigere in iis, quæ manifeste a vera ratione abhorrerent. Scholiis exscribendis tradidi exemplar editionis Beckii: sustuli vitia cum librariorum tum operarum, quantum fieri potuit; adhibito Cod. Gottingensi, saltem in locis suspectis, et ex eo, seu criticis de caussis, correxi plurima: in hoc tamen rerum genere rem inutilem esse credidi de quavis, vel levissima, correctione monere, aut varietatem lectionis adscribere, ubi discrepantia ad ipsum poetam non faciebat, nec alium fructum afferre poterat. Alio enim loco habendus est auctor classicus, alio grammaticus: etsi in suo ordine inter præstantissimos habendus. Possunt tamen in eo codice adhuc latere, quæ me fugerunt; et dignus ille videri debet, quem aliquis ætate junior integrum comparet: sunt enim Scholia ampliora interdum, nec omni bona fruge vacua. Codicis descriptio infra dabitur.

Fragmenta Pindari mihi magis cordi sunt, quam forte aliis videbitur necessarium esse. Ego vero ita censeo, magno nos beneficio obstringere eos, qui scriptorum antiquiorum, quorum pleraque interierunt, omnes reliquias, quæ quidem reperiri possint, conquirunt; multarum enim rerum origines, antiquissimam aliarum auctoritatem, multa exquisitioris litteraturæ, in iis occurrere novi; illustrari alia, et ex iis digestis et illustratis multa scriptorum loca lucem fœnerari. Lyricorum autem fragmenta ex strage

poetarum hujus generis servata majoris etiam momenti sunt, quod et sermonis lyricorum, et metrices, et argumenti ab iis tractati vestigia subministrant. Collecta Pindari Fragmenta sunt incredibili cum labore a viro doctissimo, SCHNEIDERO, ante XXIII. annos; facile ab eo impetravi, ut liceret ea retractare et huic editioni inserere, novo cum instituto, ut ea collocarem alio ordine et digererem secundum scriptores, qui illa servarunt; cum, si hoc novarem, adjecto præterea indice singulorum locorum, ita effecturum me esse viderem, ut in promtu sit, si qua alia fragmenta se obtulerint, suis ea locis inserere, simulque reperire ea, quæ jam in recensu facto habentur. Quæ auxilia et subsidia cum antea deessent: potuerunt in SCHNEIDERI recensu desiderari, quæ in eo latebant, et potuit esse, qui pronuntiaret, fragmentorum partem magnam SCHNEIDERUM fugisse; vellem unum et alterum exemplum appositum fuisset! Carmina Pindari, e quibus fragmenta supersunt, memorata sunt ad calcem in *Ordine Fragmentorum*. Quorum præterea carminum nomina a Suida aut aliis notata sunt, fide non ubique satis certa, ea videri possunt in Biblioth. Gr. Fabricio-Harlesiana tom. ii. p. 78. sq. hic ea commemorare opus non erat.

Ita nec necesse erat, ut de vita Pindari sollennia præmitterem, de qua cum eadem Bibliotheca adiri potest, tum SCHNEIDERI libellus extat. De indole et charactere carminis lyrici Pindarici egerunt multi; inter nos quidem post SCHNEIDERUM præcipue JACOBS in *addit. ad Sulzeri Theoriam art. elegant.* Nec vim lyricam commode satis hominibus nostris nisi vernaculo sermone exponi posse arbitrabar. Iis, qui antiqua curant, sufficiunt nota Horatii et Quinctiliani judicia cum *grammaticorum notitiis*.

Reliquum erat, colligere ea quoque loca, quæ passim in scriptoribus e Pindari Epiniciis laudantur; et habeo paratum hujus generis numerum haud exiguum. Cum tamen pleraque sint versus sententiosi, ita repetiti, ut usum seu criticum seu exegeticum vix habeant magnum, alia sint verborum singulorum notationes, in Etymologo, Hesychio, et aliis grammaticis, ad doctrinæ copias ostentandas haud inutiles, verum a consilio meæ operæ, uti illud circumscripsi, alienæ: singularem his operam impertire nolui; uti nec ex animadversionum et observationum criticarum libris et virorum doctorum commentariis conquirere, quibus quisque modis Pindarica tentaverit; vagatus essem extra oleas, enotassem multa nullo cum fructu, partim perperam conjectata, partim ea, in quæ facile quisque in his litteris versatus et ipse incidat; forte etiam, si judicium adjungere volebam, certaminibus me objecissem, a quibus paullo prudentior quisque abhorret.

Cum Indices, qui in ed. Oxon. prostant, sint lacunosi, parumque diligenter confecti, sunt alii jam parati opera et studio docti juvenis, ***Raphaelis Fiorillo;*** excreverunt tamen illi ad eam molem, ut Voluminis hujus tertii partem magnam constituant; neque ea quisquam Pindari studiosus æquo animo carere poterit. Sunt enim Indices tres: I. verborum, etiam in Fragmentis obviorum, qui pro fundo omnis orationis poeseos lyricæ haberi poterit, labore molestissimo elaboratus; II. Scholiorum; inserta utrique notabilia e notis, etiam in Fragmentis et in libro de Metris; III. Auctorum veterum in Scholiis laudatorum, cum notatione ipsorum locorum et verborum illustratorum.

Descripsi ingenue formam operæ meæ, reddidique rationem eorum quoque, quæ meditatus eram et ani-

mo designaveram, quæ tamen aliis ut perficerent relinquenda esse videbam; curatum a me est, ut ad ulteriora pergentibus via sit expeditior, Scholiorum quoque usu nunc a multis impedimentis liberato; quandoquidem existimo, hominum ordinis mei laudem aliquam esse hanc quoque, si, quo ipsi pervenire nequeant, eo ut alii pervenire possint, effecerint.

Scripsi sub anni XCVIII. exordia, utinam bonis litteris bene auspicata!

Restat nunc, ut e priore editione repetam ea, quæ *de Pindaricæ lectionis fontibus et rivulis* apposita erant; perscripta an. LXXIII. adjectis e seriori tempore *potioribus virorum doctorum studiis in Pindaro* collocatis.

* * *

Fundus Pindaricæ lectionis vulgatæ habenda est *editio Romana*, Zachariæ Calliergi Cretensis opera emendata, qui *post Aldum* alios eosque emendatiores codices contulit, metrici quoque et scholiorum rationem habuit. *Calliergum* neglecto fere Aldo sequutæ sunt edd. sequentes: *Cratandrina*, *Brubachiana*, *Morelliana*, *Stephanianæ*; etsi in una alteraque editione, virorum doctorum opera, nonnulla passim emendata, saltem immutata sint. Fuere autem ad manus editiones Pindari fere omnes; saltem eæ, quæ criticum usum præstarent; eaque opportunitas, quæ bibliothecæ nostræ academicæ debetur, non parvi ad animum meum erat momenti, ut laborem hunc susciperem.

Stephanianarum autem *editionum* discrepantem lectionem deprehenderam multis in locis, donec illud animadvertere licuit: *alteram* an. 1566. novum, sed

haud paullo audaciorem, nactum esse correctorem, et ad hanc alteram, relicta priore, quæ tamen multum præstat, exaratas esse editiones Stephanianas sequentes omnes, etiam Paulli Stephani Genevensem 1599. 4. At *Stephanianam priorem* repetitam intellexi in *Plantino-Raphelengiana* et *Commeliniana*. Stephanum autem suspicor exemplar quidem Morellianum tradidisse operis, passim tamen illud inter interpretationem Latinam, quam conficiebat, modo ex Cratandrina et Aldina, modo, multoque magis, ex ingenio et ratione critica emendatum.

Schmidium miratus sum Stephano seposito exemplar Cratandrinum repetiisse; hoc enim eum suis curis adornatum et suis emendationibus interpolatum operis tradidisse, multorum locorum comparatione deprehendi. Primus is fuit, qui post Aldum et Calliergum codices scriptos inspiceret, tres Palatinos et fragmentum Augustanum, de quibus paullo post, de ceteris autem scriptis editisque totoque apparatu Pindarico inferius nonnulla tradentur. Hoc loco monere satis est, virum doctissimum suam poetae recensionem fere totam ad rationes metricas, quamvis lubricas et sæpe parum tutas, interdum etiam manifeste commentitias, exegisse; constituisse tamen plurima egregie, acumenque aliquod etiam tum praestare, cum judicium mentis sincerum et subtile desideres.

Sequuti eum sunt *Oxonienses*, sed parum constanter; nam modo ei adhæserunt, cum deserendus esset; modo deseruerunt, ubi acute ille et præclare veram lectionem restituerat. Subjecerunt illi poetæ verbis, præter subjectas e Schmidio varias lectiones, alias e Bodleianis quinque codicibus enotatas, quibus tamen dubito an ulla in toto poeta lectio emendata sit aut emendari possit.

Pindarum mirari licet pro vetustate sua tam parum mendosum ad nos pervenisse. Scilicet vitia, quibus fœdati codices sunt, ad dialectum fere, alia ad metrum spectant; eorum autem mendorum, quibus sententia corrumpatur, multo minor quam in Virgilio et Horatio, ut hos potissimum memorem, est copia. Acque hoc illud est, quod sæpe miratus sum, Homerum et Pindarum, adde Herodotum, antiquissimos scriptores, multo magis incolumes sincerosque esse servatos, quam multos scriptores qui post C. N. vixerunt; utenturque, si lubebit, eo argumento, qui de hebraicorum auctoritate defendenda satagunt. Potuit quidem, nec inficior, ipse orationis ad certos numeros et metra adstrictæ periodisque sententiarum finitis inclusæ habitus, etiam carminis obscuritas, contundere impetum librariorum, ne solita licentia grassarentur. Verum metrorum dimensiones et versuum distinctiones ejusmodi, quales nunc in editis habemus, non fuere in priscis voluminibus, continua fere verborum ambage et circumductu scriptis; unde tam diversæ versuum dimensiones natæ sunt. Obscuritas autem sententiarum tanto molestior esse debuit librariis, cum nec intentatam eam reliquerint, dorica fere forma ad vulgarem, quantum per ipsos fieret, deflexa.

Notabile est in Pindari fortuna etiam illud, quod et paucissimi et admodum recentes hujus poetae codices extant. Vix ad XL. exemplaria, quæ usquam serventur, memorari video; quæ integram περίοδον contineant, paucissima sunt, pleraque Olympia exhibent, alia aliam particulam: at ex iis multa sunt multo recentiora, quam ut ulla eorum auctoritas esse possit. Pleraque enim omnia ex sæculis XVI. et XV. sunt: quæ sæculum XIV. excedant, nulla adhuc

vidi commemorata. Probabile itaque fit, casu servatum aliquem codicem hæc tempora attigisse satis integrum, et protractum in lucem a pluribus descriptum esse. Corrupta autem multo magis Olympia sunt, cum Isthmiorum fine, quam Pythia et Nemea. Sed et in aliis scriptoribus hoc animadvertere licet, copia magna codicum integriorem et meliorem lectionem non facile præstari; contra e librariorum stupore vel oscitantia molestam variantis lectionis farraginem nasci, parum aut nihil profuturam, sed multo magis obfuturam etiam criticis studiis.

Quot et quos codices Aldus et secundum eum Calliergus expresserint, non constat. Nec iisdem eos libris per totum opus usos esse liquido cognovimus. In Olympiis Aldus codicem recentem habuisse videtur, qui ad dialectum vulgarem plurima inflexisset et mutasset. Longe meliorem librum expressit in Pythiis et in Nemeis: alium, eumque satis corruptum, in Isthmiis. Calliergus vero in Olympiis statim emendatiores libros adhibuit, plura quoque ex Scholiis, quæ primus apposuit, mutuatus est.

Omnes, quotquot Calliergum exceperunt, editores codicibus scriptis æquo animo caruerunt. Diligentior fuit opera Schmidii, popularis nostri, viri, ut erant ea ætate homines, accurate eruditi, qui tres Palatinos ex Elect. Palat. Bibliotheca Heidelbergensi nactus erat, quos Pal. A. B. C. insignire solet. Primus membranaceus fuit, quantivis ille pretii, quantum quidem ex lectione enotata intelligere licet; alter et tertius chartacei, et exigui usus et auctoritatis; tertius cum Aldino exemplari adeo conspirat, ut interdum dubitaverim, an inde transcriptus esset. Priores duo Olympia, tertius Olympia et Pythia continebat. Fragmenti Bibliothecæ Augustanæ a Dav. Hoeschelio collati lectio ad parvam Pythicorum parti-

culam spectabat. In Nemeis et Isthmiis scriptum librum omnino nullum habuit Schmidius; sed et in Olympiis et Pythiis pauca vidi, quæ e codd. melius constituta essent a Schmidio aut constitui possent. Tandem novos codices adhibere licuit editoribus Oxoniensibus. Apponemus ea, quæ de illis passim ipsi observavimus.

Sunt igitur ii numero quinque, signis suis notati, quas et ipsi servavimus: Ms. Bodleianus, *C.* 71. *Ms.* Guil. Laudi, quem simpliciter Bodl. C. laudare solemus, tum notati α. etiam Laudi (qui et ipse Bodl.) β. γ. (est Baroccianus 67). Olympia omnes complectuntur, at Pythia nullus præter C. et γ. et ille quidem in Pyth. quarta videtur deficere, hic autem γ. usque ad Nem. iii. procedere. Tertius hic satis bonus codex est, et in Pythiis fere cum Aldo consentit; sed reliqui vix digni erant, in quorum varietate enotanda viri docti tantam religionem præstarent, cum ea librariorum fere stupori aut studio sinistro dialectum ad vulgarem sermonem revocandi debeatur.

Cum semel hæc animadversa a me essent, utebar iis ad melius ordinandam et disponendam lectionis varietatem: contentus hoc uno, quod a principio propositum erat, ut transferrem, quæ Oxoniensis editionis essent copiæ criticæ. Aldum inprimis diligentius comparabam, cum eum a nemine viderem curiose satis in partes vocatum. Cum tamen variæ lectionis majorem partem ad inanes quisquilias et ineptias librariorum indoctorum aut grammaticorum, dialectum poetæ ad vulgarem sermonem deflectentium, redire intellexissem, unde fructus aliquis nec ad Pindarum nec ad me perveniret: tædio, quod ex enotatione capiebam, ne enecarer, quandoquidem ea, quæ jam exhausta erant, gustum dare poterant, quantum satis esset, varietatis lectionis, quam codices, inprimis

Bodleiani, suppeditant: sensim sensimque, et multo magis ab Olymp. inde x. 43. omittere cœpi lectiones nimis leves et meras aberrationes dialective immutationes; nisi alia esset ratio critica, quæ suaderet ut apponerem. Nam in Nemeis et in Isthmiis, ad quæ nullus nec Schmidii nec Oxoniensium codex processit, atque etiam in Pythiis, quæ duo tantum codd. alter Bodleianus γ. alter Palatinus C. complectuntur, Aldinæ et Romanæ comparandæ multo diligentiorem addixi operam. Subinde etiam laboris per se tam parum jucundi tædium eo levavi, ut, lectio si qua paullo memorabilior occurreret, ad eam illustrandam subsisterem, et breve judicium, etiam de emendationibus Schmidianis et Pauwianis, subjicerem; multo vero magis tum, cum distinctiones sententiarum mutaveram, hoc mihi sumsi, ut ad enuntationum poeticarum nexum pauca, et breviter, adjicerem. Atque hac quidem parte operæ meæ me puto gratiam aliquam apud lectores Pindari iniisse, quod innumeris in locis pravas distinctiones, quibus sententiæ poetæ misere erant distortæ fractæque, plerumque tacite, sustuli. In tam concisis et, propositione una et altera media omissa, abruptis hiantibusque enuntiationibus, quarum nexum non assequaris, nisi poetæ magnos audacesque animi motus animo et ipse revolvere, divini afflatus tanquam auram alludentem concipere, lyricoque impetu calere possis, interpungendi ratio sæpe est longe difficillima. Supersunt et mihi adhuc non pauca, in quibus ad poetæ sublimes sensus assurgere nequeo, ut statim Olymp. ii. 96. sqq. Schmidium, etiam in interpungendi ratione, sequuntur Oxonienses, nisi quod multo etiam plura hac quidem parte ab iis depravata sunt; Schmidius autem male Stephanum deseruit, qui multa melius distinxerat, pravo vero rhetorices studio, quo morbo illa ætas labo-

rabat, ad dispositiones carminum delapsus, sibi ipsi nervos incidit compedesque ingenio injecit, quo minus liberiora poetæ vestigia sequi, *multa* vero *levantem se aura*, ne ex longinquo quidem, prospicere posset.

Studium omnino meum acui meamque operam increscere vidi, quo magis virorum doctorum studia deficerent; quod in Pythiis statim, multoque magis in reliquis animadvertere licet: cum in Olympiis omnium opera calere soleat. Sunt tamen in Nemeis et Pythiis, etiam in Isthmiis carmina, quæ Olympiis meo quidem sensu structuræ felicitate et sententiarum gravitate præstant. Reliqua mea opera in eo versata est, ut carminum verba, quantum quidem litterarum formis fieri posset, exhiberem emendatissima: qua quidem in re studium suum commodarunt juvenes duo eximii, græcisque litteris præclare imbuti, Seminarii philologici Sodalitio in familiaritatem meam recepti, alter ***Frid. Pauer***, ad lares Posonienses nunc reversus, alter ***Jo Benj. Koppe***, Dantiscanus, ante paucos dies inter Repetentes theologici ordinis adscriptus *: cujus industriæ et acumini inprimis debetur, si, quod spero, nullo graviore mendo fœdatus est poeta. Traditum erat operis exemplar Glasguense, Oxoniensis, apographum, sed correctio adhibita ex ipso Oxoniensi; præter vitiosam interpunctionem sphalmata sublata sunt non pauca eaque satis gravia.

Grammatici, inprimis Alexandrini, fuere olim plures, qui Pindarum illustrarunt. Alii aliis locis pas-

* Jucundissima animo insidet duorum horum familiarium memoria, alterius tamen non sine gravi luctu. Nam prior quidem, *Frid. Pauer*, nunc Cancellariæ Regis Princ. Elect. nostri rei militaris a secretis, Hannoveræ floret, alter autem *Jo. Benj. Koppe*, ingenii vi et acumine pollens, et ad exsequenda, quæcunque præclara et utilia visa erant, insigni ardore inflammatus, medio cursu abreptus est, accensendus iis, qui seu temporum seu rerum seu hominum vitio *ploravere suis non respondere favorem speratum meritis*. Certe quamdiu melior sacrorum librorum, inprimis N. F. interpretatio, in laude habebitur, viri præstantissimi memoria erit integra et cara posteris.

sim laudantur; sed occurrunt adhuc Ammonii, Aristarchi, Aristodemi, qui ejus discipulus fuit, Artemonis, Asclepiadæ, Didymi Dionysii Phaselitæ, Chrysippi, qui in Nemea et Isthmia commentatus videtur, nomina in Scholiis, quæ habemus *. Sunt autem ea nihil aliud quam apospasmata ex veteribus grammaticis, adspersa passim codicum marginibus, et per insequentes ætates novis aliorum observatis et commentis aucta, atque hinc iterum, modo cum delectu, modo prout fors librariive festinatio vel oscitantia ferebat, in nova exemplaria varie transcripta. Ex iis exemplaribus, quæ in Calliergi manus pervenerant vulgata sunt Scholia quæ habemus, *vetera* dicta, quibus multa præclara fragmenta veterum grammaticorum nobis servata sunt, quæ si periissent, multa in Pindaro nunc ignoraremus. Nihil his Scholiis aliunde accessit, etsi repetita fuerunt in edd. Brubach. Genevens. et Oxoniensi; nam, quæ in hac variis lectionibus ad Olympia interspersa sunt brevia scholia et glossæ interlineares e Bodl. codd., exigui aut nullius sunt momenti. Dubitari etiam potest, si aliorum codicum Scholia comparentur, an ex iis multa erutura sit virorum doctorum industria, quæ vulgatis attexi et inseri mereantur. Subjecta sunt, statim in ed. Romana, ad calcem carminum Olympiorum *Scholia recentiorum*, quæ vocant, Demetrio Triclinio, ut in fronte eorum notatum est, vulgo tributa. Id quod tamen et ibi parum liquida fide fit, et, nisi laciniæ alienæ passim insertæ sunt, Scholio ad Olymp. xiii. 69. p. 156. ed. Oxon. col. 1. f. refellitur, ubi auctor se de Jasone narrationem copiosius ad Lycophronem exposuisse ait. Factum autem hoc in vulgatis sub Tzetzæ no-

* Pleniorem nunc horum recensum habemus in Biblioth. gr. Fabricio-Harles. tom. ii. p. 65. sq.

mine ad Lycophronem commentariis ad v. 174. 175. ut adeo, nisi hinc ea transcripta sunt, utrisque Scholiis idem auctor fuisse videatur. Multa in iis sunt grammaticorum seriorum commenta et minutæ quæstiunculæ; ad verborum tamen singulorum et sententiarum grammaticam declarationem haud pauca occurrunt, quæ Pindari studiosos juvare possunt. Eustathii etiam olim Commentarii in Pindarum fuerunt: quorum præfationem satis longam et eruditam manuscriptam in bibliotheca Basileensi se vidisse ait la Croze in ep. ad Jo. Chph. Wolfium Thesaur. Epistol. t. iii. p. 256. Quæ tandem præfiguntur singulis carminibus Scholia περὶ τῶν κώλων, in Olympiis et prima Pythia antiqua sunt, reliqua a Triclinio confecta, qui et priora emendasse fertur. cf. Schol. p. 169. (p. 15. ed. Oxon.). In metris definiendis an ulla antiquiorum grammaticorum fuerit opera, pronuntiari nequit; si fuit ulla, librariorum incuria ea est intercepta. Grammatici seriores de metris multum laborarunt, fama ne aliqua an ratione ulla ducti, incertum est; certe eos multa commenta attulisse, metrum ex una alterave stropha constituisse, reliquasque typo metri semel confecto accommodare voluisse passim manifestum fit. Quæ res toties transversos egit, cum alios, tum Erasmum Schmidium, qui gravem objurgatorem nactus est Pauwium, virum haud dubie græce doctum; sed, ut fastum intolerabilem et agrestem durumque animum viri superciliosi et stomachosi taceam, commentis grammaticis non minus nimium tribuentem, alia pro arbitrio agentem, nova somnia veteribus substituentem. In iis tamen accuratius disquirendis opera nostra occupari nec poterat nec debebat, uti nec in dialecto restituenda: in qua dubito an ad regulas ac præcepta satis tuto nunc res ubique revocari possit.

Interpretatio in Pindaro nequaquam critica opera inferior est habenda, quin potius criticam subtilitatem, quæ verborum et apicum vestigia rimatur, multis modis antecellit, multoque plura requirit, quæ cum accurata non modo græcarum litterarum scientia, verum etiam cum ingenii aliqua vi, phantasmatum audacia, lyricoque afflatu et numerorum modorumque sensu conjuncta sunt. Quæ quidem in uno homine esse facile omnia vix arbitror. Quo magis divisis quasi operum vicibus conferenda sunt a singulis, quæ pro virili quisque præstare potest. Itaque constitui olim aliquando alio volumine, si non commentarium perpetuum, locorum tamen præcipuorum illustrationem, difficiliorumque enodationem subjicere, et si qua alia, etiam critici generis, sive in enarrationibus publicis sive in virorum doctorum scriptis occurrerint, addere. Haud enim ignorabam in recentiorum criticorum scriptis occurrere nonnulla, in veteribus vero grammaticis alia, quibus lectio et sententia Pindarica illustrari aut confirmari possit; in his vero conquirendis nunc desidere nolebam. Recepit vero eam operam in se unus ex familiaribus et sodalibus Seminarii philologici, ***Jo. Gottl. Schneider****, qui græcæ exquisitioris alicujus doctrinæ specimina jam publice proposuit, idemque, ex quo tempore nobiscum vixit, ingenium suum ad eam humanitatem finxit et expolivit, quam hæ litteræ, quas profitemur, vel nomine suo a nobis exigunt. Idem doctissimus juvenis fragmentorum Pindari collegit apparatum longe copiosiorem eo, quem primus post Mich. Neandrum ad calcem Aristologiæ Pindaricæ Stephanus, et secundum eum Schmidius cum Oxoniensibus vulgarunt. Indicis Pindari ad certam rationem conficiendi partem

* Nunc Professor Academiæ Francofurt. ad Viadrum doctrina scriptisque celeb. nominis.

jam absolvit memoratus supra a me *Koppius*, ornatissimus juvenis, qui idem versionem latinam passim emendavit, quam ex Oxoniensi editione Græcis ut subjiceremus ex librarii utilitate fieri visum est *. Scr. an. LXXIII.

* * *

Pindaricæ lectionis fontes et rivulos paullo ante exposui. Quod vero pollicitus sum, me appendicis seu corollarii loco totum apparatum Pindaricum, quo instructus narrationem illam instituere potui, subjecturum esse: id nunc ut exsolvam necesse est. Feci hoc idem in Tibullo et Virgilio: neque enim aliter et criticorum desideriis et vero etiam tot aliis rei litterariæ utilitatibus, quas præ unius rei criticæ studio aut negligere aut contemnere velle turpe est, consuli posse arbitror. Lectionis enim, seu textus vulgati, quem vocant, alicujus auctoris, origines et caussas nemo facile rite investiget, qui non editionum ante omnia diligentem recensum, operæque in eo scriptore, transcribendo, vulgando, emendando vel corrumpendo, inprimis a renatis inde litteris, collocatæ notitiam accurate elaboratam in manibus habeat.

Apponam itaque, judicio meo, quoties opus esse videbitur, interposito, editionum recensum aliorumque libellorum notitias, qui ad Pindarum studiumque in eo illustrando collocandum aliquo modo spectare possunt. Ita et eorum desideriis satisfaciam, qui ad intelligendum et illustrandum Pindarum copias paratas habere volent; et iis, qui honestam voluptatem libris conquirendis aut notitiis eorum comparandis sequuntur, potestatem faciam, ut et ipsi, quid in copiis suis habeant, cognoscere, et quod a me præteritum ignoratumve sit, explere possint †.

* Quæ sequuntur, perscripta sunt et adjecta *Interpretationi Latinæ* an. LXXIV. emissæ.

† Poteram forte opera hac nunc supersedere, remittendo lectorem ad Biblio-

Πινδάρου Ὀλύμπια. Πύθια. Νέμεα. Ἴσθμια. — *subjecto Callimacho, Dionysio de situ orbis et Lycophronis Alexandria.* (omnia græce). Venetiis in ædib. Aldi et Andreæ Asulani soceri, mense Januario 1513. 8. fol. 373.

Præfixa est Aldi Manutii ad And. Naugerium epistola a Maittairio quoque redhibita Annal. t. ii. p. 148. in qua significat, primum hunc esse e scriptoribus græcis, quos excusos emittere constituerit;— Naugerio se inscribere Pindarum etiam propterea, *quia,* inquit, *sic delectaris hoc poeta, ut sæpe eum tua manu accurate descripseris; puto, ut tibi magis fieret familiaris, tum ut ediscere-tur a te facilius et teneretur memoria tenacius.* Fieri ergo potest, ut inter recentiores codices sint nonnulli Naugeriano calamo exarati. Nec multum absum, quin ad hos, saltem tanquam fontes, referam Palatinum C. Bodleianum C. et Augustanum. Paullo post subjungit Aldus: *Commentaria autem in Pindarum et ceteros, quos ei adjunxi comites, nec non in Hesiodum, Sophoclem, Euripidem, Æschylum, Theocritum, Oppianum, brevi daturi sumus uno volumine.*

Quod volumen cum aliis Aldi meditatis intercidisse dolemus. In Olympiis eum recentiorem codicem, in Pythiis et Nemeis longe præstantiorem, nec minus veterem, sed corruptum, in Isthmiis expressisse videri, jam in præfatione monui.

Πινδάρου — (græce) *Impressi per Zachariam Calergi* (ita pro Calliergi, Καλλιέργου a Καλλιέργης) *Cretensem* — in ædib. Augustini Cisii (τοῦ Κισίου), ejusdem sumtibus, hortatu Cornelii Benigni Viterbiensis, opera et industria Zachariæ Calliergi Cretensis, ut ex fine intelligitur. M. Augusti d. xiii. Leone x. regnante (a. iii.) Romæ, 1515. 4.

Præstantissima editio, in qua Scholia primum accesserunt, quorum partim comparatione, partim codicibus adhibitis lectionem Pindaricam præclare emendavit vir doctus. Codices quidem ut diserte enumerati sint, frustra aliquis expectet; sed in Olympiis, Nemeis et Isthmiis meliores Aldinis, in Pythiis deteriores fuisse, usu deprehendimus.

Hanc editionem omnium reliquarum esse fundum, argumentis innumeris constare vidimus. Expressit eam Cratander, Brubach. Morell. Stephan. sed emendatrice manu adhibita.

Præfatio in Pindarum extat in Stephani Nigri e gr. translat.

thecam græcam Fabricianam a V. Cl. Harles locupletatam t. ii. p. 68. sqq. Visa tamen res est cum consilio nostro ita conjuncta, ut omitti vix posset; et subjicienda ac corrigenda erant nonnulla, quæ locum suum desiderabant.

pag. 79. Mediolani. Jo. de Castelliono. 1521. 4. sed interpretationem illa Pindari, non editionem, indicit in Gymnasio Mediolanensi. Præfixi sunt octo versus Lampridii ad Cornelium Benignum, quibus ejus munificentia (σοῖς, Κορνήλιε, δώροις) effectum docet, ut hoc opere græco preli ope expresso urbs princeps Roma opprobrio liberata sit, cui obnoxia erat *græcorum librorum typis excudendorum* incuria. Lampridius est Benedictus Lampridius, Cremonensis, Lascaris discipulus, quem Jovius commemoravit.

Florentiæ expressum Pindarum Fabricius ex fide Conr. Gesneri (in Biblioth. univers. pag. 563.) memorat; sed perperam, id quod mihi nunc satis constare videtur.

Pindarus gr. sine scholiis. Basileæ, per And. Cratandrum. 1526. 8. Emendatissima editio, ad exemplar Romanum Jac. Ceporini opera emendatum, comparata quoque Aldina editione. Præfatus est Huldricus Zwinglius satis æquus pro theologo in Pindaricam Musam et pietatem; idem in epilogo adjuncto parentat Ceporini memoriæ, qui opere vix profligato mense Decemb. 1525. studii intemperantia obierat. Nondum annus exierat, ex quo Gymnasio Tigurino litterarum græcarum Professor renuntiatus fuerat. cf. inf. ad 1556. 8.

Pindari Olymp. hymnus primus et secundus latinitate donati, Menrado Molthero *Interprete simul et paraphraste, apud Henricum Gran.* Hagenoæ, 1527. 8. Maitt. t. ii. pag. 690.

—— *e versione Jo. Loniceri latina* (prosaica). Basileæ, 1528. 8. *et ex altera recensione, cum enarrationibus e græcis scholiis et optimis quibusque utriusque linguæ auctoribus decerptis.* Basil. 1535. 4. (et forte jam 1532. quo anno præfixa epistola, in seqq. edd. repetita, scripta est.) *iterum excusæ* Tiguri 1543. et 1560. 8. maj.

Est hæc prima versio latina Pindari: cui deinceps meliores successere. Lonicerum de singulis verbis potius, quam de sententiis fuisse sollicitum, iis quidem locis, quæ inspeximus, facile intelligi poterat.

Italice versa Pisæ 1531. *f. Pindari carmina* narrari video: sed corrupto numero. v. ad 1631.

—— *Olympia et Pythia græce.* Parisiis apud Wechel. 1535. 8. Memorata vidi in Catalogo biblioth. Askew.

—— *gr. cum Schol.* Francofurti, opera et impensa Petri Brubachii. 1542. 4.

E Romana expressam esse liquido mihi constat; in margine variantes nonnullæ lectiones adscriptæ, sed ex ed. Ald. Emenda-

trix tamen viri docti manus in ea locasse videtur operam ; ita v. c. Nem. v. 2. ἐλλινύσοντ' ἐργάζε — partim emendavit, partim depravavit ἐλλινύζοντα μ' ἐργά —.

In Catal. impressor. bibliothecæ Bernensis tom. i. p. 338. etiam *Basil.* 1545. laudari videtur, quæ nusquam alibi memoratur. Subjicitur tamen ea laudatis jam edd. 1535. et 1542.

— *græce. Hæ victoriæ ad emendatum doctiss.* Jacobi Ceporini *exemplam collatæ nunc exeunt* Basileæ per heredes Andreæ Cratandri 1556. M. Septembri. 8.

Nitida editio : sed mera repetitio Cratandrinæ 1526.

Ad apparatum Pindaricum pertinet.

Aristologia Pindarica græco-latina : opera ac studio Mich. Neandri Soraviensis. Basileæ *per Ludovicum Lucium,* 1556. 8.

Quam, ut omnia doctissimi hujus viri scripta, non sine magno fructu conferri a studiosa juventute posse judico.

P. ——— *per Phil. Melanchthonem latinitate donata Basileæ per Jo. Oporinum,* 1558. 8.

Casp. Peuceri præfatio docet, calamo esse eam exceptam ab auditore in scholis a Melanchthone habitis.

P—— *græce, sine schol.* Parisiis apud Guilielmum Morellum, in Græcis typographum Regium. 1558. 4.

Splendida editio : ad Brubachianum exemplar, sed a viro valde erudito, quem ipsum Morellum fuisse nullus dubito, esse curatam intellexi, Cratandrimo tamen exemplari non adhibito.

Editionem gr. cum Schol. Paris. ejusdem anni memorat Fabricius, perperam et hoc, arbitror.

Odæ nonnullæ ad metra redactæ reperiuntur in libro : *De generibus carminum græcorum Renato Guillonio auctore.* Paris. Andr. Wechel. 1560. 4.

Accedimus ad Stephanianas editiones.

Pindari — ceterorum octo lyricorum carmina — nonnulla etiam aliorum. Omnia Græce et Latine. Pindari interpretatio nova est eaque ad verbum. — Excudebat Henr. Stephanus *Huldrichi Fuggeri typographus* (Parisiis) anno 1560. octonis minoris formæ, seu 16.

De his conf. Stephanor. histor. p. 246. Phil. Melanchthoni sunt inscripta, qui eodem anno xix. Aprilis obiit. In altero tomo post Alcmanis fragmenta Πινδάρου μέλη sequuntur, quæ nulla alia sunt quam fragmenta.

Successit *Editio ii. Græco-Latina* H. Stephani, *recognitione quo-*

rundam interpretationis locorum et accessione lyricorum carminum locupletata a. 1566. ead. f. (Paris.). Quæ tom. ii. p. 433-468. (non 566.) subjecta sunt, in hac primum edit. accesserunt.

Ed. iii. cum Is. Casauboni notulis, 1586. quas miror in seqq. edd. non esse repetitas. Eminere eam inter Stephanianas ait Gotth. Fridem. Lœber in Exerc. crit. in Pindari Olymp. Oden xi. Jen. 1743. sed est illa ad verbum expressa ex edit. 2.

Ed. iv — *Excudebat Paulus Stephanus a.* 1600. iisdem foliorum numeris expressa est ex secunda. Habeo in manibus *aliam Ed. iv. Lugduni apud Joan. Pillehotte sub signo nominis Jesu* 1598. *eadforma.* et sub f. *Lugduni ex typographio Joannis Hanard, alias Jamet a.* 1589. ex Edit. Stephan. iii. ad verbum expressam, nisi quod ad calcem Epistola Sapphus Ovidiana omissa est.

—*Ed. v. Oliva Paulli Stephani* 1612. mera est repetitio Editionis quartæ, sed charactere et charta deteriore, uti et *altera repetitio* 1626. et

Editio vi. Ebroduni ex Societatis Helvet. Cald. 1624. Aliam Paulli Stephani v. inf. ad a. 1599.

Stephanum, cum primum Pindarum excudendum daret, Morellianum exemplar operis tradidisse multis locis manifestum fit, v. c. Ol. ii. 78. 122. viii. 50. ix. 39. 98. Sed comparaverat vir doctus Scholia et ed. Cratandrinam, quam sequutus est, nonnunquam etiam, ubi deserere eam debebat, v. c. Ol. ii. 56. Novum correctorem nacta est altera, qui nonnullo menda sustulit, alia etiam depravavit. Eam tamen expresserunt Stephanianæ reliquæ omnes.

— *gr. lat.* Antwerpiæ *ex officina* Chrph. Plantini. 1567. 8. min. Ad verbum ex Stephan. prima est reddita.

— *opera omnia latino carmine reddita per* Nic. Sudorium (le Sueur) *et ejusdem commentarius in Nemea.* Parisiis, ap. Fed. Morellum. 1582. 8. min. et jam ante, ut memoratum video, 1575. 8.

Aliam video laudari Venetam hoc anno; vitiose, ut arbitror, ut et a. 1592. ap. Fabric. Memorant quoque

Pindarum cum vers. lat. et commentariis Sudorii. Venet. 1598. 8. corrupte et hoc, si quid video. cf. inf. ad 1623.

Franc. Porti *Cretensis Commentarii in Pindari Ol. P. N. I.* (Genevæ.) *Apud Joannem Sylvium.* 1583. 4. (non 1587. ut a nonnullis laudari video.) *Edidit filius, Æmilius, eo tempore Professor Lausaniensis.*

Interpretationes multas bonæ frugis inesse posse nolo dubitare; sed delectus ejus, quod tolli possit, plus otii postulare videtur, quam nobis quidem contigit.

Olympia græce, ap. Stephanum Prevosteau. Paris. 1568. 8.

Laudari ea video a Maittair. P. ii. Ind. *Titulus*, inquit, *præfert etiam Pythia, Nemea et Isthmia; editio tamen, quam consului, Olympia tantum complectitur.* cf. mox a. 1600.

Commentarii absolutissimi in P. Authore Benedicto Aretio *Bernensi. Excudebat Joannes le Preux.* 1587. 4.

Rarior, sed nullius plane usus libellus, præter ineptam ad rhetorum præcepta argumentorum analysin non nisi vulgaria complexus.

P. — græce, Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana, apud Franc. Raphelengium. 1590. 8.

Eam ex Stephaniana prima expressam liquido cognovi. Vide v. c. Ol. viii. 50.

Quarta Pythiorum Ode a Neandro vulgata hunc in modum: *Theocriti Idyllia — Pindari Lyricorum principis Argonautica. Cum expositione grammatica de ore Michaelis Neandri excepta.* Impensis Jacobi Apelii 1596. 8. Inscriptus libellus Guil. Budæo, alumno disciplinæ Ilfeldensis, tum in Academia Basileensi medicinæ studioso, hinc medico Helmstad. et archiatro Ducum Brunsuic.

— gr. et lat. Latinum interpretationem M. Æmilius, P. Fr. Porti *C. P. Linguæ Græcæ Professor* (Heidelberg.) *novissime recognovit, accurate repurgavit et passim illustravit.* Apud Hieronymum Commelinum Elect. Pal. typograph. 1598. 8.

Splendida professio, nihil tamen præstitum, quam ut Stephaniana prima recuderetur. Altera parte, novo titulo præfixo, qui interdum in fronte totius operis occurrit, Lyricorum fragmenta subjiciuntur cum Henr. Stephani diss. in Anacreontem, et hinc p. 171 - 191. *M. Æmilii Porti — breves in Euripidem* (voluit Pindarum dicere) *et aliquot Lyricorum poetarum fragmenta, dum opus typis mandaretur, notæ raptim scriptæ.* Sunt eæ satis jejunæ et vulgaria recoquunt.

— cum Schol. et interpretatione latina ad verbum. Oliva Paulli Stephani. 1599. 4.

Hæc, quod mireris, editio intelligenda est, quoties Schmidius et Oxonienses ad Stephanum provocant. Expressa sunt poetæ verba ex Stephanianis ætate proximis; unde etiam versio repeti-

ta. Tertia est editio, quæ Scholia exhibet. In præf. ad Jac. Bongarsium *mendis scatentem se veterem editionem, quæ sæpe aliter in textu, aliter in scholiis scriptum habeat, emendasse* ait Paullus. Scilicet Brubachianam (nam Romanam ne inspexisse quidem videtur) ante oculos habuit eamque ad Stephanianam recensionem alteram correxit: est satis bona editio, etlectoris, qui criticam subtilitatem non sectatur, usibus perquam accommodata. Expectabat Paullus adhuc Is. Casauboni observationes, quas tamen accepisse non videtur.

Aliam Paulli Stephani editionem Pindari a. 1600. quæ *quarta* inter minores est, supra vidimus.

Etiam Parisiensem hujus anni habemus fœturam hujusmodi: *Ex Pindaro Ecloga Græce e typograph. Prevostæi.* Paris. 1600. 4.

cf. Maittair. Annal. t. iii. p. i. p. 837. Græce expressa typis sunt Olymp. iv. v. Pyth. vii. viii. Nem. i. ii. Isthm. iii. v.

In apparatu Pindarico habendum quoque

M. *Æmilii Porti Lexicum Pindaricum.* Hanoviæ 1606. 8.

Accommodatum illud est ad edit. P. Steph. 1599. Doctrina Græcanica grammatica multa in illo viro erat, sed nulla judicii subtilitate subacta.

Editiones Steph. 1612 et 1626. et Ebrodunens. 1624. minore forma supra attigimus.

— *gr. lat. in Corpore poetar. Gr. Jac. Lectii* t. ii. Genevæ 1614 f.

Tandem ad Schmidium perventum est, editorum Pindari facile principem. Non vacat adscribere titulum libri, qui passim manibus teritur:

Πινδάρου περίοδος — *opera* Erasmi Schmidii *Delitiani, Græc. et Mathemat. P. P.* (Vitebergæ) 1616. 4.

Idem, quod nos, sequutus erat institutem vir doctissimus, ut interpretaretur Pindarum lectionibus suis; sed paullo lentius processit. Nam in interpretatione sua Pindarica septem, et quod excurrit, annos consumsit, a. d. inde xxi. Octob. 1604. initio facto; Isthmia autem enarrare æstate demum a. 1611. aggressus est. Vulgaverat ille jam anno hoc 1611. *Pindari plus quam sexcentis in locis emendati specimen.* Inde missi ad eum sunt Jani Gruteri cura tres codd. Mss. ex Elect. Palat. Bibliotheca Heidelbergensi, de quibus supra p. xxii. sq. diligenter dictum est. Sed idem antiquis edd. instructus fuit egregie; laudat edd. quatuor cum manu Viti Winshemii ad se missas, item Romanam;

tum Aldinum exemplar Rittershusii cura emendatum, transcriptis quoque nonnullis a Joach. Camerario in margine sui exemplaris adspersis. Sed Rittershusianas illas copias non adeo opimas fuisse, tum ex ipsa re judicare licet, tum ex iis, quæ a Lœbero in supra memorata Exercitatione critica p. viii. narrantur: nam usurpavit ille librum eundem ex Cypriani theologi Gothani bibliotheca. Enimvero Schmidius, doctissimus vir, multo minus videtur tribuisse scriptorum vel impressorum librorum auctoritati, quam certis rationibus metricis, quas ipse sibi ex antiquo metrico, et interdum metro adarbitrium constituto, finxerat, acuteutique et docte, sæpe tamen re nondum satis explorata, cum et ipse metricus vitio laboraret, aut perperam metrum constitueret, aut Schmidius metro ad unam alteramve stropham, nonnunquam ad eam, quam omnium minime sequi debebat, constituto pariles nimis audacter refingeret. Itaque acerbe, et sæpe scurrili licentia exagitatus est a Pauwio, pro istius ætatis more. Quam quidem maledicentiæ et amaræ insectationis infamiam a studiis nostris, quæ ipso nomine humanitatem profitentur, nunc * esse depulsam magnopere gratulamur. Saltem doctus et æquus quisque judex fatebitur, Schmidii acumine et diligentia infinitis locis emendatiorem nos habere poetam; tum in iis quoque, in quibus hallucinatur, ingeniose tamen et sagaciter hariolari virum doctissimum. Exemplar ante oculos habuisse et excudendum dedisse videtur Cratandrinum, deserto Stephano, quem non satis diligenter passim consuluit, uti nec Aldum et Calliergum; id quod merito mireris. Etiam scholia et metaphrasin interlinearem, quam binis ex Palatinis adjunctam fuisse ex Sylburgii Catal. Mss. biblioth. Palat. discere licet, neglexit. In commentario vero opera quidem ejus est haud contemnenda, et doctrina præclara, sed judicium illorum temporum studia et exempla sufflaminabant. Cum enim recte hoc vidissent homines, in omni oratione, etiam ea, quam quis interpretetur, ad argumenti summam, rerumque tractationem ac dispositionem animum esse intendendum, nec, summa ac capite operis omisso, hærendum in singulis voculis et enuntiationibus: errarunt tamen in eo, quod omnem orationem, etiam poeticam, ad rhetorices præcepta, quæ tum ex Melanchthonis vel Chytræi aliorumque libellis addiscere solebant, exigerent. Itaque poetam suum Schmidius ad rhetoricum schema revocatum

* Scripta hæc erant a. lxxiv.

ab omni diviniore animi vi et impetu prorsus deturbavit, et, dispositionis synopsi cuique carmini præmissa, humi afflixit tanquam pedestrem ex vulgo scriptorem: quo factum est, ut, etsi magna Græcarum litterarum copia instructus, contorte multa et invito carminis lyrici Genio interpretaretur; utque omnino in iis locis, quorum obscuritatem vel difficultatem ut tollas, sensus aliquis poeticæ virtutis vel spiritus audacior et ad Pindaricam sublimitatem assurgens requiritur, infelix fere ille esset opera et interpretatione. In chronologicis, quæ ad Olympiadas et Pythiadas spectant, Sethi Caluisii opera adjutus longius progressus est, quam illo tempore, studio hoc vix inchoato, expectari poterat. Spem tandem fecerat vir doctissimus Lexici Pindarici, seu Πινδαροταμείου, cujus specimen proposuit in præfat. quod tamen intercidisse non dolemus.

Πινδάρου περίοδος — Jo. Benedictus *M. D. et in Salmuriensi Acad. R. Linguæ Græcæ Prof.* — Salmurii 1620. 4.

Titulum operis promissis satis magnificum describere necesse non est; nec minus magnifice plurima pollicetur præfatio. Habebat tamen vir doctissimus, quæ vere de se prædicare poterat: nam in interpretandis sententiis præclara ejus est opera, partim versione recognita et paraphrasi latina primum addita, partim ipsis commentariis, qui, etsi in iis multa vulgaria accumulata sint, bonæ tamen frugis pleni, et præclaro aliquo exemplo ita instituti sunt, ut lyrica oratio verbis vulgaribus græcis illustretur, ex scholiorum fere apparatu non sine judicio excerptis; ut hac quidem parte, quæ enarrationem attinet, Schmidio longe præferendum arbitrer. Sed nec codd. scriptis, quod videri voluit, usus, nec contextum ad metri normam examinatum restituit; sed Schmidianum exemplar exscripsit; etsi operam jam ad Nemea perductam fuisse narrat, cum illud nancisceretur.

Pindari Ol. P. N. I. græce, sumptibus C. Morelli, typographi Regii. Paris. 1623. 8.

Tantum ex Maittairio t. iii. p. i. p. 882. de ea constat: ut et de ea, quæ sequitur:

Pindari Olympia, Latino carmine reddita per Nic. Sudorium. Sumptibus ejusd. eod. anno.

Ex Pindari odis excerptæ genealogiæ principum veteris Græciæ, gnomæ illustres etc. studio Davidis Chytræi. Rostoch. 1695. 8.

Male hoc; nam libro nunc inspecto video a. 1596. reponendum esse.

Perventum est ad *Qxoniensem, curantibus Rich. West et Rob. Welsted.* 1697. fol. Modestiam et æquitatem virorum doctorum facile probes; etiamsi doctrinæ subtilitatem, criticum acumen, et subactum in admittendis vel rejiciendis interpretationibus et lectionibus æstimandis desideres ingenium. Textum Schmidianum sequuti sunt, *nisi*, inquiunt, *numeri carminis, aut aliquid aliud, reclamarent.* Sed fatendum est, nec lyricorum metrorum rationes, nec Pindaricæ orationis indolem viros præstantissimos satis esse assequutos, et modo damnasse, quæ retinere, modo retinuisse, quæ damnare debebant. Itaque iterdum mihi ipse displicui, quod non ab initio statim lectiones perperam ab illis mutatas eliminare in animum induxeram. Variantes lectiones ex Schmidiana editione repetiverunt, alias addiderunt, non quidem, quod quis expectabat, antiquis edd. excussis et comparatis: etsi *ex impressis plurimis edd.* varietatem lectionis petitam memorant: sed ex *Bodleianis codd.* exscriptas; de quibus tamen codd. nihil satis diserte narrant; quæ ipsi observaverimus, supra exposita sunt. Versionem servarunt ex Schmidiana, paraphrasin subjecerunt ex Salmuriensi editione, una cum argumentis. Indicem locupletem ipsi confecerunt. Oxoniensium Pindari editorum desideratæ ἀκριβείας specimen proposuit R. Dawes. Miscell. crit. Sect. ii. p. 33-68. (ed. Burg. p. 37.) Pauwium minus acerbe cum iis agere interdum miratus sum.

Repetitus est contextus poetæ ex hac editione, primum edit. Glasguensi, 1744, cum interpretatione latina; et græce 1754. 24. tribus voluminibus nitidissimis, et 1770. 8. 2 voll. Adde Londini 1753. ap. Bowyer. Venet. 1762. 8 *.

Veniunt tandem in recensum hunc.

Jo. Corn. de Pauw Notæ in Pindarum. Traj. ad Rhen. 1747. 8. tum præter *vitam Pindari, Carminum Pindaricorum Fragmenta. Curavit Jo. G. Schneider.* Argent 1776. 4. quæ Volumini hujus ed. tertio inserta sunt. *Friderici Gedike* autem ingenii doctrinæque specimina in Pindaro in nostrum sermonem vertendo et illu-

* Nuntiatum erat, V. C. *Richardum Chandler* novam Pindari recensionem parare; verum ipse privatis litteris mihi significavit, alienum se ab hoc consilio esse. Audivi tamen, ab eo curatam esse codd. Vatic. Pindari comparationem, et Guilielmum Clarke codices Marcianos quinque contulisse in Chandleri usum. Monebo porro, ne in errorem incidas, *Jo. van der Dussen Prodromum novæ Pindari editionis*, Campis, 1769. 8. ad Epitomen Iliadis perperam hoc nomine inscriptam spectare.

strando annis LXXVII. LXXIX. et LXXXVI. supra jam memoravi, et nunc iterum debita cum laude memoro. Nec minus novam editionem a V. C. *Chr. Dan. Beck* paratam Lipsiæ: Olympiorum quidem XCII. 8. una cum Scholiis et Obss. crit. et Pythia ac Nemea XCV. una cum Scholiis. [*W. Fr. Hezels Erläuterung auserlesner Oden Pindars für Anfänger und ungeübte Lehrer* —. *Riga.* 1805. 8. Sunt Ol. i. ii. iv. v. ix xi. xii. xiv. P. i. Inepte et alieno loco argutatur in etymologia vocum. —*Observationes in Pindari Carmen Ol. i. Progr. Theoph. Frid. Welcker. Giess.* 1806. — *Pindari Ol. ii. illustravit M. Car. Gul. Theoph. Camenz. Penig.* 8. vid. *Leipz. Litter. Zeit.* 1806. 126. *St.* p. 2010. — *Gurlitti Progrr.*, quorum potiora v. ibid. 1807. 83. *St.* 1810. p. 618. — *Villoisoni Notæ et Emendatt.* v. Acta Seminar. Lip. i. 1. p. 232. — *Uebers. v. Fähse.* 2. *Bde.* 1804. 1806. v. *Jen. A. L. Z.* 1808. N. 33. *Ex Schedis.*]

Si hic de re libraria ageretur, non de critica: laudandi essent et ii libelli, quibus passim inserta sunt singula carmina Pindarica. Sic Institutionibus Gr. *L. Clenardi* Ode prima repetita (ed. Sylburg. Frf. Wechel. 1598. p. 411.) Olymp. i. Pyth. vii. Nem. ii. Isthm. iii. in *Vorstii* vett. poem. gr. select.; item: Ode tertia in Hieronem a *Jac. Laureo* carmine donata, ad calcem Æliani Var. Hist. latine ab eodem versarum, Ven. ap. Gabr. Jolitum 1550. 8. *Gotth. Erdm. Löberi* Exercitatio critica in Pindari Olympicarum Oden xi. Jen. 1744. qua paullo contortior versuum primorum istius carminis interpretatio affertur. De P. Odis conjecturæ D. *Jo. Aloysii Mingarelli.* Bonon. 1773 *. Sunt forte alia, quæ, dum hæc scribebamus, memoriæ non succurrebant: ut *Dammii* Lexicon Homerico-Pindaricum. Berol. 1765. opus Herculei laboris; in quo utinam Pindarica seorsum ab Homericis vulgasset!

Ut versiones saltem verbo attingam, integrum Pindarum latinitate primus donavit *Jo. Lonicerus,* sub ann. 1528. hinc ex *Phil. Melanchthonis* scholis *Peucerus* vulgavit a. 1556. Meliorem interpretationem *Henr. Stephanus* dedit, ad verbum, ut ipse ait, et ut Philippinam in consilium vocaret: eam emendavit in editione altera, unde in reliquas edd. fluxit. Eandem recognoverunt *Æ-*

* Illo tempore, quo ista scribebam, nomine tantum et fama notæ. Mox vero, cum eas lectione et usu cognovissem, inter præstantissimos rei metricæ magistros Mingarellum habere cœpi. Curata est diligens ejus censura in Philolog. Biblioth. vol. ii. pag. 650. 1774.

milius Portus in edit. Commeliniana, et *Benedictus* in Salmuriensi, qui paraphrasin a se confectam adjecit. Novam interpretationem Schmidius adornavit nimis ad verbum, sensu etiam obscurato, et poetica vi penitus sublata; retinuerunt eam *Oxonienses* una cum Benedicti paraphrasi, adjecta ad calcem Sudoriana interpretatione versibus comtis et elegantibus, sed in quibus Pindarus ad Horatianos numeros, sententias et structuras revocatus Horatium mentitur, Pindarum exuit.

Interpretationes recentiorum idiomatum sigillatim enarrare nec vacat, nec necesse est; inprimis, cum ad libellos remittere possim lectorem, in quibus illæ diligenter recensentur. Italicam *Alex. Adimari*, admodum probatam Italis, quæ Pisæ 1631. (non 1531.) prodiit, aliasque nonnullas enumeratas videre licet in *Filippo Argelati Biblioteca degli Volgarizzatori* tom. iii. pag. 203. sq. Accessit nuper *Jo. Bapt. Gualtierus*. (conf. ejusd. præf. p. xi. xii). Vulgati enim ab eo sunt:

Ὀλυμπιονῖκαι. *I Vincitori Olimpici di Pindaro, tradotti in Italiane Canzoni ed illustrati con postille da Gianbatista Gautier.* In Roma, 1762. et Πυθιονῖκαι, 1765. 8 maj. græcis ex adverso appositis.

Ornamentis libellus typographicis insignis est: nec deest interpretationi elegantia sua; sed græcæ lectionis interdum ne vestigia quidem in Italo interprete videas, qui omnino ex latina versione et ex Adimaro sapere videtur. Laudatur tamen libellus certatim ab Italis. v. Argelati Biblioteca degli Volgarizzatori. Addizioni tom. v. p 614. 764. Sunt præterea *Odi scielte di Pindaro di Gius. Mazari.* Sassari, 1776.

Gallicas, etiam singularum Odarum, interpretationes, cum iis, quæ in Commentariis Academiæ Inscript. et Elegant. Litt. occurrunt, videre licet ap. Abb. Guietum *Bibliotheque Françoise* tom. iv. p. 249. Inde a. 1754. *Les Olympiqués de Pindare, trad. par Mr. de Sozzy.* 12. prodiere, unde specimina, cum poetæ adversus obtrectatores defensione, inserta vidimus in libello non ineleganter scripto: *Discours sur la Poesie lyrique.* Paris. 1761. 12. (auctore Mr. *Gossart* *.)

Superiore anno duo interpretes Gallici extiterunt Parisiis,

* Diligentius hæc nunc exposita sunt ab Harlesio in Bibl. gr. tom. ii. pag. 75. sq.

qui certatim alter ad verbum interpretando, alter sententias omnino reddendo, in Pindaro vertendo et illustrando desudarunt. Alter est *Chabanon*, Academiæ Reg. Inscr. et Elegant. Litt. Sodalis, qui, quæ primum in Commentariis (Memoires de l'Academie des I. et B. L.) tom. xxxii. et xxxv. vulgarat, superiore anno singulari libello emisit: *Les Odes Pythiques de Pindare, traduites avec des Remarques.* Par. 1772. 8. præmissa disputatione super carmine lyrico et Pindarico. Cum essent inter Gallos, quibus ea versio ad verbum facta nimisque adstricta Græcis videretur; successit alius vir doctus, qui liberiore spiritu efferri, et, sententiis ad Gallicæ orationis genium revocatis, Pindarici carminis vim assequi videri voluit libro hoc: *Essai sur Pindare. Contenant une traduction de quelques Odes—avec une Analyse raisonnée et des Notes historiques, poetiques et grammaticales. Le tout précédé d'un Discours sur Pindare et sur la vraye manière de le traduire. Par Mr.* Vauvilliers, *Lecteur et Prof. R. pour la Langue Grecque.* Par. 1772. 8.

Probamus doctorum virorum studium, sermonis patrii amorem, judiciique elegantiam, in altero etiam grammaticum acumen: sed nollemus vanam consumi operam in transferendo eo poeta, qui nullo modo alia lingua reddi potest; multo minus ea lingua, quæ omnium maxime a Pindarica vi, audacia et sublimitate abhorret.

Inter Britannos *Gilbert Westii* interpretatio Odarum nonnullarum (Olymp. i. ii. iii. v. vii. xi. xii. xiv. Pyth. i. Nem. i. xi. Isthm. ii.) Lond. 1749. 8. celebris habetur: cui successit *Henr. Jo. Pye* et *Ed. Burnaby Green* docta opera in tota Pindaro redhibendo. Sed nec has nec Germanicas, quas habemus, interpretationes excutere et comparare satis diligenter licuit, ut quicquam de iis tuto pronuntiare ausim*. Ex Dammii, viri doctissimi, totius poetæ interpretatione non dubito adminicula interpretationis nonnulla passim peti posse, si quis in subsidiis externis bonas horas perdere, nec ex ipso potius poeta sapere maluerit.

Omnino equidem, qui laudem summam studio huic tribuo, operam, in lyrico poeta in patrium sermonem transferendo, ei, qui eam suscepit, video esse posse longe utilissimam ad sermonem patrium poliendum et ornandum, poeticamque, lyricam

* Enumeratæ hæ versiones sunt in eadem Biblioth. gr. ab Harlesio l. l. pag. 76. 77. et a Blankenburg. ad Sulzer.

inprimis, orationem locupletandam, ad excitandum ac fingendum instruendumque ingenium; factam autem jam versionem etiam consuli recte posse ab eo, qui ipsum poetam legat, partim in singulis locis; si modo ipsa poetæ sententia expressa sit, non alia, ut sæpe fit, in ejus locum substituta; partim ad totius carminis structuram tanto facilius perspiciendam; lineas quoque et umbram formæ assequentur inde alii, quibus Venerem ipsam haud videre licuerit; sed fore, ut populares nostri Pindari gustum talem inde capiant, quo vel admirationem ejus vel amorem concipiant, admodum dubito. Ut enim poetam intelligas, antiquas litteras animo complecti, rerum a poeta pertractatarum notionem habere, fabulas et historias, in quibus versatur, tenere necesse est: quæ omnia qui habet, is ipsum poetam adibit; qui non habet, ex versione nihil intelliget; quatenus intelligere non est: verba, sed sententias percipere; multo minus tali lectione delectari aut antiquorum hominum sensus induere poterit. Itaque qui in vertendo scriptore ingenioso operam ponit, multo magis sibi patrioque sermoni consulit, quam aliis, qui nec studium satis magnum ad antiqua hæc cognoscenda adhibere solent; verbo, sibi quisque serit, populares parum inde metunt.

Nonnulla alia sunt, quæ in penu Pindarico haberi possint. Sed si utilitatem, non rerum solum copiam spectes, ex iis quoque, quæ jam commemorata sunt, multa esse videas, quibus melius careamus. Disputationes habemus, inprimis Gallorum, multas super lyricorum veterum, interque hos præcipue Pindari, ingenio et indole; in iis quoque, quæ quidem evolvimus, multa vidimus eleganter disputari. Sed juvenum animos, his quidem disputationibus, ab ipsa Pindari lectione avocari nolimus. Pindari omnino lyrica vis, character carminis, et argumenti numerorumque ac modorum ratio, tam diversam habent omnia indolem a ceteris, multo magis a Romanis et a recentioribus, poetis lyricis, ut diversorum generum res comparare et contendere dicendus sit, qui Pindarum ipsum in his quærere velit.

Non pigebit nunc extremo loco subjicere codicum nonnullorum notitias, quæ, dum in studio hoc lectionis Pindaricæ investigandæ versabamur, nobis in manus venerunt. Juvabit uno tanquam obtutu subjectas recognoscere copias omnes Pindaricas, quibus temporum injuria pepercit; etsi haud exiguam

partem codicum sub ipsa typographiæ inventæ tempora scriptam esse non obscuris indiciis constat. Eadem tanquam transitione facta, ad codicem, qui nuper nobis oblatus est, deducemur paucis describendum.

Non quidem iis de codicum ætate judiciis, quæ vulgo in librariis recensibus feruntur, multum tribuimus: esse tamen recentiores Pindari codices omnes, liquido apparet.

Medicea novem scriptos codices habet, quos a Bandinio V. Cl. in Catalogo Codd. Bibl. Medic. tom. ii. p. 81. 128. 178. 195. 196. 197. 202. 203. 209. commemoratos videre licet. Omnes sunt recentiores, et plerique voluminibus iisdem plura alia, v. c. Euripidis, Hesiodi etc. complectuntur. Quatuor Olympia tantum cum scholiis exhibent, Sæc. xiv. xv. xvi. scripti, iisque chartacei, uno bombycino excepto. Olympia et Pythia duo, Sæc. xiv. scripti, alter quidem bombycinus, cum scholiis et glossis interlinearibus, sed in Pyth. quinta deficiens. Restant duo, qui cum Olympiis et Pythiis etiam Nemea et Isthmia continent: alter membranaceus Sæc. xvi. sine Scholiis, alter chartaceus Sæc. xiv. cum scholiis, quæ usque ad finem ultimæ Isthmicæ procedunt, uterque cum x. versibus, de quibus v. ad calc. Isthmiorum. Subjecta Pindaro sunt in utroque volumine alia: in illo Hesiodi opera et dies; in hoc Theocritus, Lycophron et alia. Ex omnibus his codd. saltem ultimo loco memoratum accuratius inspectum esse vellem.

In Vaticana primum Pindari Olympia cum scholiis, tum eadem sine scholiis; decem Odas (nescio an Olympiorum) cum scholiis; porro integrum Pindarum; tum fragmentum ex bibliotheca Alex. Patavii; (cujus alius codex Pindari ad Is. Vossium et hinc in bibliothecam Leidensem pervenit) porro Pindari opera cum vetere Scholiasta, e biblioth. Reginæ Sueciæ, Homeri Batrachomyomachia et aliis adjectis, memorata videmus a Montfaucono; et in bibliotheca Ottoboniana Pindari codicem non antiquum. De Palatinis codd. supra vidimus. Præter tres illos quartus in Vaticanam illatus esse debet, quem Sylburg. n. 99. memorat *. Florentiæ, præter Mediceos supra memoratos, bib-

* Scripsit *Mingarellus* ad me litteris a. 1778. datis: "In Vaticana bibliotheca non quinque vel sex codices Pindari Odas aut omnes aut aliquas continentes asservantur; sed triginta circiter, nisi memoria me fallit, oculis ipse meis olim vidi, quorum nonnulli perantiqui sunt, etsi decimo sæculo posteriores, plerique vero alii sæculis xiv. et xv. exarati." Porro in Bibliotheca Angelica

liotheca Monasterii Ord. Benedict. B. Mariæ Pindarum cum scholiis Sæc. xiii. scriptum: Patavii bibliotheca Theatinorum Olympia: Mediolani Ambrosiana codices servat saltem tres: obscura enim sunt, quæ de iis tradit Montfauconius: et alium bombycinum recentem. Venetiis bibliotheca Grimana * alium recentem a Cæsare Stratego scriptum: (vixit ille medio Sæc. xv. Montfauc. Palæogr. Gr. pag. 82.) S. Marci autem opes librariæ primum habent chartaceum recentem, quo rhetoricis græcis aliisque præmissis subjiciuntur Pindari Olympia et Pythiorum pars cum scholiis Thomæ Magistri et Manuelis Moschopuli, quæ a vulgatis non diversa videntur; duo alios chartaceos recentes Sæc. xiv. quorum alter Olympia et Pythia complectitur; quartus Sæc. xv. membranaceus, Aristophane præmisso, Pindari Olympia, Pythia et Nemea cum scholiis in margine †; quintus tandem Sæc. xiv. chartaceus cum Oppiano Olympia exhibet, scholiis iisdem, quæ supra memoravi, recentioribus instructus. De quibus Theupolus videndus ‡.

In Escurialensi bibliotheca Pindarum, cum Lycophrone, Commentariis instructum, latere Montfauconius narrat. Accuratius tradita expectamus a Michaele Casiri. (Codicis Biblioth. Regiæ Matritensis descriptionem dedit Iriarte p. 445. sqq.)

Codices Bodleianos quinque apud Oxonienses jam supra enumeravi. Nunc hoc unum addam, Codicem ab Oxoniensibus C. 71. Ms. signatum, uno cum codice α, Guil. Laudi munere inter

Pindarum cum Scholiis sæc. ut putant, xiv. perscriptum, chartaceum tamen, se inspexisse, litteris mihi mandavit b. *Siebenkees* Febr. xc. scriptis; convenire eum fere cum ed. Basil. adeoque cum Aldina.

* Falso hoc tradi, docuit me Morellius; fuit ille asservatus olim in Bibliotheca SS. Jo. et Paulli: Montfauc. in Diario Ital. p. 48. et in Biblioth. Mss. pag. 479. Migravit inde in Bibliothecam S. Marci.

† Nemeorum non nisi Odæ quatuor priores extant. Scholia sunt antiqua auctiora vulgatis, teste Morellio.

‡ Omnes hi fuerunt olim Bessarionis Card. Accessit postea, quod me docuit humaniss. Jac. Morellius, codex Strategi paullo ante memoratus; et ex biblioth. SS. Jo. et Paulli alius cod. chart. sæc. xvi. qui Olympia et Pythiorum Odas quatuor sine Scholiis continet. Specimen variæ lectionis ex iis codd. Olymp. carminis primi a. xc. ad me misit idem vir optimus, humanitate inter viros doctos insigniter eminens, quod fidem facit iis, quæ de horum codicum usu suspicatus eram. Docuit me idem vir doctus, immerito me Theupolo tribuisse operam, quæ Antonio Zannetio et Antonio Bongiovannio in Catalogo Mss. S. Marci conficiendo debetur.

opes Bodleianas illatum esse. Præter hos codices jam excussos habet bibliotheca Collegii S. Emanuelis Cantabrigiæ Pindari librum scriptum, qui a Pythiis incipit : et ecclesia Westmonasteriensis alium, qui Olympia, Pythia et Nemea comprehendit. Etiam Pindari particulam cum scholiis possedit olim Th. Gale.

Inter Is. Vossii libros tres scriptos codices Pindari nacta est bibliotheca Leidensis, unum bombycinum, Olympia cum scholiis, duo reliquos chartaceos, alterum Olympia, alterum Pythia cum iisdem complexos : omnes, quantum quidem intelligo, recentiores; qua de re tamen viris in litteris Græcis principibus, Valckenario et Ruhnkenio, nostri amantissimis, judicium relinquimus.

Bibliotheca Regia (nunc Reip. Franc.) Parisiensis Pindari codices habet ad tredecim : ut mirum sit, nec Chabanonum nec Vauvillerium de inspiciendo libro scripto cogitasse. Omnes sunt recentes satis, nonnulli recentissimi. Plerique Olympia tantum, alii eadem cum Pythiorum parte, alii Pythia et Nemea, totum Pindarum tres tantum exhibent, unus Sæc. xv. alter xvi. tertius bombycinus ad Sæc. xiii. spectare fertur, cum scholiis in margine et glossis inter lineas ; unus ille inter omnes ceteros, quem inspectum a viro docto et comparatum cum vulgatis esse velim. Est is n. 2403. Cleomedem Gr. aliaque habens eodem volumine comprehensa.

In Germania tandem Vindobonensis bibliotheca codices Pindari saltem quatuor : Olympiorum binos, alterum cum scholiis ; et duo alios, qui omnia Pindari carmina exhibere narrantur : (omnes sunt recentiores, quantum ex Nesselii notitia biblioth. Vindob. assequi licet). Augusta autem Vindelicorum in bibliothecæ publicæ pluteis servat codices quatuor a Reisero p. 78. 81. 83. in Indicem relatos. In primo Demosthenis Orationibus nonnullis subjectæ sunt P. Odæ aliquot. cf. Reiskium in præfat. Demosth. p. lxix. lxx. atque hæc fragmenta esse arbitror, quorum discrepantes lectiones ad Schmidium miserat Dav. Hœschelius : cum eo tempore nondum alius scriptus Pindari liber in ea bibliotheca extaret. Alter* Nemea, quem cum vulgata lectione comparet utinam vir doctus una cum Scholiis in Isthmia, laudatis Reisero p. 79. duo reliqui Olympia exhibent, unus cum Scholiis, ab Adolpho Occone medico scriptus, alter cum glossis interlinearibus. Misit

* Esse hunc in amissis, nuntiatum mihi est.

nuper ad me perhumaniter Reiskius varias lectiones cum scholiis, seu potius glossis, e codice Augustano papyraceo recente, quem hunc ultimo loco memoratum esse necesse est. Nec enim ultra Olympia procedit, et ex recentissimis est; eumque aut ex Aldina descriptum, aut cum illa et cum Palat. C. ac Bodl. C. ex eodem fonte fluxisse arbitror *.

Illatus nuper est in bibliothecam Georgiæ Augustæ Codex bombycinus, folio minore, vetustate et situ haud parum attritus, Olympia et Pythia cum scholiis complexus; subjectis Nicandri Theriacis et Alexipharmacis, in quibus permulta alio ordine, quam in vulgatis, exhiberi vidimus, itidem cum Scholiis. In Pindaro quidem Olympiorum prima ab alia manu in charta suppleta est, etiam in Pythiorum ultima viginti novissimi versus. Sæculo XIII. vel XIV. et hic liber scriptus esse videtur. Interpunctione raro sententiæ distinguuntur; litterarum compendia satis frequentia, multo magis in scholiis. Variorum doctorum virorum manibus liber versatus est; hinc et glossæ passim inter lineas adspersæ, et in margine nonnulla adscripta, quæ fere ex recentioribus scholiis excerpta deprehendi. Quotquot quidem adhuc loca comparavi, pleraque vidi conspirare cum ed. Aldina; codicis autem Palatini C. varietatem fere ubique deprehendi; ut et in eam suspicionem inciderim, sitne noster hic codex ille ipse Palatinus? Verum retinet me non tam Schmidius, qui esse eum chartaceum tradit, quam Sylburgii narratio in Catalogo Mss. Græc. bibl. Palat. 40. Pervenit ille ad nos cum aliis ex copiis librariis Jo. Nadleri, Duci Principi Saxon. Coburg. Meinung. a Consiliis Secret. et Senatus rer. eccles. Præsidis; a quo ex Italia eum apportatum esse, traditum accepimus. Firmat quidem et hic Codex id, quod in præfatione posui, ex scriptis libris, cum omnes tam recentes sint, Pindaro, antiquissimo poetæ, parum auxilii videri esse expectandum: paullo plus ex critica subtiliore, accuratiore sermonis lyrici et dialecti, qua usus est, tractatione, et glossographorum ac grammaticorum aliorumque veterum scriptorum, qui verba ex eo laudant, inspectione; forte etiam ex diligentiore rei metricæ studio. Curabo tamen, ut codex hic dili-

* Est quoque Codex recentior Olympiorum cum Schol. in bibliotheca acad. Lips. quod ex Lœsner. præf. ad Hesiodum didici. Alium Cizensem video ab Hermanno inspectum esse. Alium in bibliotheca Norimbergensi notatum a V. C. *Murr* (*Beschreibung von Nürnberg* p. 95).

genter cum vulgatis comparetur: nec, ne nullus omnino inde fructus proveniat, verendum esse video *.

* * * * *

* * * *

Omnino hoc aliqua cum fide nunc tradere posse mihi videor: Sæculo XIV. classem codicum exaratam esse, qui Olympia et Pythia complectuntur cum scholiis τῶν νεωτέρων. Sunt hi νεώτεροι Thomas Magister et Manuel Moschopulus Cretensis. Inde per Sæc. XV. invasit studium describendi Pindari multos viros doctos, plerumque e codd. illis recentibus; quod et obtinuit sub primordia Sæc. XVI. antequam Aldina editio (1513.) poetam typis redditum evulgavit. E qua classe sunt codd. Bodl. A. B. Aug. et plerique alii. Prioris generis unus ab amico, cui vel nomine non adjecto gratum me profiteor, doni loco acceptus, et a me bibliothecæ academicæ illatus est, quaternionibus: complectens Olympia cum Scholiis recentiorum solis: charactere admodum minuto exarata. Inter lineas rubro colore, magna tamen ex parte tam subpallido, ut meos oculos litteræ fugerent, adscripta est glossa perpetua †. Cum pluribus locis comparatis intelligerem convenire codicem cum ceteris hujus classis, nolui tempus consumere comparatione totius codicis instituenda. Scholia comparavi multis in locis, passim etiam ex codice emendatiora apposui. Quæ Scholiis præmitti solent, de vita Pindari et de metris, videntur fere ex hac codicum classe fluxisse. Ita quoque convenit cum nostro hoc codice codex Matritensis ap. Iriarte n. cxii. p. 445. sq. Poterit alius me junior et oculis valentior, cui quidem prospectus vitæ longior suppetit, librum totum comparare; etsi fructus ex tali labore vix alius uberior expectari potest, quam ut lectiones enotentur, quas alii jam ex aliis libris notatas modo bonas modo pra-

* Curatum id est in Bibliotheca philologica Gottingensi, 1779. vol. i. p. 8. sq. et 1780. vol. ii. p. 45. Cum varietatem eam jam enotatam in editione Beckii viderem eamque studiose pertractatam persuasum haberem: nolui in ea iterum expendenda operam ingratam consumere.

† Eodem rubro in capite Carminis i. scriptum legitur: τοῦ σοφωτάτου Κυρίου Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου καὶ τοῦ Μοσχοπούλου Κρητὸς Μανουὴλ σχόλια ὅτι ἐνθάδε ἔχει ἀρχήν. σημειώσεις τοῦ Μοσχοπούλου. Ad calcem codicis subscripta sunt: ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ Γρηγορίου. A Gregorio igitur aliquo monacho scriptum esse librum discimus.

vas redhibuerunt; novas aut meliores lectiones quæ fortuna propitia offerre possit, non video.

Ita quoque vidi rem se habere in aliis codicibus, quorum aut lectio varians, aut specimina ad me missa sunt humanitate virorum doctorum, quorum nomina honoris caussa appono.

Varietas lectionis e codd. binis chartaceis Sæc. xv. bibliothecæ Synodalis Mosquensis Pindari Olympia complexis. Prior varios alios libellos poeticos continet, alter scholia habet adjuncta: " auctores Scholiorum notantur Moschopulus et Thomas Magister. " Ex horum scholiis intelligitur, multa ab ipsis in contextu mu- " tata esse propter metrum."

A V. C. Jo. Aloys. Martyni-Laguna varia lectio docte et subtiliter excerpta, ex Fragmento Olymp. x-xiv. quod in bibliotheca Zuickaviensi servatur.

Variam lectionem carminis i. Olymp. e codd. Marcianis Ven. jam supra commemoravi.

E recentissimis est codex chartaceus olim bibliothecæ Rostgaardiensis, nunc bibliothecæ Regiæ Hafniensis, e quo specimen lectionis var. trium priorum carminum a. xci. ad me misit B. G. Niebuhr, Carsteni filius, cujus ingenio et studio mirifice tum delectabar. Continet Olympia, sed carmen xiv. deficit.

Alius Codex chartaceus, quaternis, nitide scriptus, e bibliotheca Ducis Sereniss. Brunsuic. Guelpherbytana, quem inspiciendum mihi eximia cum facilitate concessit meritissimus bibliothecæ præfectus, *Ern. Theod. Langer:* erat ille olim Nic. Heinsio dono missus a Carolo Dati. Complectitur Olympia et Pythia.

Quæ ex his ac similibus enotantur, sunt tantum non omnia varietates e neglecta dialecto, versuum modulo longiore seu breviore, insertis vel omissis particulis δε, γε, τε, et similibus.


ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

VITA PINDARI

PER ANNOS DIGESTA

CUM

NOTATIONE VICTORIARUM

QUÆ

EJUS CARMINIBUS CELEBRATÆ SUNT

PROBABILI.

Olymp. 65, 1. ante Chr. 520. natus Pindarus. Suidas Ol. 65. Idem pugnæ Salaminiæ anno quadragenarium fuisse ait. Corsini Fast. Att. tom. ii. p. 64. et tom. iii. p. 122. subtilius ex verbis Plutarchi Sympos. viii. qu. 1. p. 717. D. ὁ Πίνδαρος ἐν Πυθίοις γενόμενος ad annum iii. revocat, adeoque ad a. 518. Ita vero in Olymp. 75, 1. nondum a. 39. attigerat.

æt.	*Olymp.*	*Pyth.*	*a. C.*	
22.	70,3	22	498	victor Hippocleas Pyth. x.
30.	72,3	24	490	Xenocrates Pyth. vi. Annus pugnæ Marathoniæ. Eadem Pythiade vel 25. Midas tibia Pyth. xii.
32.	73,1		488	Epharmostus Ol. ix.
36.	74,1		484	Agesidamus Ol. x. et xi.
40.	75,1		480	Pugna Salaminia.
42.	75,3	27	478	Hiero celete Pyth. iii.
44.	76,1		476	Asopichus Ol. xiv.
46.	76,3	28	474	Megacles Pyth. vii.

æt.	Olymp.	Pyth.	a. C.	
				Telesicrates Pyth. ix. At Hiero perperam ad h. a. refertur.
48.	77,1		472	Theron Ol. ii. et Ergoteles dolicho Ol. xii.
50.	77,3	29	470	Hiero quadrigis Pyth. i. forte et ii.
54.	78,3	30	466	Telesicrates Pyth. ix.
56.	79,1		464	Xenophon stadio Ol. xiii.
58.	79,3	31	462	Arcesilaus Pyth. iv. et v.
60.	80,1		460	Alcimedon Ol. viii.
66.	81,3	33	454	Thrasydæus Pyth. xi.
68.	82,1		452	Psaumis Ol. iv. et v.
74.	83,3	35	446	Aristomenes Pyth. viii.

Eidem anno mortem Pindari assignat Corsini ad Olymp. $80\frac{2}{3}$. (vitio an errore Ol. 82. 3.) v. diss. ix. tom. ii. pag. 50. sq. 62. sq. De anno mortis varie traditur et statuitur inter Olymp. 78,4. ad Olymp. 87. Fuit Æschyli æqualis; minor natu Simonide, major Bacchylide. conf. Grammaticos de vita Pindari vol. ii. in fronte Scholiorum p. 99. Vixit serior Alcmane ad 150 annos, Alcæo ad 100. Stesichoro ad 50 annos; ut serior, ita politior lyricis ceteris.

CARMINA PINDARI

CUM NOTATIONE

VICTORIARUM ET ANNORUM

AD QUOS EÆ PROBABILITER
REFERRI POSSUNT.

OLYMPIA.

I. *In Hieronem Syracusanum,* celete.
f. Olymp. 75. 1. a. C. 480. Perperam Schol. Olymp. 73, 1. a. C. 488. At Gelo frater hoc anno quadrigis vicit: secundum Pausan. vi. 9. 32. dictus Gelous, nam Syracusas nonnisi a. 4. Olymp. 75. occupavit. Olymp. 75, 3. successit Hiero: ita Diodorus. De dissensu aliorum v. Corsin. ad Olymp. 75, 1. Hiero iterum vicit Olymp. 78, 1. ap. Schol. [Schneider. ad Xenophont. Hieron. p. 222. — X annos ἐτυράννευσε. v. Aristotel. de Rep. ii. 12. *Ex Schedis.*]

II. *In Theronem Agrigentinum,* curru.
Olymp. 77, 1. a. C. 472. Schol. cf. Isthm. ii. 41.

III. *In eundem:*
eademne an alia victoria, incertum.

IV. *In Psaumidem Camarinæum,* quadrigis.
Refertur ad Olymp. 82, 1. a. C. 452.

V. *In eundem:* eadem Olymp. quadrigis, mulabus, celete victorem.
Schol. ad Ol. v. pr.

VI. *In Agesiam Syracusanum,* mulabus.
Schol. Olymp. 83. vel 84. (a. C. 448. 444.) immo Hierone

regnante Olymp. 76. (a. C. 476.) 77. vel 78. Corsini Olymp. 77. cf. Fast. tom. ii. p. 62. sq.

VII. *In Diagoram Rhodium,* pugilatu.
Olymp. 79, 1. a. C. 464. Schol.

VIII. *In Alcimedontem Æginetam,* lucta inter pueros.
Olymp. 80, 1. a. C. 460. Schol.

IX. *In Epharmostum Locrum Opuntium,* lucta.
Olymp. 73. a. C. 488. Schol. ad v. 15. Idem victor Pyth. 30. Olymp. 78, 3. Schol.

X. et XI. *In Agesidamum Locrum Epizephyrium,* pugilatu inter pueros.
Olymp. 74, 1. a. C. 484.

XII. *In Ergotelem Himeræum,* dolicho.
Olymp. 77, 1. a. C. 472. Schol.

XIII. *In Xenophontem Corinthium,* stadio.
Olymp. 79, 1. a. C. 464. Diodor. et al. Eodem die pentathlo. Schol.

XIV. *In Asopichum Orchomenium,* stadio inter pueros.
Olymp. 76, 1. a. C. 476. Schol.

PYTHIA.

I. *In Hieronem Ætnæum,* quadrigis.
Pyth. 29. (Olymp. 77, 3. a. C. 470.) Ætna deducta Olymp. 76, 1. a. C. 476.

II. *In eundem,* quadrigis.
Eadem, an alia, Pythiade, non satis constat.

III. *In eundem,* celete.
Pyth. 27. vel seq. (Olymp. 75, 3. a. C. 478.) Idem vicerat celete Pyth. 26. Olymp. 74, 3. a. C. 482

IV. *In Arcesilaum Cyrenæum,* quadrigis.
Pyth. 31. (Olymp. 79, 3. a. C. 462.) Schol.

V. *In eundem,* curru.
Eadem Pythiade, ait Schol.

VI. *In Xenocratem Agrigentinum,* quadrigis.
Pyth. 24. Schol. Isthm. ii. pr. Ol. ii. 88. 90. (Ol. 72, 3. a. C. 490.) Vicit quoque Olympicis ludis, forte Olymp. 72, 1. Schol.

VII. *In Megaclem Atheniensem,* quadrigis.
Pyth. 28. (Ol. 76, 3. a. C. 474.) cf. Corsin. P. i. p. 60.

VIII. *In Aristomenem Æginetam,* lucta inter pueros.
Pyth. 35. (Olymp. 83, 3. a. C. 446.)

IX. *In Telesicratem Cyrenensem,* armatorum cursu inter pueros.
Pyth. 28. (Olymp. 76, 3. a. C. 474.) Idem Pyth. 30. Olymp. 78, 3. a. C. 466. victor stadio. Schol.

X. *In Hippocleam Thessalum,* diaulo inter puero s.
Pyth. 22. (Olymp. 70, 3. a. Chr. 498.) Schol. Etiam Olymp. 72. et Olymp. 73. vicerat. Schol.

XI. *In Thrasydæum Thebanum,* stadio inter pueros.
Pyth. 28. (Olymp. 76, 3. a. C. 474.) et iterum Pyth. 33. (Ol. 81, 3. a. C. 454.) Schol. qui et annotat, eundem Pyth. 28. (Ol. 76, 3. a. C. 474.) puerum diaulo et stadio vicisse.

XII. *In Midam,* tibia.
Pyth. 24. et 25. (Olymp. 72, 3. a. C. 490. et Olymp. 73, 3. a. C. 486.)

NEMEA.

I. *In Chromium Ætnæum,* quadrigis.
Forte Nem. 48. (Olymp. 76, 4. a. C. 473).

II. *In Timodemum Atheniensem,* pancratio.

III. *In Aristoclidam Æginetam,* pancratio.

IV. *In Timasarchum Æginetam,* lucta.

V. *In Pytheam Æginetam,* pancratio inter pueros.
cf. Isthm. v. 21. vi. 4. Schol. vi. 89.

VI. *In Alcimidam Æginetam,* lucta puerorum.
Praxidamas avus victor fuerat lucta Ol. 59. a. C. 544.

VII. *In Sogenem Æginetam,* pentathlo inter pueros.
Nem. 14. (Olymp. 79, 2. a. C. 463.) ex computo Corsini Diss. Agonist. p. 52, 53. ut prima Nemeas procedat ab Olymp. 72, 4. a. C. 489. anno post pugnam Marathoniam; seu Nem. 53. ex antiqua computandi ratione.

VIII. *In Dinidem Æginetam,* stadio.

IX. *In Chromium Ætnæum,* quadrigis,
in Pythiis Sicyone habitis.

X. *In Thiæum Argivum,* lucta,
Argis in Hecatombæis.

XI. *In Aristagoram Tenedium:* inito magistratu.

ISTHMIA.

I. *In Herodotum Thebanum,* quadrigis.

II. *In Xenocratem Agrigentinum,* quadrigis.
Ad Thrasybulum ejus filium.

III. et IV. *In Melissum Thebanum,* quadrigis et pancratio.
vid. Not.

V. *In Phylacidam Æginetam,* pancratio.
Post pugnam Salaminiam Olymp. 75, 1. a. C. 480. (v. 63.)

VI. *In eundem,* pancratio.

VII. *In Strepsiadem Thebanum,* pancratio.
Post pugnam Salaminiam Olymp. 75, 1. (ex v. 34. v. Corsin. tom. ii. p. 62, 63.) nisi ad bella antiquiora inter Thebanos et Athenienses spectat locus: Ol. 69. a. C. 504. sq.

VIII. *In Cleandrum Æginetam,* pancratio.
Post eandem pugnam Salaminiam (v. 9. sq).

ΟΛΥΜΠΙΑ.


ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ α'.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ,

ΚΕΛΗΤΙ.

ARGUMENTUM.

Omnium certaminum primarium ac princeps est Olympicum, in quo victoriam celete retulit Hiero, carmine celebrandus 1—37. Sequitur digressio de Pelope, qui Pisam olim et Olympiam occupavit, et intra Altin pro heroe colitur—159. Redit poeta ad laudes victoris, et facit bona vota—ad f.

Στροφὴ α'. Κώλων ιζ'.

ΑΡΙΣΤΟΝ μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ
Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Ἄτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἐξοχα πλούτου·

Hiero Dinomenis f. equo celete victor Ol. lxxiii. a vetere Grammatico traditur; perperam, quantum quidem ex multis rationibus intelligi potest. Syracusanus certe adscribi non potuit ante Ol. lxxiv. 1. qua Gelon frater Syracusas occupavit, Gelæ dominatione Hieroni relicta. Videtur adeo Ol. lxxv. victoria hæc Olympiaca reportata esse. Cf. Pyth. i. ii. iii. Diodor. xi. 38. 48. 49. (et ad e. l. Wessel.) 67. 68. Pausan. vi. 12. p. 479. et 480. Anthol. Steph. p. 506. et Anal. Brunck. Tom. iii. p. 174. cxviii.

1—12. *Inter certamina Olympiacum eminet, ut inter elementa principatum tenet aqua, inter metalla aurum, inter astra sol.* Hæc esset vulgaris oratio: quam, ut poëta lyricus, invertit. ἄριστον: inf. Ol. iii. 75. ἀριστεύει, *principatum tenet*, sc. κατὰ τῶν στοιχείων. Quippe ex aqua crassiore prodiit terra, ex aqua tenuata aer, ex hoc ignis. Petitum apparet ex antiqui poetæ cosmogonia, ad sensus

Εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν
Ἕλδεαι, φίλον ἦτορ,
Μηκέθ' ἁλίου σκόπει
Ἄλλο θαλπνότερον
Ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ἐρήμας δι' αἰθέρος·
Μήδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα
Φέρτερον αὐδάσομεν·
Ὅθεν ὁ πολύφατος
Ὕμνος ἀμφιβάλλεται

5. *εἰ δὲ ἰσθλὰ γ.* emendabat Pauw, parum feliciter, dum vim lyricam non assequebatur. 7. *μηκέτ' ἀελίου* Ald. et Palat. C. emendatum jam in ed. Rom. 9. *ἠμέρᾳ* Pal. C. Hanc tamen non varietatem, sed librariorum stuporem, enotare piget.

pinguius res exponentis. Omnino hic modus comparandi Pindaricus est animadversione dignus: videtur eum affectare Theocrit. xvii. 9.

4. Jungenda: *ὁ δὲ χρυσὸς διαπρέπει ἐξόχως (κατὰ) πλούτου, ἅτε πῦρ αἰθόμ.* (flamma ardens) *διαπρέπει νυκτί.*

5. Pro vulgari: *κατὰ δὲ τῶν ἄθλων.* Nullum certamen est insignius Olympiaco, ut nullum sidus sole clarius.

10. *ἐρήμας δι' αἰθέρος. per vacuum æthera.* Horat. interdiu, vacante cælo ceteris astris.

12. *μήδ' αὐδάσομεν.* post *σκόπει* debebat sequi *μήδ' αὔδα.*

13. *ὅθεν*, ab Olympico certamine. *Ὕμνος* ut persona: etiam inf. Ol. iii. 17. *Πίσα—τᾶς ἄπο θεὸς μόροι νίσσονθ' ἑπ' ἀνθρώπους Ἀοιδαί*: et ix. 30. x. 118. De sequentibus nondum vidi meliora. Si vel maxime expeditam habes unam vel alteram vocem, non tamen concinunt reliqua. Ita, si *ἀμφιβάλλεται* Hymnus Jovem, sit, *amplectitur*: molesta sunt quæ adjiciuntur: *σοφῶν μητίεσσι κελαδεῖν. Amplectitur Jovem, ut eum canat per carmina poetarum.* Hæc quis animo æquo ferat! Si saltem absolute dictum esset: *ἀμφιβάλλεται Κρόνου παῖδα*! ita conveniret cum eo, quod Heinrichs noster comparabat Ol. x. 118. *κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον.* Latet nos usus loquendi vocis *ἀμφιβάλλεσθαι.* Sententia postulat notionem *accedendi, procedendi*: Hymnus *procedit* Olympia, *ἐπέρχεται, παραγίνεται, ut celebret Jovem μητίεσσι σοφῶν*, h. e. *διὰ μήτιας, poetarum curis*, (v. c. Nem. iii. 15.) *per carmina poetarum.* Ita quoque in varietate lectionis *ἱκόμενος*, (quod, ut nunc est, retrahendum est ad *αὐδάσομεν*) latere videri potest *ἱκόμενος* sc. *ipse Hymnus.* Quo quidem modo omnia essent expedita et Pindaro digna: *Ὅθεν ὁ πολύφατος Ὕμνος ἀμφιβάλλεται*, (h. e. *προσέρχεται*) *σοφῶν μητίεσσι κελαδεῖν Κρόνου παῖδ', ἐς ἀφνειὰν ἱκόμενος μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν.* Pro *κελαδεῖν* Pindaricum esse debuit *κελαδέν.* [Verba impediti sensus: *ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι* expedita esse Gilb. Wakefield censet iis, quæ præmiserat ex Ev. Lu-

Σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ' ἐς ἀφνεὰν ἱκόμενοι
Μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν·

Ἀντιστροφὴ ά. Κ. ιζ'.

Θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
Σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν
Κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν·
Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
Οἷα παίζομεν φίλαν
Ἄνδρες ἀμφὶ δαμὰ
Τράπεζαν. ἀλλὰ Δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλου
Λάμβαν'· εἴ τί τοι Πίσας τε

15. *μητίεσσι* non modo Steph. sed jam Rom. cett.—*μητίεσσι*, quod metrum postulabat, revocavit Schmidius ex Aldo. 16. *ἱκομένοις* Pal. A. et B. Bodl. *α.* Gott. et a. m. sec. *ἱκομένους*. Similiter Augustanus. *ἱκόμενοι* Bodl. MS. et C. et in marg. Pal. C. et hoc præstat, ut *αὐδάσομεν, ἐς ἀφνειὰν ἱκόμενοι* jungantur, reliqua in medio interjecta sint. 17. *ἀφνειὰν μάκαιραν ἑστίαν* duo epitheta junxit! 19. *σκᾶπτρον* Ald. cum codd. parte: iidem fere cum aliis 21. *ἀρετῶν ἁ. πασῶν* et 23. *μουσικῆς*. Versum 22. recitat Athenæus i. p. 3. B. 27. f. *πασσάλω*. 28. *Πίσσας* Pal. B. Male. Nam brevis syllaba requiritur; et prior in *Πίσα* ubique est brevis, contra quam Pauw contendebat. v. Mingarell. Conject. de Pind. Odis. p. 47.

cæ ii. 19. *συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ*, et ex Aristoph. Lys. 28. *πρᾶγμ' ἀνεζητημένον πολλαῖσί τ' ἀγρυπνίαισιν ἐρρίπτασμένον*. (Silv. P. v. p. 63.) Velim doceri, quomodo hæc sibi mutuam lucem fœnerentur. *Ex Addendis.* F. ut Homer. Il. κ. 535. *ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει*. *Ex Schedis.*]

18. *ὃς ἀμφίπει*—Inf. Ol. vi. 158. Siciliæ—*τὰν Ἱέρων καθαρᾷ σκάπτῳ δίκαν*—.

20. *ἀποδρίπτων* pro *ἀποδρεπτόμενος*. Monet Eustath. p. 694. 41. Debebat sequi *ἀγλαΐζόμενος δὲ*, h. e. *λαμπρυνόμενος, κοσμούμενος*.

24. *οἷα, ὡς*. Apollon. Rh. i. 458. accumbebant heroes, *μετίπιτα δ' ἀμοιβαδὶς ἀλλήλοισι μυθεῦνθ', οἷά τε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ καὶ οἴνῳ τέρπνῶς ἐψιόωνται—*.

26. *Δωρίαν φόρμιγγα*. *Δωρικῇ ἁρμονίᾳ ἠρμοσμένην*, quod Ol. iii. 9. *Δωρίῳ φωνᾶν προσαρμόξαι πεδίλῳ*.

28. *Si decus e victoria—adegit te*, o anime mi, *ad canendum*, impellit te.

Καὶ Φερενίκου χάρις
Νόον ὑπὸ γλυκυτά-
ταις ἔθηκε φροντίσιν·
Ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας
Ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων
Κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν

Ἐπῳδὸς ά. Κ. ιγ'.

Συρακόσιον, ἱπποχάρμαν
Βασιλῆα. λάμπει
Δέ οἱ κλέος παρ' εὐάνορι Λυδοῦ
Πέλοπος ἀποικίᾳ· τοῦ μεγασθενὴς
Ἐράσσατο γαιάοχος Ποσειδᾶν,
Ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε
Κλωθὰ, ἐλέφαντι φαίδιμον

32. ὅτ' ἐπ' A. Pal. B. 33. Ἀκέντρητον Ald. emendatum in Rom. [32, 33. ap. Plutarch. Sympos. ix. 15. *Ex Schedis.*] 35. Συρακούσιον Pal. B. et sic Crat. non Συρακουσίων, quod Schmid. ait. Porro μαν in alterum versum rejicit Bodl. MS. et α. 38. γρ. ἀποικία ap. Schol. et hoc forte verius. Nam *Pelopis colonia* non nisi improprie diceretur seu Olympia seu Pisa. At fuit *sedes.* Πισαίαν ἔσχε καὶ Ὀλυμπίαν. Pausan. v. ii. p. 376.—Versus 38-42. recitantur in Schol. ad Lycophr. 156. quod conf. 39. Ἠράσσατο Pal. B. ἐράσατο Ald. Ποσειδᾶν Bodl. C. Pal. C. Aug. in marg. Gotting. et Ald. recte. vulgo Ποσειδᾶν. 40. ἔξε. 41. λε Κ. Bodl. MS. et α. ἐξείλε Ald. et Pal. C.

φροντίδες, *cura*, studium poetæ, quod idem μῆτις, μέριμνα.

33. Homer. Il. ψ. 387. ἄνευ κέντροιο θέουσαι.

34. κράτει δὲ προσέμιξε. νίκῃ ἥρμοσε, προσῆγε, ἐπέλασε. Pindarica ratio loquendi ex Homero ducta. Notat quoque Eustath. p. 383.

36. λάμπει—*gloria ipsi parta est Olympiæ ex victoria.*

cepit ex Brub. ed. cui præivit Rom. Gott. et Aldus: *ἰατλόκαμον* ex glossa, quam Cratander et reliqui retinuere. 51. *κρύψε* δὲ reposuit idem Schmidius ex Palat. B. C. add. Aug. Vulgg. *κρύψαι* δὲ π. Aug. vel. *παρθενίᾳ*. habet hoc e Schol. rec. in quibus grammaticus: *ἐμοὶ* δὲ *δοκεῖ*, *κάλλιον* "*παρθενίᾳ*" *γράφειν*, pro *ἐν τῇ παρθενίᾳ*, *ἐν τῷ δοκεῖν παρθένος εἶτι εἶναι*. quam jejune. Idem præstare hoc ipso ait, si *παρθενία* legeris (pro *ἡ παρθένος*): hoc enim et magis perspicuum esse, et magis sic sibi constare syntaxin. Non igitur sensit, quanto magis lyricum sit *παρθενίαν ὠδῖνα* pro *ὠδῖνα τὴν παρθένου*. 52. *κυρίῳ* recte defendit Schmidius adversus audaciam nonnullorum, qui refingebant *καιρίῳ*. 55. γ' omissum in Ald. tribus Pal. binis Bodl. et Gott. 56. ἔλαχέν τ' Gott. 61. Πυθῶν' ἐν Gott. 65. *πέρ*' erat: quod volunt esse pro *περὶ*—non placet Panwio, et reponit ille *περί*, ut tribrachys sit pro iambo. Sed præstat scribere *ταύτας περ, quidem*, et subintelligere *ἕνεκα*. *ἀτλάντου* Bodl. β. γ. 66. *ἡ* δὲ Bodl. γ.

60. Jungenda sunt *οὐκ ἔλαθεν Αἴπυτον κλέπτουσα, κρύπτουσα*, h. e. *ἔχουσα*, *gestans fetum utero*, *ἐγκυμονοῦσα ἐκ θεοῦ*. Respondent sibi *ὁ μὲν* 61. et *ἃ* δὲ 66.

Λόχμας ὑπὸ κυανέας
Τίκτε θεόφρονα κοῦρον.
Τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας πραΰμη-
τίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοίρας.

Σ. γ'. Κ. ια'.

Ἦλθεν δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠ-
δῖνός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος
Ἐς φάος αὐτίκα. τὸν μὲν κνιζομένα
Λεῖπε χαμαί· δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν
Δαιμόνων βουλαῖσιν ἐ-
θρέψαντο δράκοντες, ἀμεμφεῖ
Ἰῷ μελισσᾶν, καδόμενοι. βασιλεὺς
Δ' ἐπεὶ πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ' ἐκ
Πυθῶνος, ἅπαντας ἐν οἴκῳ
Εἵρετο παῖδα, τὸν Εὐάδνα τέκοι·
Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν

71. τᾷ μὲν Bodl. β. γ. 71. πραΰμητίν 72. τ' Ειλείθειαν, παρίστ. Ald. cum Palat. C. et Gott. vitiose et ex glossa. Emendatum in Rom. τε ante μοίρας abest ab Aug. 73. ἦλθε ante Schmidium, qui metro jubente prætulit ex Pal. A. B. ἦλθεν δ'. et sic Pauw scribere jubet. Idem emendat ἀπὸ σπλάγχνων. v. Not. 74. ἐρατᾶς. v. Not. an Σ' ἱερᾶς fuit? ἐρατόν γ' Matthiæ, ut ref. ad φάος. 79. καδόμενα ex Ald. Eam male deseruit Rom. cum seqq. edd. quæ habent κηδόμεναι. 83. γεγάκειν. Ergo γεγήκω et γεγάκω ex γέγηκα. Fuit, censeo, γεγάκειν Dorice.

73—76. Non satisfacio mihi in seqq. Non placet in lyrico repetitum ὑπὸ et ὑπ', nec tamen ἀπὸ accommodatum satis. Forte glossemati cessit ἄρα, et fuit: ἦλθεν δ' ἄρα σπλάγχνων ὑπ' ὠδῖνός τ'. Nam ὑπὸ σπλάγχνων tenendum est; etiam inf. Nem. i. 53. de Hercule: ἐπεὶ σπλάγχνων ὑπὸ ματέρος αὐτίκα θαντὰν ἐς αἴγλαν — ὠδῖνα φεύγων — μόλεν. videtur ὑπὸ esse pro ὑπέκ. Porro ὠδῖνος ἐρατᾶς! quale hoc epitheton! Esset potius ἐρατὸς Ἴαμος. An dicendum est, ὠδῖνα h. l. esse pro *utero*, *ventre*, dictum, ut P. iv. 175. γαστὴρ πολιὰ est? Aut ὠδῖνα ἐρατὰν dixit ab effectu? γλυκεῖαν? *partum jucundum?* Forte interpungas: ἦλθεν — ἐς φάος. αὐτίκα τὸν μὲν κνιζομένα λεῖπε χαμαί. erit λυπουμένη, *dolens*; expectabam puerum κνυζόμενον, *vagientem*. αὐτίκα video bene etiam superioribus adhærere; deabus adstantibus 71. 72. *facilem* partum expectes.

A. γ'. K. ιά.

Πατρός· πέρι θνατῶν δ' ἔσε-
σθαι μάντιν ἐπιχθονίοις
Ἔξοχον. οὐδέ ποτ' ἐκλείψειν γενεάν.
Ὡς ἄρα μάνυε. τοὶ δ' οὔτ' ὤν ἀκοῦσαι,
Οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο, πεμ-
πταῖον γεγεναμένον. ἀλλ' ἐγ-
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατίᾳ τ' ἐν ἀπει-
ράτῳ, ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις
Ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν
Σῶμα· τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖ-
σθαί μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ

E. γ'. K. ιδ'.

Τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον. Τερπνᾶς δ' ἐπεὶ
Χρυσοστεφάνοιο λάβεν
Καρπὸν ἦβας, Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβάς,
Ἐκάλεσσε Ποσει-

86. ἐκλείψειν 87. γεννιὰν Bodl. C. 90. ἐγκρύπτετο Pal. C. et Gott. metro reclamante. [Boeckh. Comment. p. x. ἐν κέκρ. et jungit cum σχοίνῳ. *Ex Schedis.*] Porro βατίᾳ τ' ἐν ἀπειράντῳ ediderat Aldus. Sic et Gott. Sed est ἀπείραντος, ἀπέρατος, vox in tragicis obvia, et ἀπείρατος, a πέρας vel πεῖρας. Pro syllaba ρα brevis requiritur. Leg. ἀπει-ρίτῳ, ut ap. Homer. πόντος ἀπείριτος. Heinrichs Obss. p. 9. conj. ἀκηράτῳ. Alterum βατίᾳ agnoscit Eustath. p. 351. extr. 92. ἀκτῖσι. Pauw emendat ἄκραισι. Hoc est: χαλκᾷ ἀντὶ χρυσῶν. Pind aricam audaciam non agnoscere modo, sed et mirari amplectique debebat in *roris guttis sole adverso rubescentibus et splendentibus.* hac imagine adjuncta δρόσους, quibus humectatur puellus, βρέχεται, præclare ἀκτῖνας dixit ξανθὰς καὶ παμπορφύρους. 96. Primo Lyricus λάχειν, non λάβειν, solet dicere. Tum ἦβας habet duplex epitheton, καρπὸν nullum. An fuit τερπνὸν δ' ἐ. ? ὄνομ' Pal. B. 97. Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς pro εἰς Ἀλφειὸν, *in medium Alpheum ingressus.* ut alias ii, qui Neptuno preces faciunt, ex littore in maris vada procedunt. cf. Ol. i. 114. sq. Scholiastes tamen dubitationem de lectione hujus loci facit: ἐπειδὴ-τότε δὴ, inquit, παραγενόμενος εἰς Ἐπίδαυρον ηὔξατο· ἐν μέσῳ γὰρ Ἤλιδος καὶ Ἀρκαδίας ἡ Ἐπίδαυρος etc. In hæc quomodo ille inciderit, si nostram lectionem habuit, equidem non assequor.

δᾶν' εὐρυβίαν ὃν πρόγονον,
Καὶ τοξοφόρον
Δάλου θεοδμάτας σκοπὸν,
Αἰτέων λαοτρόφον
Τιμάν τιν' ἐᾷ κεφαλᾷ,
Νυκτὸς ὑπαίθριος. ἀν-
τεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
Πατρία ὅσσα, μεταλλα-
σέν τέ μιν· Ὄρσο, τέκνον, δεῦρο πάγ-
κοινον ἐς χώραν ἵμεν, φάμας ὄπισθεν.

Σ. δ'. Κ. ια'.

Ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέ-
τραν ἁλίβατον Κρονίου·
Ἔνθα οἱ ὤπασε θησαυρὸν δίδυμον

99. Ποσειδᾶν' Ald. et Pal. C. Dorice, pro quo vulgatum obtinebat Ποσειδᾶν'. 101. Θιοδμήτας Rom. et hinc aliæ. Dorismum ex Aldina revocavit Schmidius. σκηπτὸν Bodl. C. 102. λαοτρόφον Ald. active, qui alit, fovet, ditat, cives suos. Magis decorum regibus, quam quod aluntur ipsi. At Romana et reliquæ, etiam Schmidius λαότροφον, ut passive exponatur. In Schol. utrumque occurrit. Equidem prius præferam. 104. νυκτὸς ὑπ' αἴθριος Ald. 106. Cum μεταλλᾷν sit *exquirere, investigare*, Pauw opinatur scribendum esse: "μετὰ πλάσιν τί μιν. ut sit μετά μιν πλάσιν, *ad eum accessit: πελάω, πλάω, πλάζω.*" Saltem hoc exposuissem: *arcessivit eum ad se:* est tamen vel sic multo durius id, quam quod vulgatum est: μετάλλασέν τί μιν. Quid autem intercedere; dicemus, quo minus μεταλλᾷν simpliciter poetæ sit *compellare?* cf. quoque ad P. i. 101. [μεταλλάσαντί ἰν Hermann. ad Orph. p. 788. *Ex Schedis.*] 108. χῶρον Pal. C. et Ald. cum Schol. rec. 110. ἁλίβατον Rom. Brub. Steph. prima: et sic Bodl. β. γ. at Crat. et Steph. altera cum reliquis, etiam Schmidiana, ἀλίβατον. Eadem scripturæ varietas, quæ in ἠλίβατος et ἠλίβατος: quæ etiam in Scholiis ad h. l. occurrit. cf. Hesych. sub h. v. Æolicum est adspirationem tolli.

107. *Age, fili, sequere me, qua parte vox mea præcedit, huc Olympiam, in qua erunt aliquando magni hominum conventus:* ita interpretamur χώραν πάγκοινον, ut ad πανήγυριν referatur; possis quoque laudare v. 116. Nescio tamen an præstet: *in locum, quo nos conveniamus.* Χώρα πάγκοινος simpl. ἡ κοινή. *in locum communem convenire* etiam latine dixeris. Inde processerunt uterque ad collem Cronium, Olympiæ imminentem, ibique Apollo Iamum arte vaticinandi impertivit, tum quidem arte augurali, mox etiam extispicina, τῇ διὰ θυμάτων μαντείᾳ, quæ tamen latius etiam ad flammam, victimas et alia spectasse videtur. —φωνὰν 112. nude positam de *cantu avium* accipere, video quidem, quam præceps sit; nec tamen res et verba aliud suppeditant.

Μαντοσύνας· τόκα μὲν, φωνὰν ἀκούεν
Ψευδέων ἄγνωστον· εὖ-
τ' ἂν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊδᾶν,
Πατρός θ' ἑορτάν τε κτίσῃ πλειστόμβροτον,
Τεθμόν τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τότ' αὖ
Χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

A. δ'. K. ια'.

Ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ' Ἑλ-
λανας γένος Ἰαμιδᾶν.
Ὄλβος ἅμ' ἕσπετο. Τιμῶντες δ' ἀρετὰς,

112. ἀκούεν esse debuit pro vulg. ἀκούειν. 114. δὲ post εὖτ' ἂν excidit in Rom. et hinc in aliis. At Ald. exhibuerat cum trinis Palat. 115. θάλος Bodlei. γ. Ἀλκιδᾶν Pal. B. et Bodl. MS. perperam. 116. πατρί θ' Ald. Pal. C. et Gott. Tum duplex copula offendit Pauwium, qui alteram in γε mutandam censet. Non repugnabo; sed commode jungi possunt: ἑορτάν τε—τεθμόν τε. Tandem πλειστόβροτον Palat. A. et Schol. 118. ἀκροτάτῳ manifeste est emendandum, ut in Rom. Crat. Brub. diserte expressum. Emendaverat quoque sic Gesnerus in scholiis suis, et hinc Klotz. ad Tyrt. p. 44. τότ' αὖτοι Ald. τότ' αὐτῷ Pal. C. Gott.; duo hæc vocabula Pal. B. plane omittit. Mirum vero τότε hic scribi, cum paullo ante v. 112. scriptum esset τόκα. τόθ' pro τόθι conj. Goes. ad Æschyli Agam. p. 62. 121. Haud dubie distinguendum post Ἰαμιδᾶν, ut fecimus. Sic jam expressum est in Rom. edit. Sic quoque Pal. C. 122. Ὄλβος δ' ἅμ' idem Pal. C. Gott. et Aldina, quæ cum illo codice idem exemplum constanter sequitur.

118. Ut antea interpungebatur: ἀέθλων, Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ· ἐπὶ β. erat *juxta*. Sane ara Jovis erat in Alti, in qua habebantur agones. Vix tamen dubito interpungendum esse: Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τότ' (vel potius τόκ') αὖ χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν. Nam τὸ μαντεῖον, τὸ διὰ θυμάτων, fuit in *ara Jovis*: ut sup. 7. vidimus: cum hic ex Iamidis Agesias sit βωμῷ μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πίσᾳ. Intelligenda autem est *ara maxima Jovis Olympii* ante Pelopium: ut sup. Ol. i. 148. vidimus. Ea ab Hercule dicebatur facta; ut idem Altin et lucum instituerat: sup. Ol. iii. et inf. Ol. x. 51. sq. eratque e cinere victimarum exstructa, saltem aucta. v. Pausan. v. 13. Videntur sacra in hac ara fecisse et Iamidas consuluisse de victoria certaturi: ut colligas ex Ol. viii. pr.

122. Τιμῶντες δ' ἀρετὰς—puta per sententiam universe dici, quæ de Iamidis erant memoranda.

Ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. τεκμαίρει
Χρῆμ' ἕκαστον. Μῶμος ἐκ
Δ' ἄλλων κρέμαται φθονεόντων
Τοῖς, οἷς ποτε πρώτοις περὶ δωδέκατον
Δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτι-
στάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.
Εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος,
Ἀγησία, μάτρωες ἄνδρες

E. δ'. K. ιδ'.

Ναιετάοντες, ἐδώρησαν θεῶν
Κάρυκα λιταῖς θυσίαις
Πολλὰ δὴ πολλαῖσιν Ἑρμᾶν εὐσεβέως,
Ὅς ἀγῶνας ἔχει
Μοῖράν τ' ἀέθλων, Ἀρκαδίαν
Τ' εὐάνορα τι-
μᾷ· κεῖνος, ὦ παῖ Σωστράτου,
Σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ,
Κραίνει σέθεν εὐτυχίαν.

124. Μῶμος δ' ἐξ ἄλλων Schol. Bodl. α. et Aug. 126. πρώτοις Ald. quod recte præfert Pauw. vulgato πρῶτον. ἐπὶ δωδ. Rom. 127. γ' post δρόμον debetur ed. Romanæ. Aldinæ, codd. Palat. et Aug. excidit. 128. ποτιστάξει Pal. C. Gott. Ald. et hinc Brub. in marg. εὐκλεᾶ Gott. μορφὴν Bodl. γ. 129. Κυλλάνοις MS. Bodl. ὄροις Ald. Aug. ὄροις Palat. omnes, duo Bodl. Gott. perperam. 131. δώρησαν Schol. et Gott. 132. Turbat Pauw, dum λιταῖς non, ut P. iv. 385., pro λιτανευτικαῖς dictum esse, quod primam corripit, sed a λιτὸς, *exiguus, tenuis*, prima longa, dictum esse contendit, ipso metro repugnante, quod brevem postulat. Meliora v. in Notis. 139. κρίννει MS. Bodl.

129. Nova sententia. Debet Agesias victoriam Mercurio a majoribus coli solito. Similis color Ol. iii. 67. sqq.

132. λιταῖς dictum pro λιτανευτικαῖς; nam prima brevis esse debet; est enim versus prosodiacus. Non a λιτὸς, *tenuis, exiguus*, quod habet primam longam, ut e Callimacho constat; a λῖς, communi origine cum λεῖος et λισσός; at λίσσομαι, λίττομαι, λιτὸς, adeoque λιταὶ, scil. εὐχαί. Hinc et λιταὶ ἐπαοιδαῖ Pyth. iv. 385.

140 Δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ
Γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς,
Ἅ μ' ἐθέλοντα προσέλκει
Καλλιρόοισι πνοαῖς. ματρομά-
τωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς, εὐανθὴς Μετώπα,

140. τὶν (σοὶ) pro τιν' legisse putabant Oxonienses Schol. recent. et idem exhibet Steph. nisi operarum vitium est. Nec video, quam opportuna inde sententia exeat. 141. ἀκοᾶς emendat Pauw. quod ipsi condonabimus. Multa periclitantur Intpp. Sed v. Not. 142. προσέρπει Ald. cum omnibus Palat. et tribus Bodl. et Gott. Sic quoque Schol. vetus, qui accipit: δόκησις ἥτις θέλοντί μοι καὶ βουλομένῳ προσπίπτει ὑπὸ ταῖς τῶν αὐλῶν πνοαῖς, ut fere Schol. 144. Στυφα-

140—3. Non sine lyrico tumore dicta hæc tropis confusis. Vult dicere: *esse adhuc aliud quid, quod se ad ortum materni generis victoris ex Arcadia commemorandum impulerit;* esse enim Thebanis communem originem maternam ex Arcadia; quandoquidem Thebe, a qua urbs nomen duxit, fuit filia Asopi, qui Bœotiæ fluvius est, ex Metope Ladonis filia; atqui Ladon Arcadiæ fluvius est. conf. inf. Nem. iv. 36. et ibi Schol. Isthm. viii. 34. sq. Hinc et vindicarunt sibi fabulas Arcadum Bœoti, ut de Atlante. v. Paus. ix. 20. p. 749. Jam volebat dicere: *est quod impellat me,* δοκεῖ μοι εἶναι ἀκόνη ἐπὶ γλώσσῃ, *videor mihi habere in lingua cotem,* ac si in cote acuatur lingua ad sonos edendos acutos, suaves: *ea cos* (invitamentum) *impellit me jam alias proclivem* ῥοαῖς, πρὸς ῥοὰς, *ad suaves sonos,* ad canendum. Ut in tropum cotis incideret, facit hoc, quod Græci dicunt γλῶσσαν ὀξεῖαν, et ὀξύνεσθαι γλῶσσαν, στόμα. Si *acuitur lingua* vulgari sermone: affinxit *cotem* ut poeta, *qua acuitur lingua ad eloquendum,* ut ferrum ad secandum. Etiam in pedestri diceres: *mentione Arcadicæ originis facta* παροξύνομαι πρὸς τὸ λέγειν. Simili tumore seu audacia, quam et Galenus reprehendebat, (locus est in fragm. Pind. p. 88. xcvii.) dixit Pindarus Pyth. i. 166. impedita sententia: (*esto verax,* ἀλήθευε,) ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν. Hic χαλκεύειν dixit pro ὀξύνειν, novo tropo, forte etiam duriore: *procudere, acuere linguam, orationem, ad dicendum verum, non simulate.* Proprie dicta, verba sunt ἀψευδῆ, hinc lingua ἀψευδὴς, et cum traxit ad ἄκμονα, ut esset ἀψευδὴς, quo procuduntur vera, ἀψευδῆ, ἀληθῆ. Simile est illud Antimachi in Analect. Brunck. t. ii. p. 115. versus χαλκευτὸς ἐπ' ἄκμοσι Πειρίδων, *versus procusus;* et Horat. *versus male tornatos* (simpl. pro cusos) *incudi reddere,* ut ferrum iterum conflatum refingitur. Simplicius dixit Ol. xiii. 14. ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύσι λίγειν. (ubi ὀρνύειν fere quod h. l. προσέλκειν, alias ἐγείρειν, ut Ol. ix. 72. Nem. i. 16. x. 39.) τόλμα καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις ἴσσοιτο id Ol. ix. 122. Proprie est vox ὀξεῖα. Et ὀξύνεται ἡ φωνὴ πρὸς τὸ λέγειν. Inservit cos ad acuendum. Videtur nunc sibi habere cotem in lingua, quæ *acuat vocem,* itaque illa est λιγυρὰ, *canora cos.* Jam lingua seu vox proclivis est ad eloquendum vel canendum, adeoque ea lacessit poetam *ad eloquenda* ea, quæ adhuc animo habet: προσέλκει πρὸς πνοάς. Est adeo δόξαν ἔχω ἀκόνας, pro ἀκόνη δοκεῖ μοι εἶναι ἐπὶ τῇ γλώσσῃ. *Est aliquid, quod me impellat, ut aliud quid adjiciam. Non possum quin hoc addam.*

Σ. ε'. Κ. ια'.

Πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτι-
κτεν, τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ
Πίομαι, ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκων
Ποικίλον ὕμνον. Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους,
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-
ραν Παρθενίαν κελαδῆσαι·
Γνῶναί τ' ἔπειτ', ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν

λὴς Pal. A. perperam, et ἰὼνθεὶς Bodl. C. 147. ἀνδράσι idem. αἰχματαῖσι Gott. ut Nem. v. 13. et al. vulgo per η editum αἰχμηταῖσι. 151. γνῶναι δ' ἴ. malit Pauw. Respicit locum Plutarchus t. ii. Opp. p. 995. E. 152. ἀλαθίσιν primum dedit Steph. scilicet Ed. Steph. altera usque ad quintam 1612. At Ed. 1620. iterum ἀλαθέσι cum Ald. et ceteris, quod et in Aug. Tædet minutiarum: sed his ipsis assequutus sum hoc, ut mihi constaret, quoties Schmidius de *ed. Steph.* loquitur, ei non primam, sed *secundam*; quæ seu socordis seu anda-

143. Scilicet fuit, ut paullo ante dixi, coguatio aliqua inter majores Thebanorum et maternum genus Iamidarum ex Arcadia oriundum. Nam Thebe fuit filia Asopi, Bœotiæ fluvii, ex Metope, Ladonis, Arcadiæ fluvii, filia. Thebes sororem videbimus inf. (Nem. iv. 36. ubi vid. Not.) Æginam; add. Paus. v. 22. extr.

148. Ὄτρυνον νῦν. Nova forma transitus ad alia. *Meminero etiam hoc carmine Junonis*, et v. 156. *Syracusarum cum Hierone.* Conversus ad χορηδιδάσκαλον Æneam, præcipit, quæ canenda sint a choro: nam hi sunt ἑταῖροι; ἔπειτα δὲ γνῶναι, *jube eum manifestum facere, non cadere in nos vetus proverbium; Bœotos esse stupidos; sed te multorum hymnorum esse peritum*: hoc ornate declarat: *eum esse ἄγγελον ὀρθὸν, verum κήρυκα, ἑρμηνέα, esse eum scytalen Musarum*, h. e. memoria tenere hymnos, tanquam librum, quo illi scripti sunt; et comparat *cum cratere, in quo dulcis potus*; solent enim sæpe carmina cum melle, vino, potione, comparari: ut statim vii. 12. Tam diversos tropos misceri, in Pindaro ferendum est.

150. Ad Arcadicam generis materni originem spectare videtur et hoc, quod Junonis Partheniæ memoratio fit a monte Arcadiæ Parthenio, tanquam patria deæ. Alioqui Parthenia Juno ad Samum pertinet: ut v. c. e Callim. et Apollon. i. 187. 8. et aliunde constat.

151. Æneam, forte et ipsum Thebanum aut Bœotum, arte sua declarare jubet, quantum cantu ac choro ducendo excellat; ita ut in eum vetus proverbium de Bœotorum stupore haud cadat, Βοιωτίαν ὗς. v. Fragm. Pind. pag. 49. ex Schol. et Strab. vii. p. 495. A. Male audiit ὗς eadem notione, pro stupido, ut inter nos asinus. ὗς Ἀθηνᾶν. γνῶναι videtur h. l. transitive dictum, ut et Schol. accepit, γνωρίσαι, *notum reddere*, celebrare; ut inf. xiii. 3. γνώσεται, εἰς γνῶσιν ἄξω.

Υν. ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς,
Ἠνκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς
Κρητὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

Α. ε'. Κ. ια'.

Εἶπον δὲ, μεμνᾶσθαι Συρα-
κουσᾶν τε καὶ Ὀρτυγίας·
Τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων,
Ἄρτια μηδόμενος, φοινικόπεζαν
Ἀμφέπει Δάματρα, λευ-
κίππου τε θυγατρὸς ἑορτὰν,
Καὶ Ζηνὸς Αἰτναίου κράτος. ἀδυλόγοι
Δέ μιν λύραι μολπαί τε γινώσκοντι. μὴ
Θραύσοι χρόνος ὅλβον ἐφέρπων.
Σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις
Ἀγησία δέξαιτο κῶμον,

Ε. ε'. Κ. ιδ'.

Οἴκοθεν οἴκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων

cis correctoris manum experta est, aut ex seqq. aliquam ante oculos fuisse. *εἰ ἐκφεύγαμεν*, quod Schmidius in notis excitat, sphalma typographicum esse videtur. Ita tamen locum recitat Galen. Protrept. c. 7. f. 155. *κρατὴρ κακῶν* sycophanta. Aristoph. Acharn. 935. *κλητὴρ* conj. Goes. in Agamemn. p. 62. v. Not. *ἀοιδῶν* Bodl. γ. 157. *Συρακοσᾶν τε* Ald. *Συρακουσσᾶν τε* Rom. *Συρακοσσᾶν τε* Pal. C. Gott. 158. *σκάπτρῳ* Aug. 162. *Αἰτνείου* a m. scc. Aug. *ἡδύλογοι* Bodl. β. γ. 165. *εὐηράτοις* Pal. A. a m. pr. et Bodl. α. 167. Mingarell. illustrationem petit ex Liban. Epp. 149. et 358. Sed is tantum alludit ad h. v. *οἴκοθεν οἴκαδε*.

156. *εἶπον δὲ*, *præcipe porro*, ut chorus celebret Hieronem.

166—173. Excipito Hiero victorem redeuntem Syracusas. Poeta eum *Stymphalo* Arcadiæ venire dicit, unde *origo victoris materna* ducta. *Κῶμος* ergo e Stymphalo nunc redire putandus Syracusas: *οἴκοθεν οἴκαδε*, ut et Ol. vii. 6. Nam si victorem *κωμάζοντα*, Olympia reducem, Stymphalum ingressum esse diceremus, argutum magis esset quam verum. At alterum est lyricum, victorem altera patria Stymphalo redire Syracusas: quia ex iis locis venit, quæ Olympiæ vicina sunt. [Si duplex patria, deductus victor primo Stymphalum, inde Syracusas. *Ex Schedis.*]

Τειχέων ϖοτινισσόμενον,
Ματέρ' εὐμάλοιο λείποντ' Ἀρκαδίας.
Ἀγαθαὶ δὲ ϖέλονται, ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς
Ἐκ ναὸς ἀϖεσκίμφθαι, δύ' ἄγκυραι. θεὸς
Τῶνδ' ἐκείνων τε κλυτὰν
Αἶσαν ϖαρέχοι φιλέων.
Δέσποτα ϖοντόμεδον,
Εὐθὺν δὲ ϖλόον, ϖαμάτων
Ἐκτὸς ἐόντα, δίδοι, χρυσαλακάτοιο ϖόσις Ἀμφιτρίτας, ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος.

168. Τειχίων dissyllabum est. ϖοτινεισσ. MS. Bodl. et Aug. ϖροσνεισσ. Bodl. γ. 169. μητίε' MS. Bodl. εὐμήλοιο. Debuit εὐμάλοιο scriptum esse, ut μᾶλα alibi et sup. i. 19. ϖολυμάλῳ ἐν Σικελίᾳ. 173. ἀϖεσκῖμφθαι cum Pal. C. exaravit Schmid. Alii, ut Aug., ἀϖεσκίμφθαι recte. Tum deb. esse τῶν τ' i. τε. 174. κλυτὴν Bodl. β. γ. 175. ϖαρέχει φιλέων Δ. Gott. 178. δίδοι Ald. et Pal. C. cum Aug. et Gott. non δίδου. cf. sup. i. 136. 179. ϖόσις ultima producitur. v. Pauw. Itaque Mingarell. ϖόσις τ' vel ϖόσις ὦ 'Α. 180. εὐτερϖὲς Bodl. β. γ. quod metro vim facit.

169. ματέρα Ἀρκαδίας: *metropolin* Arcadiæ vix bene dixeris Stymphalum. μήτηρ est urbs, quatenus nutrit cives. Sic infra ix. 31, 32. Opuntem appellat Λοκρῶν ματέρα. [urbem simpl. *Ex Schedis.*]

170. Ἀγαθαὶ δὲ ϖέλονται δύο ἄγκυραι, (ὥστε) ἀϖεσκίμφθαι· pro vulgari: ἀγαθόν ἐστιν, ἔχειν δύο ϖατρίδας, ὡσί τις ἔχει δύο ἀγκύρας, ut possint demitti, ἀϖεσκίμφθαι. Eustath. Il. ρ. p. 1140. l. 20. καὶ ἄγκυρα ταρὰ Πινδάρῳ σκίμϖτεται. Sic et ἄροτρον P. iv. 399. Duxit hinc Epictetus suum illud: οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον. in fragm. Stobæi Serm. ex. unde Upton. p. 771. habet.

175. Neptunum invocat, tanquam auctorem stirpis Iamidarum v. 48. δίδοι φιλέων, *da propitia voluntate.* Melius tamen jungitur cum ϖαρέχοι φιλέων.

179. χρυσηλάκατον præstare de aurea colo accipere, quæ deam decet, putabat Toll. ad Apollonii Soph. lex. p. 714. Si tamen ἠλακάτη omnino designat lignum teres, arundinem, adeoque sagittam, colum, fusum, partem mali: quidni etiam *hastile*, adeoque *hastam* s. *sceptrum* declaraverit? Dianæ epitheton est ap. Hom. Il. τ. 183. et υ. 70.— 180. ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερϖὲς ἄνθος pro simpl. τοὺς ἐμοὺς ὕμνους. *fac ut hymnus meus placeat.* ἀέξειν est *alere, fovere, amplecti*, tum *illustrare, honorare.* [Cf. not. ad Callimach. h. in Dian. 34. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ζ'.

ΔΙΑΓΟΡΑ ΡΟΔΙΩ,

ΠΥΚΤΗ.

ARGUMENTUM.

PROFITETUR poeta, se celebrare velle victorem Rhodium, -35. cujus genus celebrandum sibi sumit -43. Cum genus ille paternum ducat a Tlepolemo, narrat, quomodo is perpetrata cæde Licymnii abierit Rhodum ex responso Apollinis, in quo insula per imbrem aureum in ea factum declarata fuerat -61. Inseruntur fabulæ de Rhodi originibus et primo quidem de Palladis natalibus, aureoque imbre, et antiquissimo Palladis sacro sine igne fieri solito, per Heliadas instituto, et de muneribus a Pallade impertitis -99. tum de Rhodi origine et caussa insulæ Soli consecratæ, e quo tres heroes oriundi fuere, trium insulæ urbium conditores -141. Colitur Tlepolemus tanquam heros, etiam certaminibus, quibus Diagoras victor fuerat; unde procedit poeta ad ceteras ejus victorias enumerandas -159. Subjiciuntur bona vota.

Σ. ά. Κ. ιά.

ΦΙΑΛΑΝ ὡς εἴ τις ἀ-

πύκτῃ. dictum ut παλαιστῇ et alia, sc. πύκτῃ νικήσαντι. ut in Ald. Rom. et aliis νικήσαντι τὴν ὀΟ' Ὀλυμπιάδα. vel πύκτῃ νικητῇ, ut Bodl. γ. legisse videtur. Alias πυγμῇ sollenne erat. 1. ὡσεί τις Schmidius novavit. Omnes præter Pal. C. scripti et editi ὡς εἴτις. eodem redit, sed hoc retinebo.

1 - 12. Pulcherrimum locum sic ordina: ὡσεί τις — δωρήσεται — ἐνίθηκε τέ μιν ζ. — (οὕτω) καὶ ἐγὼ ἱλάσκομαι. ergo pro δωρεῖται καὶ ἐντίθησι. tum pro ὡσεί

φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν,
Ἀμπέλου ἔνδον καχλάζοι-
σαν δρόσῳ, δωρήσεται
Νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων
Οἴκοθεν οἴκαδε, πάγ-
χρυσον, κορυφὰν πτεάνων,
Συμποσίου τε χάριν, κᾶδός τε τιμάε-
σας ἑὸν, ἐν δὲ, φίλων
Παρεόντων, θῆκέ μιν ζα-
λωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς·

Α. ά. Κ. ιά.

Καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτὸν,
Μοισᾶν δόσιν, ἀθλοφόροις
Ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρ-
πὸν φρενός γ', ἱλάσκομαι
Ὀλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικών-
τεσσιν. ὁ δ' ὄλβιος, ὃν
Φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.

3. Ἀμπέλου ἔνδον. Ordo verborum ab Oxoniensibus profectus est, ad ductum unius Bodl. C. ne metri leges violentur. Vulgo *ἔνδον ἀμπέλου*. Cum quarta syllaba producenda sit, Schmidius fieri id posse putabat propter liquidam λ, nec male. Sed Pauw monet in versu trochaico ditrochæum bene poni. *καγχλάζουσαν* Aug. 5. *νεανίᾳ* emendavit Schmidius metro consulturus. Vulgg. *νεανίᾳ*. Sed Pauw et hic monet, in iambico iambum repræsentare recte spondeum. 8. *κᾶδος* Bodl. *γ*. et *τε* mox omittit Bodl. C. malim pro hoc *γε*. 14. *ἀνδράσι* Bodl. *α*. 15. *γ'* omittunt tres Bodl. Aug. Gott. Ald. 16. *Ὀλυμπίᾳ* a Schmidio ex Pal. A. et B. repositum est. propter antitheticum v. 5. cett. *Ὀλυμπιᾳ*. Sic et Aug. a m. sec.

τις ἀφνειὸς ἑλὼν σὺν χειρὶ δωρεῖται, est *ἀπὸ χειρὸς ἀφνειᾶς*. *ἐκ χειρός*. et pro *ἐν φίλοις παροῦσι* Θῆκε dixit *ἐνέθηκε, φίλων παρεόντων*. Mingarell. *ἐν δὲ* accipit pro *ἐν τούτῳ δὲ, et ita*. Sane nil impedit, absolute *ἐν* positum accipi: ut et alibi occurrit ap. Homer. et inf. Ol. xiii. 31. 32. *Ἐν δὲ Μοῖσ'* etc. Ad 12. cf. N. iii. 134.

Ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζω-
Θάλμιος, ἁδυμελεῖ
Θ' ἅμα μὲν φόρμιγγι, παμφώ-
νοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.

Ε. ά. Κ. ιγ'.

Καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων
Σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, τὰν ποντίαν
Ὑμνέων παῖδ' Ἀφροδίτας
Ἀελίοιό τε, νύμφαν
Ῥόδον, εὐθυμάχαν
Ὄφρα πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλ-

21. θαμᾶ Gott. pro Θ' ἁμᾶ. 23. Καί νυν debetur et hæc scriptura Schmidio. Vulgo καὶ νῦν invito metro. 24. τὴν Bodlei. γ. 25. Ἀμφιτρίτας alii apud Schol. vet. diversam eamque vulgarem Rhodi genealogiam sequuti. v. Schol. et Apollod. i. 4, 5. 27. Minus bene interpungebatur post Ῥόδον εὐθυμάχαν. Melius εὐθυμάχαν ad πελώριον ἄνδρα referunt alii, quibus Pauwius accedit, cum Schol. recent. et vetere : hic quidem etiam εὐθυμάχον scriptum exhibet, forte interpretandi gratia. Sane εὐθυμάχης, ut θρασυμάχης, et alia, Pindarico similius esse videtur, quam alterum εὐθυμάχα ab εὐθυμάχος; etsi Ῥόδος nympha non minus bene eo epitheto ornari posset, quam Θήβη πλήξιππος sup. Ol. vi. 145. Versum respicit Æschines Epist. iv. pr.

19. sq. Alio tempore alium celebravi carmine : nunc Damagoram : *Musa cum lyra et tibia invisit modo hunc modo illum.* ζωθάλμιος, ἡ θάλλειν τὴν ζωὴν ποιοῦσα, quod βιοθάλμιος Hymn. in Ven. 188. ubi cf. 104. 5. 6.

23 - 35. Ordo : καὶ νῦν κατέβαν (νῦν δὲ ἔρχομαι) ὑμνέων Ῥόδον σὺν Διαγόρᾳ, *venio ad celebrandam insulam et victorem.* Nisi magis lyricum esse putes : σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν sc. Olympia *cum victore procedo ad laudandam Rhodum in honorem victoris.* Eam Nympham dixit ποντίαν, *in mari habitantem*, ut Nereides πόντιαι, ἅλιαι. ὑμνέων, παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοιό τε, Νύμφαν Ῥόδον· εὐθυμάχαν ὄφρα πελώριον ἄνδρα αἰνέσω — πατέρα τε Δαμάγητον — ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ. Ita interpunctionem emendo. Etiam Mingarell. v. 24. κατέβαν *in insulam Rhodum* accipit, et comparat Ol. viii. 67. δεῦρο. et sup. v. 170. ubi κῶμος Stymphalo advenit. [εὐθυμάχαν ἄνδρα, *qui ex adverso pugnat, recta in hostem tendit*, ut εὐφιερὴς, εὐθυτενὴς et alia. Sicque Pyth. iv. 148. εὐθὺ ἰὼν, Ol. xiii. 133. εὐθὺν ῥόμβον. Idem est apud Hom. ἰθὺς μάχεσθαι· ἰθὺς ἀκοντίζειν. Gilb. Wakefield explicat *legitimum pugnatorem* Silv. Part. i. p. 76. *Ex Addendis.*] Quæ in medio posita sunt, sic jungo: στεφανωσάμενον πυγμᾶς ἄπειναν, *certaminis præmia sibi imponendo*, παρ' Ἀλφειῷ καὶ παρὰ Κασταλίᾳ. Sic N. vi. 32 - 34. Ἕρπεα ἀπ' Ἀλφειοῦ στεφανω-

φειῷ στεφανωσάμενον
Αἰνέσω, πυγμᾶς ἄποινα,
Καὶ παρὰ Κασταλίᾳ,
Πατέρα τε Δαμάγητον ἀδόντα Δίκᾳ,
Ἀσίας εὐρυχόρου
Τρίπολιν νᾶσον πέλας
Ἔμβόλῳ ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ.

Σ. β'. Κ. ιά.

Ἐθελήσω τοῖσιν ἐξ

33. εὐρυχώρου edd. inde a Romana. At Ald. cum tribus Palat. et Gott. εὐρυχόρου, quod metro flagitante recepit Schmidius. Similis varietas, seu potius corruptela scripturæ apud Homerum in eadem voce occurrit Il. β. 498. et sæpe alibi, quam viri docti sic expediunt, ut dicant longam vocalem corripi. Mirum est non vidisse Grammaticos, χορὸν esse etiam ipsum locum, in quo choreæ habentur; adeoque eundem locum esse elegantius εὐρύχορον, qui vulgari modo est εὐρύχωρος. Res ex Homero satis nota. Vide v. c. Odyss. θ. 264. Πέπλεγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν. 35. Ἐμβόλῳ primus videtur Steph. scripsisse. Ceteræ, etiam Gott. cod. (quo alludit Aug. ἐμβόλων superscripto οὐ) Ἔμβόλῳ, ut Doricus genitivus sit; quod equidem præfero. νέοντας Rom. in quo quis argutari possit; sed manifestum sphalma est. 36. τοῖσιν. γρ. καὶ τοίνυν Ed. Rom. in marg. Hinc alii repetunt. Est quoque τοίνυν in Aug.

σάμενος. — 32. ἀδόντα Δίκᾳ, *probatum Justitiæ*, adeoque *virum justum*.

35. Ἐμβόλῳ. De loco quæritur, primum sitne nomen proprium *Embolus* vel *Embolum*, an poeta a forma rostri vel cunei locum quendam sic appellaverit; alterum, sitne in Rhodo ille locus quærendus, an in Asia opposita. Utraque ratio partim in scholiis proponitur, sed sine idonea auctoritate, partim ab interpretibus defenditur. Donec mihi de loco et de re aliunde constabit, sequar id quod simplicissimum: ναίοντας τρίπολιν νᾶσον πέλας (κατὰ τοῦ) Ἐμβόλῳ Ἀσίας εὐρυχόρου, et accipiam de Peræa, quæ Rhodo objecta est, ita ut in cuneum fere exeat: ut in tabulis geographicis cernere licet. Alioqui ex scholiis illud arridet, quod aiunt locum esse juxta Arycandam Lyciæ, olim Embolum, mox Trierem dictum. De altero hoc ex Plinio et Strabone constare aiebat Schmidius; sed ii de Triere Syriæ loquuntur, cujus et Stephanus Byz. meminit. Itaque de uno atque altero melior fides exspectanda.

36-40. Jungenda: τοῖσιν, per appositum, Ἡρακλέος εὐρυσθενεῖ γέννᾳ· οἷς ἐθέλω ἀγγέλλων διορθῶσαι λόγον pro ἀγγέλλειν, *præconis more laudes pronuntiare*, ut P. ix. 2. 3. ἐθέλω ἀγγέλλων γεγωνεῖν. διορθῶσαι Schol. ἀκριβῶσαι, διασημῆναι, εἰπεῖν. erit ergo ἐξηγεῖσθαι ὀρθῶς? Præstat retinere lyricum illud, de quo supra ad Ol. iii. 5. dictum est. ὀρθοῦν ὕμνον est ductum a columna, monumento, quod erigitur; uti et Isthm. i. 64. ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν. ξυνὸν λόγον *laudem communem* toti genti.

Ἀρχᾶς ἀπὸ Τλαπολέμου
Ξυνὸν ἀγγέλλων διορθῶ-
σαι λόγον, Ἡρακλέος
Εὐρυσθενεῖ γέννᾳ. τὸ μὲν γὰρ
Πατρόθεν, ἐκ Διὸς εὔ-
χονται· τὸ δ' Ἀμυντορίδαι
Ματρόθεν Ἀστυδαμείας. Ἀμφὶ δ' ἀνδρώ-
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
Ἀναρίθματοι κρέμανται.
Τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν,

Α. β'. Κ. ιά.

Ὅ τι νῦν, καὶ ἐν τελευ-
τᾷ φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν.
Καὶ γὰρ Ἀλκμήνας κασίγνη-
τον νόθον σκάπτῳ θένων

38. ἀγγέλων Aug. Ald. Rom. et al. emendatum ἀγγέλλων a Steph. 39. λόγων, ut κοινὸν λόγων sit pro κοινοὶ λόγοι, Schmidius reposuit, ut metro succurreret. Omnes scripti et editi λόγον, quod expeditam sententiam exhibet. Ut metro fulcrum ne desit, est Pauwii medicina λόγον γ', Ἡ. 45. ἀναρίθματοι Aug. a m. sec. v. ad N. x. 86. 46. ἔστι δ' ἀμάχανον G. Sane rotundius. ἀμήχανον Bodl. C. et Schol. 47. ἐν καὶ Bodl. C. et γ. Aug. Gott. cum Ald. nec id spernendum. [v. Boeckh. Comment. p. x. *Ex Schedis.*] ὅ καί νυν ἐν καὶ τ. Gott. 48. τύχει vel τύχῃ Pauw. malebat. Scilicet caliginem objecit viro docto, forte et priscis Intpp. prava distinctio, quam correximus. Sensus est vel: τοῦτο δ' ἀμάχανον (ἐστὶν) εὑρεῖν, (ὥστε ἐκεῖνο) φέρτατον, ὅ τι νῦν (τυγχάνει), καὶ ἐν τελευτᾷ ἀνδρὶ τυχεῖν: *difficile est illud assequi, ut felicitas, quæ nunc adest, etiam ad mortem usque homini contingat;* vel, ut in Nota. Est enim τὸ φέρτατον et τὸ ἀγαθὸν et τὸ εὐτυχές. Pindaricum autem est, sententia ex facto narrando prærepta viam sibi ad narrationem parare. 50. σκάπτῳ duo Palat. et Bodl. et Aug. perpetua varietate. v. sup. i. 19.

46. Similem locum cf. N. v. 25. sq. Sententia inde a 43. vulgari modo sic se haberet: Multa committunt furore et animi impetu abrepti homines, dum non vident, id quod in præsens invat, quandoquidem viam vel cupiditatem explent, in posterum magnam calamitatem ipsis esse allaturum. Per sententiam generalem exponit, quod de Tlepolemo narrandum erat: is errore animi ira occæcati Licymnium fratrem aviæ ex pellice occidit, cum nec reputasset, exulandum sic sibi fore e patria domo. cf. V. L. ad 48.

Σκληρᾶς ἐλαίας ἔκταν' ἐν Τί-
ρυνθι Λικύμνιον, ἐλ-
θόντ' ἐκ θαλάμων Μιδέας,
Τᾶσδε ποτὲ χθονὸς οἰκιστὴρ χολωθείς.
Αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ
Παρέπλαγξαν καὶ σοφόν. Μαν-
τεύσατο δ' ἐς θεὸν ἐλθών.

Ε. β'. Κ. ιγ'.

Τῷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας
Εὐώδεος ἐξ ἀδύτου, ναῶν πλόον
Εἶπε Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς
Στέλλειν ἐς ἀμφιθάλασσον

51. ἔκταν' ἐν emendavit Calliergus. ἔκτανεν *T.* Ald. et Pal. B. Aug. ἔκτανε *T.* Pal. C. 53. Scholiastes legisse creditur: ἐλθών τ' ἐκ θ. Male, si quidem ita legit. Midea Licymnii erat mater, Electryonis pellex, qui ex conjuge, Lysidice, Pelopis f. Alcmenam susceperat, unde ille h. l. Ἀλκμήνας κασίγνητος νόθος. Licymnium igitur ex thalamo matris Mideæ prodeuntem occidit Tlepolemus. Sic saltem Pindarus. Nam aliter fabula tractata fuit ab aliis, inprimis a Tragicis, ut ex Apollodoro ii. 8. 2. et Diodoro iv. 58. intelligitur. 56. παρέπλαξαν reduxerant Oxonienses MSS. suis obtemperantes; sic et edd. ante Schmidium, qui παρέπλαγξαν ex Pal. C. recepit: quod sane sollenne est; idque et alibi Pindarus sequitur. Nem. x. 10. Οὐδ' Ὑπέρμνηστρα παρεπλάγχθη. Nec aliter Schol. vet. legerant: αἱ δὲ—προπετεῖς ὀργαὶ ἤδη που τοὺς σοφοὺς διασφάλλεσθαι ποιοῦσι. Oxonienses ex Scholio Bodl. MSS. laudant: πλάζω, πλανῶ, facere futurum πλάξω, unde ἔπλαξαν. Vellem id aliunde probatum dedissent viri docti! Apud Hesychium quidem: ἀποπλάξαντες legitur, ἀποπλανηθέντες. sed manifesta est corruptela pro ἀποπλάγξαντες. A πλάζω, πλάγγω, est πλάγξω. Sed πλάξω et πλαξῶ dorica dicenda esset forma pro πλήξω ex πλήσσω. Hactenus h. l. παρέπλαξαν ferri possit. 57. ἐς θεὸν satis nunc illustratum a viris doctis est, ut nemo cum Schmidio emendet, ἐς θεοῦ. Porro pro ἐλθὼν ἐνθὼν dorismus postulat, monente quoque Pauw. Nimis multa tamen sic fuissent per totum Pindarum mutanda. 59. ἐξ ἀδύτου ναῶν, interpungit Ald. et omnes edd. ante Schmidium, qui bene ναῶν (h. νηῶν) πλόον junxit; quod poeticum est; *adytum templi* esset pedestre, etiamsi cum Schmidio ναῶ, pro ναοῦ, legeretur. 61. εὐθῦν' ἐς Schol. et Ald. idem Rom.

55. αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ παρέπλαγξαν κ. σοφόν. Sunt sic accipienda: *Etiam prudentem virum ira ad prava facta abducere solet.* Fere quod Homer. Il. δ. 549. χόλος, ὅς τε καὶ ἄλλων Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον πύκα περ φρονέοντων. Jungenda autem antecedentibus, et universe sunt dicta, cum esse deberet: *atque sic eum perturbatio animi ex ira ad tantum facinus perduxit.*

Νομὸν, ἔνθα ποτὲ
Βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας
Χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν,
Ἀνίχ' Ἀφαίστου τέχναισι,
Χαλκελάτῳ πελέκει,
Πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ' ἄκραν
Ἀνορούσασ', ἀλάλα-
ξεν ὑπερμάκει βοᾷ.
Οὐρανὸς δ' ἔφριξέ νιν καὶ Γαῖα μάτηρ.

Σ. γ'. Κ. ιά.

Τότε καὶ φαυσίβροτος

in margine, etiam Gott. habet: haud dubie pro ἐνθῦναι, ex glossa male intellecti στέλλειν, unde et in Bodl. MS. et C. fluxit στέλλε; et Aug. στίλε, cum gl. στίλλου, cum tamen στέλλειν pro στέλλειν sit. 62. Νόμον alii apud Schmidium, incommode. Ceterum prava interpunctio in hoc loco totius carminis flumen tanquam agger objectus morabatur: Νομόν. Ἔνθα ποτέ.— Immo vero Oraculi verba respexit in his, quæ sequuntur: *Jussus est Tlepolemus concedere in eam insulam, in qua aliquando aurum pluisset.* Dum fabulam narrat poeta, phantasmatum vi et copia abreptus mox ad alia, quæ cum fabula conjuncta sunt, progreditur v. 71. usque ad v. 141. 63. Respexit h. l. Aristides t. i. p. 546. cum aliis apud Meurs. in Rhodo i. 17. etiam Strabo xiv. p. 964. C. 64. χρυσίαις et χρυσίαισιν in Schol. occurrit. 71. φαυσίμβροτος Bodl. MS. et C. et Aug. a m. sec. cum. Gott.

[62. sqq. Vid. Birg. Thorlacii *explicatio mythi archæologici de insula Rhodo, quem Olymp.* vii. 62—99. *Pindarus inseruit*, in Proluss. et Opusc. Acad. t. i. num. 8. p. 97. sqq. *Ex Schedis.*]

71. sqq. Ut fabularum ordinem et nexum, impetu ac spiritu poetæ turbatum, teneas, hæc monenda sunt: Palladem Rhodii apud se natam tradidisse videntur. Pluerat autem aurum in Rhodo (v, 64. πόλιν dictum pro χώραν, *insulam*) [v. Wunderlich. Observat. in Æschyl. p. 191. *Ex Schedis.*]) nata Pallade. Inhabitabant tum insulam Heliadæ. Hos jussit pater Sol primos inter omnes alios Palladi sacrum instituere. Jam autem erat in Rhodo antiquissima Palladis ara, in qua fiebant sacra ἄπυρα, mera libatione et frugibus. Hujus sacri originem nunc a præcepto Apollinis repetit poeta. Jam v. 71. sq. sententia est: *Sub idem tempus, cum Pallas esset nascitura, Sol monuerat, jusserat filios suos observare rem jamjam futuram, ut*, nata dea, antevertendo alios, *primi aram deæ in loco conspicuo exstruerent, et sacro in eo facto, cum Jove Palladem propitiam sibi redderent.* ἐνίσειλε pro ἐνεστάλκει. τὸ χρέος potest esse vel χρῆμα, vel *quod injungitur, quod præstandum est*, ut aliquoties ap. Pindar. unde πράσσειν (pro, ἐκπράσσειν) χρέος. Τότε δὲ, *illo natalium Palladis tempore.*

Δαίμων Ὑπεριονίδας
Μέλλον ἔντειλεν φυλάξασθαι χρέος παισὶν φίλοις,
Ὡς ἂν θεᾷ πρῶτοι κτίσαιεν
Βωμὸν ἐναργέα, καὶ,
Σεμνὰν θυσίαν θέμενοι,
Πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν Κόρᾳ τ' ἐγχειβρόμῳ· ἐν δ' ἀρετὰν
Ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώποισι προμαθέος αἰδώς.

A. γ'. K. ιά.

Ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ

73. ἔντειλε (Ald. Brub.) Steph. ἔτειλε Aug. c. gl. ἐνετείλατο. 75. θεῷ Pal. C. 77. σεμνὴν Bodl. γ. 79. ἐγχηβρόμῳ Schol. rec. 80. ἔβαλε Ald. 81. προμαθέως primum Romana et hinc aliæ. Metri caussa προμαθέος scripsit Schmidius, ut jam exaratum in Ald. et Aug. a pr. m. Quod vero Prometheum huc induxerunt, et Προμαθέος αἰδὼς pro Προμηθεὺς αἰδέσιμος accipiebatur, vix provide erat factum; præstat illud a προμηθὴς ducere, ut προμηθὴς ipse sit Sol, qui monuerat filios, quid factu opus esset: ita tamen, ut in sententiam mutatum et γνωμικῶς enuntiatum esse vel ex voc. ἀνθρώποισι appareat; *Reverentia et fides provido habita*, (si quis obtemperet prudenter monenti) *hominum animis virtutem et alacritatem instillat quidem. Fieri tamen potest, ut obscura caligo oblivionis offuscet mentem et rerum gerendarum rationem rectam animo et memoria excutiat, excidere faciat.* Quod et tum accidit Heliadis. Nam de his, non de Tlepolemo agitur. 82. μὴν Bodl. γ.

73. μέλλον, εἰς τὸ μέλλον. Heliadis ex poetæ mente præceperat Sol, ut primi omnium sacrum facerent Minervæ cum Jove. Fuit scilicet apud Rhodios antiquissima religio Palladis Lindiæ, cum sacro ἀπύρῳ, quæ ab Heliadis repetitur. Spectat huc narratio, fuisse antiquum vaticinium, Minervam deam præsidem fore ejus populi, qui primus ei sacrum faceret. Prævertérunt Rhodii, sacro facto, sed ἀπύρῳ. Ita Athenienses sibi visi sunt Rhodiis hanc gloriam præripuisse. vid. Diod. v, 56. et Schol.

79. αἰδὼς προμαθέος, *reverentia erga prudentem*, h. eum qui prudenter monet, ἐνέβαλεν (pro ἐμβάλλει) ἀνθρώποις ἀρετὰν καὶ χάρματα, *solet instillare hominum animis robur et alacritatem.* Æschyl. Suppl. 709. τὴν πόλιν κρατύνοι προμαθεὺς εὐκοινόμητις ἀρχά. *magistratus providus.* Hæc generaliter extulit, cum vellet dicere: Heliadas paruisse deo. De his v. inf. 131.

82. Iterum hoc γνωμικῶς pro vulgari: *Paruere illi quidem parentum moni-*

Λάθας ἀτέκμαρτα νέφος,
Καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
Θὰν ὁδόν γ' ἔξω φρενῶν.
Καί τοι γὰρ αἰθούσας ἔχοντες
Σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὔ·
Τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς
Ἄλσος ἐν ἀκροπόλει. κείνοισι μὲν ξαν-
Θὰν ἀγαγὼν νεφέλαν,
Πολὺν ὗσε χρυσόν· αὐτὰ
Δέ σφισιν ὥπασε τέχναν

83. ἀτέκμαρτα Schmidius emendavit, ut metro caveret. Vulgo ἀτέκμαρτον. quod tamen ipsum Pauw defendit, si colon in anapæsticum resolvatur, ut tum pro anapæsto dactylus sit. 85. γ' inseruit primum Rom. Deest Bodl. MS. et γ. c. Aug. 86. καὶ τοὶ γὰρ h. οὗτοι malit Pauw. et sic Aug. c. gl. οὗτοι. 88. Τεῦξαν δ' ἐν ἀ. Aug. 89. κείνοις tres Bodl. 90. ἀ. νεφ. Ζεὺς Ald. et Pal. C. in fine additum habent, quod metrum non fert. Durissimum tamen videtur etiam Pauwio, ut nomen Jovis subaudiendum sit; itaque ipse conjicit: Ζὰν (pro Ζὴν, Ζεὺς) οἷσι μὲν vel κείνοισι μὲν Ζὰν Ἀνταγαγὼν vel Ἀντ' ἀγαγών. parum feliciter. Meminisse debebat vir doctus, sollenni more omitti Ζεὺς in voc. ὗειν, et ad ὗσε Θεὸς subintelligendum esse et h. l. Mingarell. conj. κείνοις δ' μὲν—. 92. σφιν Steph. et Bodl. C. Interpungebatur post πᾶσαν. Melius aut omnino non, aut sic interpungitur: Αὐτὰ δὲ σφισιν ὥπασε, τέχναν πᾶσαν ἐπιχθονίων Γλαυκῶπις, ἀ. χερσὶ κρατεῖν· ut sit: αὐτὰ δὲ Γλαυκῶπις ὥπασεν αὐτοῖς, κρατεῖν ἐπιχθονίων ἀ. χ. (κατὰ) τέχναν πᾶσαν.

tis; verum obliti sunt ignem apportare. Hæc sic extulit: *Solet interdum fieri, ut,* cum curare aliquid volumus vel maxime, *obscura oblivionis caligo offuscet mentem, et rectam rerum gerendarum rationem animo excutiat, excidere faciat. Scilicet et Heliadæ obliti sunt ignem ad sacrum apportare.*

88, 89. Dicendum erat: ἄπυρα ἱερὰ *fecerunt et deæ* τέμενος *consecrarunt, in eoque aram ad sacra.* Fuit sane πεδίων καὶ ἀλσέων μεσηὴ acropolis secundum Aristidem in Rhodiaca. ἄλσος pro τέμενος, ut de Hercule Olymp. iii. 24. sq. x. 41. Subtilior esset ratio, ἄλσος, accipere ἀνὰ ἄλσος. et τεῦξαν, absolute, ut ῥέζειν. *Litarunt sacro sine igni facto in luco.* [l. σὺν ἀπύροις ἱεροῖς. *Ex Schedis.*]

89. sq. Redit ad superiora v. 63. Nata Pallade imber aureus decidit; at ipsa dea, recens nata, imbuit Heliadas omni ad artes exercendas sollertia, facto sacro delectata. Imber quidem aureus manifestavit præsentiam numinis. Scilicet ut omnino præsentia deorum similibus prodigiis declaratur, sic et aureo imbre. Apolline nato in Delo omnia facta sunt aurea: v. Hymn. Hom. in Apoll. 135. sq. Callim. in Del. 260. et de Inacho in Lav. Pall. 49. Unde fluxisse quoque videtur figmentum magnæ felicitatis Midæ, ut omnia ejus tactu in aurum mutata esse dicerentur. Videri potest Homericum πλοῦ-

E. γ'. K. ιγ'.

Πᾶσαν ἐπιχθονίων
Γλαυκῶπις ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν.
Ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόν-
τεσσί θ' ὁμοῖα πέλευθοι
Φέρον. ἦν δὲ κλέος
Βαθύ. Δαέντι δὲ καὶ σοφία
Μείζων ἄδολος τελέθει.
Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
Ῥήσιες, οὔπω, ὅτε
Χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι,
Φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ·
Ἀλμυροῖς δ' ἐν βένθεσιν νᾶσον κεκρύφθαι.

Σ. δ'. K. ιά.

Ἀπεόντος δ' οὔτις ἐν-

105. βένθεσι Rom. et al.

τον κατίχνις Il. β. 677. Pindaro ante oculos fuisse.

98. *Δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει.* Sententiæ, brevitate obscuræ meliorem interpretationem non habeo, quam Schmidianam: *perito artis etiam permagna intelligentia sine fraude, sine præstigiis magicis, obtingere potest.* Scilicet respici suspicor *Telchines*, qui olim in Rhodo fuere, mirabilibus operibus et ipsos claros, sed cum veneficii infamia: v. Diodor. v. 55. Iis nunc opponuntur seriorum artes. *τοῦ δαίντος γίνεται (εἶναι δύναται) τέχνη μιγίστη* (nam *μείζων*, major quam aliis, ut sæpe ponitur) *ἄνευ δόλου, γοητείας.* Dixit universe, quod pergere debebat narrare de Rhodiis: *magna eorum erat celebritas, et excellebant operibus arte et ingenio, non præstigiis*, ut olim Telchinum in eadem insula, *elaboratis.* Sententia a v. 95. procedit: *Loca publica urbis habebant artis opera viventibus et incedentibus similia; et erat gloria eorum magna.* Nec, quod vulgo de Telchinibus narratur, præstigiis illi hac in re usi sunt; nam *ei, qui usum rei habet, ars summa etiam sine præstigiis contingit.*

100. Ut a Pallade artes acceperant Rhodii: ita propitius ipsis fuit Sol, cui tanquam *γέρας* assignatum fuit inter ceteros deos insula. Hinc nova digressio. Est autem hæc orbis terrarum divisio diversa ab illa distributione, quæ post bellum cum Titanibus facta est apud Hesiodum in Theogonia, quando dii suum quisque *γέρας* accepere.

δειξεν λάχος Ἀελίου·
Καί ῥά μιν χώρας ἀκλάρω-
τον λίπον ἀγνὸν θεόν.
Μνασθέντι δὲ Ζεὺς ἄμπαλον μέλ-
λεν θέμεν. ἀλλά μιν οὐκ
Εἴασεν· ἐπεὶ πολιᾶς
Εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾷν ἔνδον θαλάσσας
Αὐξομέναν πεδόθεν
Πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώ-
ποισι, καὶ εὔφρονα μάλοις.

Α. δ'. Κ. ιά.

Ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα
Χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
Χεῖρας ἀντεῖναι, θεῶν δ' ὅρ-
κον μέγαν μὴ παρφάμεν,
Ἀλλὰ Κρόνου σὺν παιδὶ νεῦσαι,
Φαενὸν ἐς αἰθέρα μὶν
Πεμφθεῖσαν ἑᾷ κεφαλᾷ
Ἐξοπίσω γέρας ἔσσεσθαι. τελεύτα-

109. λίπον Ald. ut etiam tres Palatt. Bodl. *a.* et Gott. Revocandum hoc fuit pro λίπονθ'. Etsi Aug. habet λίπονθ', ἴλιτον. Nam, ut jam a Dawes. p. 51. (54.) Misc. cr. monitum, est λιπίσθαι τινὸς et λιπεῖν τινα, cum quarto casu, ut λαβεῖν τινα et λαβίσθαι τινός. sicque alia. cf. Not. ad Isthm. viii. 125. Ut vero syllaba producatur, Dawes confugit ad digamma Æolicum in voc. ἀγνός. 115. αἶαν Gott. sed syllaba producenda erat. 116. μήλοις duo Bodl. et Schol. 117. κίλευσι Ald. c. Gott. 119. ἀνθεῖναι sphalma Steph. 120. παρφάμεν conjectat Schmidius Pal. C. legisse, in quo adscripta erat glossa παραβῆναι, at v. Notam. Repugnat in altero hoc metrum; nam in παρφάμεν media longa ex βήμεναι, cf. P. iv. 69. 124. ἔσσεσθαι Schmid. ex uno Palat. invito Pauwio. Vulgo omnes ἴσεσθαι.

[110. μνασθέντι, ἀνάμνησιν ποιοῦντο, pro μνήσαντι. an *ambienti*? *Ex Schedis.*]

119. θεῶν δ' ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν. παραφάναι aut est sollenni notione *decipere*: ita est, *ne deciperet*, sed vere sibi juraret per Stygem; aut est *recusare*: tum μὴ παρφάμεν est idem ac φάμεν, s. φάμεναι, φάναι, *non recusare* pro *dicere*, *eloqui*.

124-6. Ex sermonis indole et usu

σαν δὲ λόγων κορυφαὶ
Ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι.
Βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς

E. δ'. K. ιγ'.

Νᾶσος· ἔχει τέ μιν ὀ-
ξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ,
Πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.
Ἔνθα Ῥόδῳ ποτὲ μιχθεὶς
Τέκεν ἑπτὰ, σοφώ-
τατα νοήματ' ἐπὶ προτέρων
Ἀνδρῶν παραδεξαμένους,
Παῖδας· ὧν εἷς μὲν Κάμειρον,
Πρεσβύτατόν τε Ἰά-
λυσον ἔτεκεν, Λίνδον τ'. ἀπάτερθε δ' ἔχον,
Διὰ γαῖαν τρίχα δασ-
σάμενοι, πατρωΐαν

126. ἀληθείᾳ Ed. Rom. et Bodl. MS. Emendata scriptura erat jam in Ald. ut et alterum πιστοῖσαι jam ab Aldo expressum video, quod deseruit mox et vulgarem scripturam πισοῖσαι reduxit Romana cum ceteris omnibus, etiam Schmidio. πιστοῖσαι revocarunt Oxonienses, sed nec monito lectore, ne de hoc quidem, quid in Bodleianis invenissent. Hoc et Pal. C. exhibebat, Pal. B. c. Gott. πιστοῖσαι, sed emendatum τ a m. sec., et Pal. A. πιτεῖσαι. 128. μιν ὁ 129. ὀξειᾶν γενέθλιος Aug. Mallet δί μιν Mingarell. post βλάστε μέν. 129. ὀξεῖαν Brub. Rom. et hinc aliæ. ὀξειῶν Bodl. γ. 135. εἷς μὲν Cercaphus est natu maximus, qui Camirum, Ialysum et Lindum, conditores trium urbium, suscepit. διὸ καί τινες γράφουσιν, pergit Schol., ὧν εἷς μὲν K. πρεσβύτατος τε. Obstat tamen adjectum τε, saltem in γε mutandum. Sed præstat vulgatum retinere. 137. τέκεν Ald. Gott. Eædem ἀ. δ' ἔ-. 138. χοντι διὰ γ. et 138. τρίχα cum Bodl.

alius verborum sensus esse nequit quam hic: *eventum suum vere habuere dicta.* πιστοῖσαι ut πίπτειν, a sortibus ductum: ut Ol. xii. 14. πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν. ἐτελεύτ. ἐν ἀλαθείᾳ, σὺν ἀλ. pro ἀληθῶς, *vero eventu.* ἐτελεύτασαν πιστοῖσαι ornate pro simplici; et κορυφαὶ λόγων sunt ipsi λόγοι, ut λόγων κορυφὴ ὀρθὴ Pyth. iii. 141. pro λόγος ὀρθὸς, *dictum verum.* Sic ἔργων τέλος pro ἔργον Ol. ii. 33. Sunt autem h. l. λόγοι vel *verba jurisjurandi* simpliciter, vel *cum Solis postulatis.*

Ἀστέων μοῖραν· κέκληνται δέ σφιν ἕδραι.

Σ. έ. Κ. ιά.

Τόδι λύτρον συμφορᾶς
Οἰκτρᾶς γλυκὺ Τλαπολέμῳ
Ἵσταται Τιρυνθίων ἀρ-
χαγέτᾳ, ὥσπερ θεῷ,
Μάλων τε κνισσάεσσα πομπὰ,
Καὶ κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις.
Τῶν ἄνθεσι Διαγόρας
Ἐστεφανώσατο δίς· κλεινᾷ τ' ἐν Ἰσθμῷ
Τετράκις εὐτυχέων,
Νεμέᾳ τ' ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ,
Καὶ κραναᾶις ἐν Ἀθάναις.

Α έ. Κ. ιά.

Ὅ, τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἑ-

143. ἵσταται Schmidius emendaverat; nulla nec auctoritate, nec necessitate. Τιρυνθίῳ Pal. A. 145. μήλων pars Bodleianorum. 147. ἄνθεσιν vulgg. Rescidit τὸ ν Schmidius metri caussa. [148. ἡ Ἰσθμὸς, ut Ol. viii. 64. N. v. 69. *Ex Schedis.*] 149. Post τετράκις malit interpungere Pauw. et εὐτυχέων Νεμέᾳ τ' ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ jungere: quod sane minus durum. Quæritur, quid subintelligendum sit in ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ. Schol. νίκαν ἔσχεν. (cf. sup. ad i. 175.) Pauw τύχαν. Mingarell. ἡμέραν. Nec male. Sic per ellipsin τῇ ὑστεραίᾳ, τῇ προτεραίᾳ.

141. Τόδι. *Jam hic*, in hac insula, *Tlepolemo tanquam heroi sacrum fit cum certamine publico*: λύτρον, *compensatio laborum*. Tlepolemo tanquam heroi honores habiti a Rhodiis, nec modo inferiis factis, verum, tanquam deo, victimis cæsis et certaminibus institutis. Debuere esse dicta τὰ Τληπολέμια. Cæsus ille ad Trojam a Sarpedone: Il. ε. 655. sq.

147. Similis locus Ol. xiii. 45. sq. x. 124. sq. Sequentia certamina partim e Schol. partim ex Pausan. et ex ipso poeta passim facile possunt illustrari. Add. Excerpta Philemonis ap. Villois. ad Apollonii Lex. Hom. p. 856. Sed video de his certaminibus jam docte notata esse multa a Beckio in Not. ad Schol. p. 434.

[152. Τῶν Ἡραίων præmium clipeus et corona. Pausan. ii. 24. Et clipeus in templo Junonis affixus, qui in pompa ferebatur. v. not. ad Callimach. L. P. 35. v. infr. N. x. 41. *Ex Schedis.*]

γναι μίν· τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ
Ἔργα καὶ Θήβαις· ἀγῶνές
Τ' ἔννομοι Βοιώτιοι·
Αἴγινα, Πελλάνα τε, νικῶν-
θ' ἑξάκις· ἐν Μεγάροι-
σίν τ' οὐχ ἕτερον λιθίνα
Ψᾶφος ἔχει λόγον. Ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ νώ-
τοισιν Ἀταβυρίου
Μεδέων, τίμα μὲν ὕμνου
Τεθμὸν, Ὀλυμπιονίκαν

Ε. έ. Κ. ιγ'.

Ἄνδρα τε, πὺξ ἀρετὰν
Εὑρόντα· δίδοι τέ οἱ αἰδοίαν χάριν,
Καὶ ποτ' ἀστῶν, καὶ ποτὶ ξεί-
νων· ἐπεὶ ὕβριος ἐχθρὰν
Ὁδὸν εὐθυπορεῖ,
Σάφα δαεὶς, ἅτε οἱ πατέρων
Ὀρθαὶ φρένες ἐξ ἀγαθῶν
Ἔχραον. μὴ κρύπτε κοινὸν

156. Κ' Αἴγινα malit Pauw, ne copula desit. Aldus et Gott. Πιλλάνα τε, Αἴγινά τε ν. 157. Μεγάρεσσιν Steph. exhibet nescio errore an consulto. 158. σίν τ' propter metrum legendum censebat Schmidius. Vulgg. σί τ'. 160. τοῖς Ἀταβ. mavult Pauw. 164. δίδου Bodl. tres cum Schol. rec. perpetua aberratione. 165. ποτ' vel πότ'—ποτὶ ξείνων ἐπεὶ in Bodl. C. exciderat.

[153. In Arcadia τὰ Λύκαια. Ol. xiii. 154. *Ex Schedis.*]

158. οὐχ ἕτερον, *non alium*, eundem, *titulum* (nam hic est λόγος) *habet columella* (ψῆφος λιθίνη, στήλη) *posita Megaris*: sc. et ibi eum victorem fuisse. Mox 162. jungere fere malim ὕμνου τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν, (ut v. c. Ol. iii. 4.) ἄνδρα τε πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα (h. νίκην.)

[160. mons Rhodi. Strab. xiv. p. 968. v. Apollod. *Ex Schedis.*]

168. σάφα δαεὶς (ἐκεῖνα) ἅτε οἱ ἐξ ἀγαθῶν πατέρων (ὄντι, γεννηθέντι) φρένες ὀρθαὶ ἔχραον· *mens bona*, disciplina domestica bona nutrita, *monet* (pro χράουσι, χρησμῳδοῦσι, h. e. παραινοῦσι), scil. in magnis opibus retinendum esse sensum æquitatis et modestiæ.

Σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνα-
κτος, Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν. ἔχει
Θαλίας καὶ πόλις. ἐν
Δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου,
175 Ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὖραι.

172. Ἐρασταδᾶν Ald. cum Pal. C. Gott. et Schol. Ἐρατιδῶν Bodl. β. γ. Vera lectio jam a Calliergo prodita: tribus nomen apud Rhodios esse creditur. Post Καλλιάνακτος interpungunt, et seqq. in unam sententiam cogunt Melanchthon et Canterus Nov. Lect. iii. 17. et, ut nunc video, etiam Pauwius, in quo tamen Aldus jam præiverat: nec tamen probo. In illis ἐν δὲ μιᾷ latet ratio precum ad Jovem factarum: *μὴ κρύπτε. serva incolumem stirpem plurium filiorum Diagoræ ex filia Callianacti nupta susceptam, cum tribulibus Eratidis. Sane et tota urbs* (an Ialysus?) *lætitiam de victoria D. communicat. Adeo tamen incerta et instabilis est rerum humanarum conditio, ut sine cura tua provida, o Jupiter, stare nequeant.* Hæc ut lyricus extulit. 173. Θαλίας Bodl. γ. sed piget talia transcribere. Ad ἔχει Θαλίας adscripserat Mingarell. Theocr. xvii. 22. ubi Hercules inter deos ἔχει Θαλίαν.

173. Nexus sententiarum: *μὴ κρύπτε—serva, ne sine perire—nec læta hæc fortuna ullo gravi casu evertatur.* Hoc expressit a caussa: *nam variæ sunt fortunæ vicissitudines,* μεταβολαί, s. μεταστροφαί, ut dixit Pyth. x. 32. αὖραι, ut πνοαὶ ἀνέμων. P. iii. 186—8. διαιθύσσουσιν exquisite de celerrimo motu: pro, *emergunt, succedunt.*

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ η'.

ΑΛΚΙΜΕΔΟΝΤΙ ΠΑΙΔΙ,

ΠΑΛΑΙΣΤΗ.

ARGUMENTUM.

GRATULATUR Alcimedonti victoriam Olympicam consequuto, ut paullo ante frater Timosthenes victor fuerat renuntiatus in Nemeis ;—27. prædicat insulæ Æginæ felicitatem hanc, ejusque laudes subjicit, quas ab ipso conditore Æaco repetit :—40. quem Apollo et Neptunus in muris Trojæ exstruendis socium operis habuere—69. Inde laudes Melesiæ aliptæ—97. Meminit quoque poeta tribulium Blepsiadarum,—101. Iphionis et Callimachi cognatorum vita jam defunctorum.—109. Bona vota.

Σ. ά. Κ. Υ.

ΜΑΤΕΡ ὦ χρυσοστεφάνων

Inscriptum in codd. carmen : Ἀλκιμέδοντι παιδὶ παλαιστῇ, Τιμοσθένει παλαιστῇ, ἀδελφῷ αὐτοῦ Νέμεα, καὶ Μελησίᾳ ἀλείπτῃ. Inscriptiones Carminum a Grammaticis profectas esse nemo facile dubitet ; sed si quis dubitet, vel hoc exemplo doceri potest, titulum Pindaro non deberi. Inepte enim Grammatici eorum, quorum mentio fit in carmine, nomina Alcimedonti, in cujus laudem scriptum est carmen adjunxerunt. *Alcimedon*, Ægineta ex Blepsiadarum tribu, inter cujus majores Iphion et Callimachus erant (v. 106 sqq.) Ol. lxxx. inter pueros lucta vicit. Ejus frater erat Timosthenes, Nemeis victor; magister autem Melesias, qui olim et ipse Nemeæ inter pueros lucta, mox adultus pancratio victoriam obtinuerat, hinc ad magisterium gymnasii se contulerat. v. 71. sq. παιδὶ omissum in

Ἄεθλων, Οὐλυμπία,
Δέσποιν' ἀληθείας· ἵνα μάντιες ἄνδρες,
Ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι, παραπει-
ρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου,
Εἴ τιν' ἔχει λόγον, ἀνθρώπων πέρι
Μαιομένων μεγάλαν
Ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν,
Τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν.

A. ά. K. ιϑ'.

Ἄννεται δὲ πρὸς χάριν εὐ-
σεβέων ἀνδρῶν λιταῖς.

Rom. et seqq. Sed v. inf. 72. 86. ἀδιλφῷ αὐτοῦ aberat Bodl. β. et Νίμια a Bodl. γ. 2. Οὐλυμπία reposuit Schmidius metro obsequutus ex Pal. A. B. Vulgo Ὀλυμπία. 3. ἀληθείας MS. Bodl. 10, 11. Ἄννεται δὲ—λιταῖς. Lectio hæc expressa est in Schol. vet. a pluribus grammaticis: dissident ii tantum judicio, quid supplendum sit. Alii id, quod de Jovis voluntate scire avent. Alii τὰ μαντεῖα, *dantur responsa piorum precibus*, εἰς χάριν, *propitia in eos Jovis voluntate.* Possunt plura substitui ad explendam sententiam: τὸ παραπειρᾶσθαι Διὸς ἄνεται, pro γίγνεται. Aut etiam ἄνεται, ἀνύεται, sc. ἃ μαίονται. Si vero ἄνεται active dictum, ut ἀνύεται P. ii. 89. 90., est Ζεὺς ἄνεται. In Schol. vet. legitur: "secundum nonnullos Asclepiadem scripsisse λιταὶ, ut sit ἄνεται—λιταὶ," nota illa figura, de qua vide ad Ol. xi. 5. ut verbum singulare cum nominativo plurali jungatur. Cum hoc judicium sit unius grammatici, qui forte doctrinæ subtilitatem in scripturæ vitio ostentabat, cum in ejus exemplari excidisset ς in λιταῖς, nolo ei tantum tribuere, ut lectionem relinquam grammaticæ magis consentaneam.—In Pal. A. et B. et Bodl. omnibus cum Aug.

5, 6. Male distinguebatur; εἴτιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι; nam, λόγον ἔχειν περί τινος, vix græce dicitur. Verum jungenda sunt: Iamidæ (v. Ol. vi. 118.) sacris ab iis, qui ad certamina accedunt, factis, παραπειρῶνται Διὸς, περὶ ἀνθρώπων μαιομένων, *Jovis mentem explorant super, de, viris,* εἴ τινα ἔχει λόγον, φρεντίδα, sc. αὐτῶν, *ut respiciat eos, propitius iis sit victoria largienda.* [Xenoph. Mem. Socr. i. 4. 18. τῶν θείων πεῖραν λαμβάνης θεραπεύων, εἴ τι σοὶ θελήσουσι περὶ τῶν ἀδήλων ἀνθρώποις συμβουλεύειν. *Ex Schedis.*]

7, 8. Junge: μαιομένων θυμῷ (h. e. σπουδαζόντων) λαβεῖν (pro ἐπιλαβεῖν) ἀρετὰν μεγάλαν, *altam laudem ex victoria consequi*, (ut ἀρετὴ paullo ante Ol. vii. 163. ἄνδρα πυξὶ ἀρετὰν εὑρόντα, h. e. νίκην, nam est ἀρετὴ *omne id, quo quis præstat aliis, excellit: vis animi, corporis:*) τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν, h. e. victoriam, recreationem post tot ærumnas et labores, ut Ol. ii. 93—95. Ol. i. 157.

10. Ἄννεται δὲ πρὸς χ. *rata autem hæc fiunt ex voto piorum hominum ad preces factas.*

Ἀλλ', ὦ Πίσας εὐδένδρου ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος,
Τόνδε κῶμον καὶ στεφαναφορίαν
Δέξαι. μέγα τοι κλέος αἰεί,
Ὦ τινι σὸν γέρας ἔσπητ' ἀγλαόν.
Ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον ἔβαν
Ἀγαθῶν, πολλαὶ δ' ὁδοὶ
Σὺν θεοῖς εὐπραξίας·

E. ά. K. ιά.

Τιμόσθενες, ὕμμε δὲ κλάρωσεν Πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ· ὃν μὲν
Ἐν Νεμέᾳ πρόφατον,
Ἀλκιμέδοντα δὲ παῤ Κρόνου λόφῳ
Θῆκεν Ὀλυμπιονίκαν.

legitur aliud vitium : πληρέονται πρὸς χάριν εὐσεβέων δ' ἀνδρῶν λιταὶ, quod ex interpolatione ad glossam facta profectum est; nec audiendus Pauw, qui duplicem olim lectionem fuisse pronuntiabat. In v. 12. redit ad Olympiam v. 1. 2. sollenni formula ἀλλ' ὦ. Porro εὐσεβείας Ald. et Pal. C. cum Gott. quod et in scholiis occurrit. 13. στεφαναφορίαν Schmidius recte, et sic jam Rom. Crat. At Ald. Brub. Steph. et al. στεφανοφορίαν, adverso metro. 14. τὶ ex Rom. profectum. Ald. tres Palat. duo Bodl. μέγα τοι cum Aug. quod præferam, ut magis Pindaricum. 15. ἔσπητ' vitium Stephan. 16. ἔβαν. Mirum poetam maluisse hoc, non ἔβα. 18. εὐπραξίας Schmidius ex Palat. A. B. emendavit, metro monente. Vulgg. omnes εὐπραγίας. 19. ὕμμε Steph. emendavit, propius ad dorismum. Al. ὕμμι. Aldus quoque δ' ἐχλάρωσε. Bodl. γε κλήρωσεν. [δ' ἐκλάρ. Boeckh. Comment. p. x. *Ex Schedis.*] 20. ὃν μέν. Etiam hæc lectio Schmidii acumini critico debetur, suffragante Pal. A. et B. Vulgg. inde a Rom. σὺ μὲν adversante metro. [ex interpr.—ὅς σ' ἐν μὲν Boeckh. l. c.—Ceterum non est illud ὅς μὲν—ὁ δὲ—pro ὁ μὲν—ὁ δὲ—. v. Sturz. de dial. Alex. p. 206. *Ex Schedis.*] At Ald. ὅς σε μὲν, haud dubie lenius, si ita dispescas : ὅς σε μὲν Νεμέᾳ πρ. Hoc etiam Mingarell. amplectitur. Jejunum, hiante metro, ὅς σε Ἐν *N.* Pauw propinat. 21. πρόφαντον omnes ante Schmidium. Sic et Schol. πρόφατον, ex φάω, h. e. φαίνω, eodem sensu Schmidius ex Pal. B. reposuit, metri caussa. φατὸς, πρόφατος, *celeber.* 22. δὲ omittunt Bodl. β. γ.

[16. ἄλλα ἀγαθά. *Ex Schedis.*] 19—23. Dixit lyrice pro : ὑμᾶς δὲ, ὦ Τιμόσθενες καὶ Ἀλκίμιδον, πότμος ἐκλήρωσε (σὺν) Ζηνὶ γενεθλίῳ, *propitio Jove vestrorum natalium præside*, τὸν μὲν—τὸν δὲ —. Mox 23. θῆκεν idem πότμος.—24. Similia loca Nem. iii. 32. 33. Isthm. vii. 30.—28. Eadem Æginæ laus P. viii. pr. et 31. Nem. iv. 19.

Ἦν δ' ἐσορᾷν καλὸς ἔργῳ
Τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων,
Ἐξένεπε, κρατέων
Πάλᾳ, δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν·
Ἔνθα Σώτειρα, Διὸς ξενίου
Πάρεδρος, ἀσκεῖται Θέμις

Σ. β'. Κ. ϛ'.

Ἔξοχ' ἀνθρώπων. ὅ τι γὰρ
Πολὺ, καὶ πολλᾷ ῥέπει,
Ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν,
Δυσπαλές. τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων
Καὶ τάνδ' ἁλιερκέα χώραν
Παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις

25. κατ' εἶδος Ald. 26. ἐλίγχων Ἐξένεπε malo jungere sensu et distinctione cum Pauw., non cum ἦν. 30. Vulgo distinguitur post πολὺ, ut accipiatur hoc pro πλῆθος, ὄχλος. Omnino interpretes laborant in hoc loca, qui saltem sic ex eorum animo erat interpretandus: *magnam hominum multitudinem institutis vitæ, studiis et consiliis inter se dissimilem*, qualis mercatorum Æginam commeantium est, *regere judicio recto et singulis caussis convenienter difficile est.* Sed præstat simpliciter accipere verba, uti se offerunt, ὅ τι γὰρ πολὺ καὶ πολλᾷ ῥέπει *quod multum et multas in partes, varie, inclinat*, cujusmodi peregrinorum negotia et caussæ sunt, in quibus jus sæpe varium, incertum et obscurum est. 31. πολλᾷ Schmidius ex Pal. A. B. et Schol. Accedit pars Bodleianorum. Vulgo: πολλά. Porro ῥέποι Schol. 33. Post ἀθανάτων interpungit Ed. Rom. quin etiam Ald. et Brubach. Primum distinctionem sustulit Ceporinus in Ed. Cratandr. vel Scholiis monentibus. 34. Καὶ δ' Bodl. C. 35. παντοδαποῖς ὑπέστασε Ald. παντοδαποῖς ὑποέστατε Bodleiani cum Aug. metro saltem sic incolumi, sed cum hiatu.

[29. Θέμις, etsi dea, tamen exercetur. Non est ἀσκεῖν θεόν: etsi per θεραπεύειν redditur. *Ex Schedis.*]

30—34. Male interpungebatur post διακρίνειν. Jungenda sunt: δυσπαλὲς (ἐστι) διακρίνειν (σὺν) ὀρθᾷ φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν, (non imperite): debebat sequi τὰ πολλὰ ὄντα καὶ ῥέποντα πολλῇ, dixit: (ἐκεῖνο) ὅ, τι πολὺ, καὶ πολλᾷ ῥέπει, *quod multiplex est et multis modis variat*, pro rerum, temporum, personarum rationibus: ut sunt jura, caussæ, negotia mercatorum. conf. V. L. Fuit igitur apud Æginetas species aliqua ejus, quod nos *judicium mercatorium* appellamus.

Κίονα δαιμονίαν,
(Ὁ δ' ἐπαντέλλων χρόνος
Τοῦτο πράσσων μὴ κάμοι·)

Α. β'. Κ. ϛ'.

Δωριεῖ λαῷ ταμιευ-
ομέναν ἐξ Αἰακοῦ·
Τὸν παῖς ὁ Λατοῦς εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,
Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον
Τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν
Τείχεος· ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον
Ὀρνυμένων πολέμων
Πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
Λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

Ε. β'. Κ. ια'.

Γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη, νέον
Πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς,
Οἱ δύο μὲν κάπετον,
Αὖθι δ', ἀτυζομένω, πνοὰς βάλον·

V. 37 et 38. ab aliis in parenthesin inclusi, nec male. 38. *κάμῃ* Bodl. β. γ. 41. *Ποσειδᾶν* pars Bodl. MSS. cum Aug. in quo et *ποτε* pro *τε*. 43. *τεύξειν* MSS. Bodl. quatuor. 44. male in Schmid. et Oxon. post *πεπρωμένον* interpungitur. Ordo est: *ὅτι πεπρωμένον ἦν, νὶν (τὴν Ἴλιον) ἀμπνεῦσαι καπνὸν* etc. h. *καταφλεχθῆναι*. 47. *ἐμπνεῦσαι καρπὸν* Aug. 50. *κάπιστον* constanter primæ edd. *κάπισσον* primum Morell. et ex hac Steph. prima et deinceps aliæ; sed altera Steph. dedit: *κάπεσσον*. Pal. C. *κάπαστον*. Aug. *κάπτιστον* et a m. pr. *κάπιστον*. Apud Homer. *κάπασσον* pro *κατέπισσον* aliquoties, ut Il. α. 593. 51. *αὖθί τ'* scribendum esse, bene monet Pauw. *ἀτυζόμενοι* Ald. et fere omnes Bodl. Aug. cum Schol. *ψυχὰς* Ald. Scholion *τοῦ πνοάς*.

37. 38. in parenthesi interposita sunt, pro voto: *utinam insula sit præsidium tale adeuntium eam per omne tempus!* Tribuitur hoc tempori tanquam id efficienti, ex poetico more.

[42. *στέφανον* pro *στιφάνην*. v. Schol. Orph. Argon. 764. *Ex Schedis.*]

Εἷς δ' ἐσόρουσε βοάσας.
Ἔννεπε δ' ἀντίον ὁρμαί-
νων τέρας εὐθὺς Ἀπόλλων·
Πέργαμος ἀμφὶ τεαῖς,
Ἥρως, χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται,
(Ὡς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα
Πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός·)

Σ. γ'. Κ. ϛ'.

Οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν. ἀλ-
λ' ἅμα πρώτοις ἄρξεται
Καὶ τετράτοις. Ὡς ἄρα θεὸς σάφα εἶπας,
Ξάνθον ἵππειγεν, καὶ Ἀμαζόνας εὐ-
ίππους, καὶ ἐς Ἴστρον, ἐλαύνων.

55. τιᾶς emendatum a Schmidio, pro τιαῖς, quod ubique legitur. Rotundius tamen alterum esse negari nequit. 56. χειρὸς Bodl. γ. 57. ὡς Rom. et al. ὡς Ald. et Pal. C. cujus Schol. καθὰ exponit: idem Κρονίου. 58. βαρυτύπου Bodl. γ. 60. ἔῤῥεται, *peribit, cadet*, conj. Pauw, perperam veritus, ne ἄρξεται cum τετράτοις male dicatur. At quam frequens is poetarum mos bina vel plura verba copulandi, quæ ex parte tantum grammatico significatui respondent nominis ejus, ad quod referuntur! 61. τέτρασι Bodl. C. τετάρτοις β. γ.

55. seqq. Jungenda sunt ἁλίσκεται οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν. Scilicet Apollo dixit: *ea parte, qua tu, Æace, murum duxisti, capietur Pergamus, tuorum quidem posterorum opera: sed eveniet hoc prima et quarta generatione,* ἄρξεται, γενήσεται, τὸ ἁλίσκεσθαι, σὺν τοῖς πρ. pro σὺν τῷ πρώτῳ καὶ τετάρτῳ παιδὶ, *per Telamonem et Neoptolemum.* ἀντίον ὁρμαίνων, *propius accedens.* At Schol. reddit: στοχαζόμενος εὐθέως, ut sit ὁρμαίνων ἐν φρεσὶν, *interpretatur portentum extemplo versans animo.*

62. An alia sit auctoritas, qua constet Apollinem ab Amazonibus cultum fuisse, ita ut eas nunc adire dicatur, ignoro. Tum si Xanthus est Lyciæ, mira est profectio per Lyciam ad Amazonas et ad Hyperboreos, quos per Istrum designat, ut sup. Ol. iii. Nam diversa loca eum commemorare, quæ ille forte adire possit, vix poetam deceret. Magis consentaneum esset, Apollinem ad unum certum locum properare, ut Neptunus ad Isthmum, non tria diversa loca et sacra adire: nam adeunt dii loca, in quibus præcipua religione coluntur. Verum nec hoc poetam velle puto; sed Apollo tendit ad Hyperboreos, qua via ducit, ex prisca, terrarum situs ignoratione, per Amazones in borealibus locis habitantes; Xanthus autem est Troadis fl. inde a quo iter in septentrionem ingreditur. Ad eum relicti equi pabulum carpebant, ut apud Homer.

Ὀρσοτρίαινα δ' ἐπ' Ἰσθμὸν ποντίαν
Ἄρμα θοὸν τάνυεν,
Ἀποπέμπων Αἰακὸν
Δεῦρ' ἀν' ἵπποις χρυσέαις,

A. γ'. K. ϑ'.

Καὶ Κορίνθου δειράδ', ἐπο-
ψόμενος δαῖτα κλυτάν.
Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσεται οὐδέν.
Εἰ δ' ἐγὼ Μελησία ἐξ ἀγενεί-
ων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ·
Μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.
Καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁμῶς
Ἐρέω ταύταν χάριν·
Τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν

E. γ'. K. ιά.

Ἐν παγκρατίῳ. τὸ διδάξασθαί δέ τοι,

64. ἐπ' Ἰσθμῷ ποντίᾳ Ald. cum Schol. doctius et a vulgari magis receden s. 67. ἐν ἵπποις Bodl. γ. cum Triclinio. Ut nunc interpungitur, heros Æacus avectus est divinis equis; at, si post δεῦρο interpungas cum Pauw., ipse deus vectus est equis: quos *aureos* appellat, sive, quod ἵπποι pro curru dicti sive, quod omnia divina sunt aurea. Respexit et ornavit locum Apollon. iii. 1240. 70. ἐν ἀνθρωπίνοις Aug. ἔσσεται in Schol. 71. Μελησία Ald. tres Palat. quod et ipsum ferri poterat. v. Pauw. Μιλησία jam Rom. ed. exhibuit. 74. Νεμέᾳ MS. Bodl. Κᾷν N. malit Pauw. at ἐν centies omittitur. 76. Pauw. interpungit: τὰν δ' ἔπειτ', ἀ. 77. ἐν παγκρατίῳ Ald. Pal. C. Brubach. in marg. eodem sensu et metro. 78. βαί-

70. sq. Viam sibi parat ad laudem Melesiæ, aliptæ: in qua interserenda invidiam deprecatur. *Non omnibus eadem probantur. Si ego itaque laudes Melesiæ carmine repeto a victoria, quam ipse olim inter pueros lucta retulit: invidi me non reprehendant. εἰ δ' ἐγὼ Μελησία ἐξ ἀγενείων κῦδος ἀνίδραμον ὕμνῳ* pro *εἰ οὖν ἀνατρέχω, percurro, pertexo laudes carmine.* Sic ἀναδραμεῖν et alii; item ἀνιλθεῖν, ut apud Euripidem.

73. *μοι τίς με φθονείτω.* cf. Schneid. Vita Pind. p. 117. Scilicet ex heroum ætate petitum, qui non minus saxis pro telis utuntur. Invidia autem *petere* aliquem dicitur.

75. *ταύταν χάριν* paullo durius pro *τὴν αὐτήν. commemorare enim possum similiter eum olim inter pueros Nemeis vicisse, et postea ἐν ἀνδράσι pancratio.*—76. Junge *ἐν παγκρατίῳ ἀνδρῶν.*

Εἰδότι ῥαίτερον. ἄγνω-
μον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν.
Κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες.
Κεῖνα δ' ἐκεῖνος ἂν εἴποι
Ἔργα περαίτερον ἄλλων,
Τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει,
Ἐξ ἱερῶν ἀέθλων
Μέλλοντα ποθεινοτάτον δόξαν φέρειν.
Νῦν μὲν αὐτῷ γέρας Ἀλκιμέδων,
Νίκαν τριακοστὰν ἑλών·

Σ. δ'. Κ. ϑ'.

Ὃς τύχᾳ μὲν δαίμονος, ἀ-
νορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν
Ἐν τέτρασιν παίδων ἀπεθήκατο γυίοις
Νόστον ἔχθιστον, καὶ ἀτιμοτέραν
Γλῶσσαν, καὶ ἐπίκρυφον οἶμον·

τιρον, trisyllabum, quod plerumque occurrit ῥαΐτερον. Scilicet sic est pronuntiandum. 80. ἀπηράτων Ald. vitio. 81. κεῖνα δὲ κεῖνος idem Ald. cum Aug. τῆνα δὲ τῆνος ἂν εἴποι ad dialecti normam a poeta scriptum fuisse suspicatur Pauw. 90. τέτρασιν Ed. Steph. et jam Morell. quod metro postulante probat Pauw. sicq. Aug. Vulgg. τέτρασι. 92. γλῶσσαν tres Bodl. cum Aug. quod Æolicum, non γλῶτταν. γλῶσαν Ald.

77-80. τὸ διδάξασθαι—*Melior est alipta is, qui ipse certamina ingressus est.* Contra *imperiti hominis est, docere velle alios quæ ipse antea non didicerit. Inexperti homines nihil habent, cui satis firmiter insistant;* sed fluctuant in artis præceptis tradendis. 81. *Itaque iste ista* quod attinet *certamina docere potest doctius, quomodo aliquis victoriam consequatur.* κεῖνα ἔργα pro κατ' ἐκεῖνα, ἐν ἐκείνοις ἀγῶσιν, in quibus ipse victor fuit. [ἐκεῖνος, Milesias. *Ex Schedis.*]

88-92. In vulgari interpretandi ratione sensus quidem, τέσσαρας παῖδας ἐνίκησε, bene se habet: sed vix expedias grammaticam in ἀπεθήκατο νόστον ἔχθιστον ἐν γυίοις τέτρασι παίδων. Nam ἀποτίθεσθαι non est *reddere*, (Triclin. ἀντὶ τοῦ ἐπέθηκεν: quo usu aut exemplo?) et quid ἐν? Ad sermonis itaque usum sic constituere malim: ὃς (σὺν)τύχᾳ μὲν δαίμονος, (h. σὺν δαίμονι, *deo juvante*) ἀνορέᾳ δὲ οὐκ ἀμπλακὼν ἐν τέτρασι παίδων γυίοις, *et virtute usus in quatuor pue-*

Πατρὶ δὲ πατρὸς ἐνέπνευσεν μένος
Γήραος ἀντίπαλον.
Ἄϊδα τοι λάθεται
Ἄρμενα πράξαις ἀνήρ.

A. δ'. K. ιά.

Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν
Ἀνεγείροντα φράσαι
Χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις ἐπίνικον,
Ἕκτος οἷς ἤδη στέφανος περίκειται φυλλοφόρων ἀπ' ἀγώνων.
Ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσιν μέρος
Καννόμου ἑρδόμενον.

93. ἐνέπνευσε tres Bodl. 96. πράξαις scribendum pro πράξας. monuit etiam Pauw. 98. ἀνεγείραντα Aug. 103. κἂν νόμον Ald. Rom. Brub. Mo-

ris, (quibuscum luctatus est; erant scilicet duo paria, quibus successit ipse ἔφεδρος) ἀπεθήκατο (*amovit a se*) νόστον ἑ. etc. h. τὴν ἧτταν. cf. Pyth. viii. 119. sq. Sic ἀποθέσθαι νείκος κρεσσόνων Ol. x. 47. Porro γλῶσσαν ἀτιμοτέραν, ut loquerentur sine auctoritate; opp. victorum jactantia. Alio in carmine ἀγρυξίαν dixerat: v. Fragm. lvi.

93. *Avum victor juventæ quasi reddidit, et effecit, ut vitam ei producat lætitia.* Hoc iterum enuntiavit generatim.

96. ἄρμενα πράξας ἀνήρ. εὖ πράσσειν (opp. κακῶς πράσσειν) est *bene rem gerere, successum habere*, quod idem est *felicem esse*. Ol. xi. 4. εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσοι, Ol. iv. 7. ξείνων εὖ πρασσόντων. Pro εὖ nunc ἄρμενα. [sc. τῷ θυμῷ. *Ex Schedis.*] ut πράσσειν ἀντία pro κακῶς Pyth. viii. 72. ἐπιεικῶς πράσσειν ap. Atticos. Hoc modo sane fieri potest, ut πράττειν et πάσχειν possint latine iisdem verbis interdum reddi: non autem πράττειν et πάσχειν eandem notionem per se habent; ita εὖ παθεῖν et εὖ ἀκούειν, *bene rem gerere* et *laudem consequi*, Pyth. i. 191, 2. Isthm. v. 17. N. i. 46. Ergo *avus, cui tam prospera fortuna fuerat, ut nepotem victorem videret, vitam recreatus gaudio producit.*

97. *At mihi etiam Blepsiadarum tribulium memoratio cum laude est facienda, e quorum medio sextus jam victor enuntiatur, et quidem luctæ et pugilatus.* ἄωτον ἐπίνικον χειρῶν pro ἄωτον νίκης τῶν χειρῶν. De hoc cf. dicta ad iii. 5. 6.

102-3. Tandem et mortuorum in carmine mentionem facit poeta, *Callimachi* et *Iphionis*. Videtur Iphion vita excessisse tempore inter victoriam et carmen interjecto, nuntio tamen de victoria accepto: itaque is ἀκούσας τῆς Ἀγγελίας nuntiat in inferis Callimacho. Pro Ἀγγελία inf. xiv. 29. est Ἠχώ. μέρος τι (sc. eorum quæ in carmine memorantur) ἐστὶν ἑρδόμενον κατὰ νόμον καὶ θανοῦσι, *quod, tanquam inferiarum honos, persolvitur mortuis rite.*

Κατακρύπτει δ' οὐ κόνις
Συγγόνων κεδνὰν χάριν.

E. δ'. K. ιά.

Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς ἀκούσας Ἰφίων
Ἀγγελίας, ἐνέποι κεν
Καλλιμάχῳ λιπαρὸν
Κόσμον Ὀλυμπίᾳ, ὅν σφιν ὤπασεν
Ζεὺς γένει. ἐσλὰ δ' ἐπ' ἐσλοῖς
Ἔργα θέλοι δόμεν· ὀξεί-
ας δὲ νόσους ἀπαλάλκοι.
Εὔχομαι ἀμφὶ καλῶν
Μοίρᾳ Νέμεσιν διχόβουλον μὴ θέμεν·
Ἀλλ' ἀπήμαντον ἄγων βίοτον,
Αὐτούς τ' ἀέξοι καὶ πόλιν.

rell. Aug. *πάννομον* Steph. pr. et hinc reliquæ, qs. *καὶ ἔννομον. καννόμον* Schmidius recte, ut jam emendaverat Ceporinus in Cratandr. h. *κατὰ νόμον.* Porro *ἑβδομέων* Schmidius refinxerat, paullo audacius, probante tamen Pauwio. [106. In textu Heynius correxit *ἀκούσαις.*] 109. *ὅν σφιν Ζεὺς γένει* 110. *ὤπασεν.* Ald. 110. *ἐσλὰ δ' ἐπ' ἐσλοῖς* dorice Steph. jam præiverat Aldina, pro *ἐσθλὰ* et *ἐσθλοῖς.*

Non enim terra occultat cognatorum gloriam, quo minus ad inferos perveniat, h. e. resciscunt illi suorum superstitum gloriam.

113. Deprecatur invidiam Fortunæ in tanta felicitate. Recte subjectum constituitur, *εὔχομαι, μὴ τὸν Δία ἀμφιθέμεν Νέμεσιν μοίρᾳ καλῶν,* (h. *ἐπιστιθέναι, ἐπιβαλεῖν.*) *Nemesin* dicit *διχόβουλον, infestam,* ut *δίχα νοεῖν, δίχα φράζειν* apud Homer. *Ἀλλὰ* (Ζεὺς) *ἄγων* (*ἀπάγων*) *βίοτον ἀπήμαντον, ἀέξοι αὐτούς τε καὶ πόλιν, beet* (ut Callim. in Jov. 95. *οὐκ ἀρετῆς ἄτερ* etc.) *αὐτοὺς* s. *πολίτας,* s. *victorem et gentem* ex *γένει* v. 110.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ Γ'.

ΕΦΑΡΜΟΣΤΩ ΟΠΟΥΝΤΙΩ,

ΠΑΛΑΙΣΤΗ.

ARGUMENTUM.

A LAUDIBUS victoris exorsus statim ad Opuntis, urbis patriæ, laudes progreditur; — 33. ut eas celebret, ingenio si satis valeat, quod solius naturæ beneficio debeatur — 62. Redit ad urbis laudem et orginem. Deucalion et Pyrrha post diluvium consederant circa Opuntem in Locride, reparata humana gente. Locrus erat improles, cui Jupiter compressam a se Opuntis ex Elide adductam filiam matrimonio junxit. Appellatus ille avi materni nomine Opus rexit urbem Opuntem; in qua heroes fuere et (119) victores certaminum, in quibus Epharmostus. Hinc ejus laudes.

Σ. ά. Κ. ιϛ'.

Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
Φωνᾶεν, Ὀλυμπία

2. φωνᾶεν Schol. Nem. iii. 1. omnes edd. et codd. præter Bodl. α. qui dissolvit φωνᾷ ἐν, quod Schmid. ex Pal. B. recepit, ut ἐν φωνᾷ Ὀλυμπίᾳ dictum sit pro σὺν vel διὰ φωνῆς Ὀλυμπικῆς, h. qualis Olympiæ auditur vel audiri solet. Ita fere

1. sq. Sensus lyricus docet, μέλος φωνᾶεν esse docte dictum, ut Lat. poetis epitheton *canorum, vocale;* idem μέλος, καλλίνικος (ὕμνος) ὁ τριπλόος κεχλαδὼς (ἐν) Ὀλυμπίᾳ, ἄρκεσι etc. *Etsi sollenne illud carmen, Callinicus, trinis strophis*

Καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδὼς,
Ἄρκεσε Κρόνιον παρ' ὄ-
χθον ἀγεμονεῦσαι
Κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρ-
μόστῳ σὺν ἑταίροις·
Ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων
Μοισᾶν ἀπὸ τόξων
Δία τε φοινικοστερόπαν
Σεμνόν τ' ἐπίνειμαι
Ἀκρωτήριον Ἄλιδος
Τοιοῖσδε βέλεσσιν,

Schmidius et Pauwius accipiunt. Verum meliores curæ docent magis poeticum esse μέλος φωνᾶεν. *carmen canorum*, quod canitur. Ordo autem verborum hic: Τὸ μὲν Ἀ. μέλος φωνᾶεν, ὁ Καλλίνικος τριπλόος κεχλαδὼς (ἐν) Ὀλυμπίᾳ, παρ' ὄχθον Κρόνιον ἀγεμονεῦσαι Ἐφαρμόστῳ κωμάζοντι σὺν ἑταίροις φίλοις, ἄρκεσεν (ἄν). Apparet enim, Olympiæ victorem inter amicos et populares ad eum confluentes post victoriam statim sollenni pompa et chorea incessisse, forte per stadium, inter tibiarum et lyræ cantum, ad quem Archilochium carmen Καλλίνικε χαῖρε ἄναξ canebatur. Hoc est κωμάζειν. Porro κεκλαδὼς mallet Pauw. Videtur fuisse χλάζω, ut κλάζω, κράζω, unde κεχλάζω; et χλήζω, unde κέχληδα, dorice κέχλαδα, unde α producitur. Etiam Aug. gl. κεχληδώς, εὐτυχήσας. At est *qui insonuit*, φωνηθείς, *cani solitus*. cf. inf. ad P. iv. 318. 4, 5. Κρονίῳ παρ' ὄχθῳ ediderat Schmidius, ut metro serviret. 8. ἑκατοβόλων Bodl. C. a pr. m. 11. Pauw conj. ἐπίνεισαι a νέεσθαι, ἔρχεσθαι. v. Not. 13. βέλεσσιν præclare Schmid. ex Pal. C. reliqui omnes μέλεσσιν. Me tenet vox τοιοῖσδε, quæ non satis magnam *constans*, *Olympiæ cani solitum*, (vid. V. L.) *sufficere poterat: nunc tamen aliud accinam* in victoriam Olympicam; quæ declaratur, e more, per Jovem et per Olympiam: quæ designatur nunc per Elidem a Pelope olim occupatam. καλλίνικος ὕμνος expresse Nem. iv. 26. nec tamen ubique cum Musgravio ad Eurip. Med. 45. substituendum putabo; est enim καλλίνικος i. q. νικητήριος, et occurrit καλλίνικον κῦδος, ἅρμα, χάρμα, καλλίνικος πάλη inf. Pyth. xi. 70. et ipsi victores καλλίνικοι, ut P. i. 63. Hiero. Quidni igitur καλλίνικον στέφανον in Euripidis loco feramus? In Archilochi hymno Καλλίνικος erat *Hercules*, et hinc hymnus, cujus exordium erat: Καλλίνικε χαῖρε ἄναξ, appellatus et ipse Καλλίνικος.

11. ἐπίνειμαι βέλεσσιν ἀπὸ τόξων Μοισᾶν Δία. Insolens sane hoc: ἐπινέμεσθαι βέλεσί τι. Forte sic expedias: νέμειν, νέμεσθαι βέλη ἐπί τι, diceres in pedestri quoque oratione: *distribuere*, *ad varias res dirigere sagittas*. Exquisitius nunc ἐπινέμεσθαί τι βέλεσι· more poetarum sollenni in similibus.

[13. nunc simili laude celebra. *Ex Schedis.*]

Τὸ δήποτε Λυδὸς ἥρως
Πέλοψ ἐξάρατο κάλλι-
στον ἔδνον Ἱπποδαμείας.

A. ά. K. ιϛ'.

Πτερόεντα δ' ἴει γλυκὺν
Πυθῶνά δ' ὀϊστόν. οὗ-
τοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ,
Ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν
Φόρμιγγ' ἐλελίζων
Κλεινᾶς ἐξ Ὀπόεντος, αἰ-
νήσαις ἔ καὶ υἱόν·
Ἄν Θέμις θυγάτηρ τέ οἱ
Σώτειρα λέλογχεν
Μεγαλόδοξος Εὐνομία.
Θάλλει δ' ἀρεταῖς, ἴ-
σον τε Κασταλίᾳ παρ' Αλ-

vim habere videtur, etiamsi reddas, *talibus*, respectu vss. 8. 9. aut, *hisce* telis, *hoc* carmine. 15. ἐξήρατο Bodl. MS. et α. 16. ἔδνον γ' Pauw in medium profert, ut anapæsticum sit colon. 22. ἐξ Ὀπόεντος· αἰνήσαις ἔ καὶ υἱόν. Ita distinguere jubet cum Ald. et Rom. Pauw. ut αἰνήσαις non sit pro αἰνήσας, sed nova sententia: *laudes eam et civem ejus, quæ.* Equidem vix sequar. 27. ἴσσον Aug. ἴσσον Bodl. β. γ. et ed. Rom. 28. -σόν τε K. omnes edd. et codd. Bodl. καὶ tacite refinxit Schmidius, ut metro caveret, perperam sollicitus: nam antispasti variant millies, monente Pauw.; sed hic elegantius legi arbitratur Κασταλίαν. Jam alius veniet, et profitebitur se malle Κασταλίᾳς, ut ad ῥίεθρον referri possit. Est pro ἐν Καστ. h. e. ἐν Πυθοῖ, Pythiis. [Boeckh. Comment. p. xi. sq. Θάλλει δ' ἀρεταῖσιν Ἔν τε Κασταλίᾳ παρὰ Ἀλφειοῦ τε ῥίεθρον. *Ex Schedis.*]

17. Memora quoque victoriam Pythicam. οὗτοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ, *non vanas laudes attinges; ex merito laudabis.* Pyth. vi. 37. χαμαιπετὴς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέρισεν αὐτοῦ, *non irritam vocem Nestor emisit.* Nec alia est γνώμα κενὰ χαμαιπετοῦσα Nem. iv. 65, 66. *consilium inane, irritum.* Fuerat autem Epharmostus jam ante Olympicam victoriam victor Pythiis, v. 17, 18. et una cum Lampromacho fratre vel cognato Isthmiis, v. 124.

23. αἰνήσαις ἔ καὶ υἱόν, Opuntem, tanquam nympham seu deam, ejusque urbis civem, tanquam deæ sobolem. pro αὐτὴν τὴν πόλιν καὶ τὸν πολίτην.

24. ἄν Opuntem urbem, bonis legibus et reip. administratione claram.

Φειοῦ τε ῥέεθρον·
Ὅθεν στεφάνων ἄωτοι
Κλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείρον-
τι ματέρ' ἀγλαόδενδρον.

Ε. ά. Κ. ί.

Ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν
Μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς,
Καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον
Καὶ ναὸς ὑποπτέρου, παντᾶ
Ἀγγελίαν πέμψω ταύταν,
Εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ
Ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι
Κᾶπον· κεῖναι γὰρ ὤπασαν
Τὰ τέρπν'. ἀγαθοὶ δὲ
Καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες

Σ. β'. Κ. ις'.

Ἐγένοντο. ἐπεὶ ἔναν-

32. *ματέρα* Pauw expolivit, ut simile faceret colon strophico suo v. 16. cf. v. 58. 36. *ναὸς* Bodl. *γ*. et mox *ταύτην* et *παλάμῃ*. Sed hæc non tam pro varietate notari, quam pro stupore librarii haberi debebant. *παντᾶ* Steph. refinxit. v. ad Ol. i. f. 39. *ἐξαιρέτων* sphalma est Steph. et quidem ex Morell. 43. *ἀντία τῶς ἄν* et *ἀντίον* in Schol. occurrit.

38. *σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ*. Novo tropo poesis per *Musarum vireta*, hortum, seu arbusta, declaratur: ea *colit poeta*, si læto cum arborum proventu, *manu fausta* id facere putandus est: hæc est *χειρ*, *παλάμη*, *μοιρίδιος divina*: per quam declaratur ingenium divinitus datum. Grammatici, dum *δαιμονίᾳ μηχανῇ καὶ τίχνῃ* reddunt, usum loquendi Pindaricum sequuti sunt, quo aliquid dicitur fieri, contingere, *σὺν θεῷ*, *σὺν θεοῖς*, *σὺν τύχᾳ θεῶν*, et Ol. x. 25. *θεοῦ σὺν παλάμᾳ*. itaque et h. l. *σὺν μοιριδίῳ παλάμᾳ*, *colit Musarum vireta, juvante deo;* pro quo *σὺν παλάμῃ θείᾳ*, *δαιμονίᾳ*, dicere poterat; vel *σὺν μοίρᾳ θεῶν*, Ol. ii. 37. dixit igitur *σὺν παλάμῃ μοιριδίᾳ*. Est idem mox *κατὰ δαίμονα*, quod alias *ἐκ θεῶν*, ut Pyth. i. 79. h. e. *θείᾳ μοίρᾳ*. *Fortes et ingeniosi viri nascuntur deorum numine, voluntate. Nam si hoc ita se non haberet, quomodo Hercules tam animosus esse potuisset, ut vel cum diis pugnaret* etc.

τ' ἂν ὡς τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκύταλον τίναξε χερσίν;
Ἀνίκ' ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς
Ἥρειδε Ποσειδᾶν.
Ἥρειδέν τέ μιν ἀργυρέῳ
Τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος. οὐδ' Ἀΐδας ἀκι-
νήταν ἔχε ῥάβδον,
Βρότεα σώματ' ἇ κατάγει
Κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν
Θνασκόντων. Ἀπό μοι λόγον
Τοῦτον, στόμα, ῥίψον·
Ἐπεὶ τόγε λοιδορῆσαι
Θεοὺς, ἐχθρὰ σοφία· καὶ
Τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν,

45. σκύταλον ex MSS. Bodl. reposuerunt Oxonienses pro vulgato σκυτάλην· quod esse debebat σκυτάλαν. et sic jam exhibuisse Aldum video. utrumque τὸ ῥόπαλον designat. 47. ἤρειδε Schmid. e suis emendavit. Vulgo ἴρειδε. Ald. ἤρηδε. At versu seq. ἤρει δὲ τέ μιν, ubi Romana statim emendationem habet lectionem. Ποσειδᾶν vulgg. Ποσειδᾶν Ald. Gott. Beck. recte. 48. ἀργυρῷ Schmid. intulit. ἀργυρέῳ Ald. Rom. et ceteræ edd. cum Pal. C. Bodl. γ. Aug. quod eodem redit, si contracte legas. Veteres autem contracte pronuntiarunt, non scripserunt. 50. Ἀείδας Bodl. C. 51. -νητον Bodl. γ. 52. σώματα Schmidius extulerat, quod metrum ita postulare credebat. ᾗ Bodl. γ. et v. 54. omnes Bodl. θνησκόντων.

47. Ποσειδᾶν ἤρειδέ μιν, *eum repulit, repressit.* Est, ut puto, petitum a lucta, in qua alter alterum ἐρείδει, *obnixus protrudere laborat et prosternere.* Diversum est ἐρείδειν (scil. ἑαυτὸν) εἴς τινα, κατά τινα.

50—59. οὐδ' Ἀΐδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον, etc. pro: καὶ Ἅδης ἐκίνει, ἀνέσχεν, ἀνέτεινεν. *et Pluto hastam intentavit in ipsum suam, qua ille animas ad Orcum ducere solet.* ῥάβδος de hasta, (nam ea utitur h. l. pugnando,) quæ nunc, ut sæpe, pro sceptro est, quo *ille* compellere umbras dicitur, ab aliis *Mercurius.* De Herculis descensu ad Cerberum auferendum malim intelligere, ne iterum ad Pylum redeat poeta, de quo jam actum erat v. 46. Variis modis potuit etiam hoc Herculis facinus a poetis tractari. βρότεα σώματα dixit, quæ Homerus εἴδωλα καμόντων.

57—59. Bene enodavit Schol. *narrare de diis turpia, accedit ad vesaniam:* similia illis Ol. i. 82. Refugit poeta

A. β'. K. ιε'.

Μανίαισιν ὑποκρέκει.
Μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοι-
αῦτ'. Ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν
Χωρὶς Ἀθανάτων. φέροις
Δὲ Πρωτογενείας
Ἄστει γλῶσσαν, ἴν', αἰολο-
βρόντα Διὸς αἴσᾳ,
Πύρρα Δευκαλίων τε, Παρ-
νασσοῦ καταβάντε,
Δόμον ἔθεντο πρῶτον· ἄτερ
Δ' εὐνᾶς, ὁμόδαμον
Κτησάσθαν λίθινον γόνον.
Λαοὶ δ' ὀνόμασθεν.
Ἔγειρ' ἐπέων σφὶν οἶμον
Λιγύν. αἴνει δὲ παλαιὸν
Μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων

67. *νάσους* Bodl. C. inepte. 70 *κτισάσθαν* aut, quod scribendum erat, *κτισσάσθαν*, defendit Schmidius pro *ἐκτισάσθην* a *κτίζειν*. Nec tamen id aliunde, quam, sive vitio, sive correctoris interpolatione, primum in Morell. et hinc in Steph. ortum videtur. Ald. Rom. et hinc aliæ *κτησόσθαν*, recte utique et ad metrum et ad sensum: *sibi compararunt*, monente etiam Pauw. Sic quoque MSS. Bodl. Aug. et Schol. cum Eustath. p. 23. extr. 72. *ἔγειρ' ἐπίων σφιν οἶμον λιγύν*. Sane *οἶμη*, *οἶμος*, proprie via, qua plectrum per fides oberrat: tum et cantus; et *ἐγείρειν ἀοιδήν*, *Μοῦσαν*, *λύραν*, obvia sunt. Elegans tamen est conjectura. Gedikii *οὖρον*, quod et Pyth. iv. 3. Nem. vi. 49. occurrit. Heinrichs conj. *αἶνον*. *ὅρμον* videtur habuisse in suo libro Schol. vetus: *τὸν τῶν ἐπίων λιμένα καθόρμισον εἰς τὸν ὕμνον τοῦτον*. 73. *λιγύν γ'* metri caussa scribere suadet Pauw, et v. seq. *οἰνόν γ'*. vide ad v. 16. 32.

a narratione numine indigna, pugna inter deos facta. *καυχᾶσθαι* pro *λέγειν*, at cum notione ostentationis, *σεμνύνεσθαι*, *placere sibi nimium in Herculis laude*. *παρὰ καιρὸν*, *παρὰ τὸ δέον*, *plus quam fas est*, sc. detrahendo deorum laudibus. *Κρέκειν* proprie lyricen, qui fides pulsat et sonum elicit, hinc *κρέκειν*, *sonare*: unde et fides *κρέκουσι*. nunc *ὑποκρέκειν*, *ὑπηχεῖν*, *succinere*, *respondere cantu*. Hæc forte Schol. dicere voluit.

72—74. Pedestre esset: molire, move carmen novi argumenti, quod genus carminum delectare solet. Om-

E. β'. K. ι'.

Νεωτέρων. Λέγοντι μὰν
Χθόνα μὲν καταπλύσαι μέλαιναν
Ὕδατος σθένος· ἀλλὰ Ζηνὸς
Τέχναις ἀνάπωσιν ἐξαίφνας
Ἄντλον ἔλειν. κείνων δ' ἔσσαν

75. μὰν Bodl. α. 78. ἄμπωτιν Ald. et hinc in marg. Rom. item Schol. ἀνάπωτιν August. ἀνάπωσιν Pal. A. B. ἄμπωσιν qui legant, teste Schmidio, non invenio. ἐξαίφνης codd. Bodl. 79. λαεῖν Palat. A. B. et Bodleiani, Scholion τοῦ ἰλεῖν.

nino Locrenses mythi non multum a poetis tractati esse videntur. Tum 75—79 narratio est, aquas obruisse solum; mox eas refluxisse iterum Jovis opera, numine. In 78. sq. puta subjectum esse τὸν ἄντλον, τὸ πλῆθος ὕδατος. has aquas ait ἰλεῖν ἄμπωτιν, *refluxisse*.

79. κείνων δ' ἔσσαν etc. Videamus primo, quid verba per se, et ordine suo constituta, suggerant. De *Opuntiorum majoribus* agitur. Dicuntur fuisse *Deucalion* et *Pyrrha*, aut ipsi, aut ex iis nati. At iidem sunt ἀρχᾶθεν κοῦροι φύτλας Ἰαπετιονίδος, κορᾶν τε φερτάτων Κρονιδᾶν. *origine tenus progenies stirpis Iapeti et filiarum primorum Cronidarum*. Hic hæremus. Deucalion et Pyrrha avum habuere Iapetum et Asiam: hi duxere ortum ab Oceano, et fuere inter Titanes. At enim, quomodo majores illi simul esse potuerint κοῦροι κορᾶν φερτάτων Κρονιδᾶν, *nati e filiabus primorum Cronidarum*, obscurum est. Primores Cronidæ sunt Jupiter, Neptunus, Pluto. Ex iis itaque filiæ natæ esse debuere, quæ matres erant factæ majorum Locrensium. Atqui has ignoramus. His tamen quomodo occurri possit, video: poetice pluralis pro singulari poni solet, dictumque adeo est nihil aliud, quam majores duxisse ab Iapeti stirpe, et ab una filia Jovis Saturnii. Atqui ignoratur etiam hæc. Tum vero nova et gravior difficultas oritur e temporis notatione: πρὶν—. Nam majores illi v. 79. a Deucalione et Pyrrha orti, debuere esse *ante Locrum*: πρὶν v. 85. Reponas: πρὶν absolute positum esse, *antea*, κατὰ τὸ πρίν, seu, ut Schol., κατὰ τὸ παλαιόν. Sic ipse aliquando tuebar locum. At enim parum proficias. Nam primo nimis abrupta esset oratio:—βασιλῆες αἰεί. Πρὶν Ὀλύμπιος ἀγεμὼν—μίχθη. Manet porro omnis reliqua difficultas *in filiabus* seu *Cronidarum* seu *unius Jovis*. Ad hoc πρὶν tanquam ad scopulum impacta omnis hæret interpretatio. Nam *inter Deucalionem et Locrum* non alii intercessisse feruntur quam *Opus et ejus filia* a Jove ad Locrum adducta: addas licet ex Schol. Amphictyonem, Deucalionis f., Locri patrem. Itaque in intervallo isto non esse potuere ἐγχώριοι βασιλῆες ἀεί. Multo minus assequi licet, quinam fuerint κοῦροι κορᾶν φερτάτων Κρονιδᾶν, seu φερτάτω Κρονιδᾶν, h. e. Διὸς, *ex filiabus Jovis nati*. nec prodest, si κόρας legeris: nam ne *una* quidem *Jovis filia* inter Deucalionem et Locrum fuisse memoratur. Opuntis autem filia et serior est, et ex Jove Locrum, non puellam, peperit.—Potest interpretatio sic institui, ut v. 81-84 tanquam *in medio posita* includantur, et πρὶν v. 85. referatur non ad βασιλῆες ἀεί, verum ad κείνων δ' ἔσσαν χαλκάσπι-

80 Χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι
'Αρχᾶθεν 'Ιαπετιονίδος
Φύτλας κοῦροι κορᾶν τε φερ-

82. Turbatissima hæc sunt et verbis et sensu, e vulgata lectione vix intemerata; multoque magis e Scholiis. Grammatici Protogeniam, Deucalionis et Pyrrhæ filiam, eandem esse volunt, quæ Locro nupta fuerit et a Jove compressa: sic etiam apud Schol. Apollonii lib. iv. extr. legitur. Ex Pindari mente Locrus, Deucalionis et Pyrrhæ filius, Locridem tenebat, quo parentes concesserant v. 68. Ad hunc Jupiter in matrimonium adduxit Opuntis ex Elide filiam, gravidam in Mænali recessu ex deo factam, unde prognatum puerum Locrus pro suo filio suscepit, et ab avo materno Opuntem appellavit. De Protogenia Pindarus nihil memorat, nisi quod v. 63. *Opuntem* Πρωτογενείας ἄσσυ dixit. Ab aliis illa commemorata est, tanquam Aëthlio nupta, e qua Endymion susceptus, qui Elidem tenuit et Epeo regnum reliquit, a quo Epei dicti. v. Pausan. v. 1. At in Pindaro obscura et impedita est oratio, quod majores Locrensium a Deucalione et Pyrrha orti origine stirpis Iapeticæ, iidemque e filiabus (nam κόραι non esse possunt *amicæ*, sed sunt *filiæ*: ut Musæ κόραι Διὸς) primorum e Cronidis orti dicuntur. Variis modis versavi et tentavi versus, ut ad fabulas vulgares sententiam accommodarem. v. Not. Emendabam quoque φερτάτῳ Κρονιδᾶν, pro φερτάτου, quo *Jupiter* est; et κόρας τε. At ignoratur non minus ejus *filia*, quam *filiæ*, quæ hic locum habere possit. Tum urget illud πρὶν, quod omnes modos emendandi et interpretandi turbat. Si scripseris κοῦροι κόραι τε φερτάτῳ Κρονιδᾶν. ὁ δ' Ὀλύμπιος—omnia sublata videas: at quam multa mutata! Ita redii ad ea, quæ in Notæ extrema parte posita sunt. 82. κορῶν Bodl. Cod. et α. In Aldina sic legitur: ὑ. πρόγονοι

δες ὑμέτεροι πρόγονοι: *orti ab illis fuere majores vestri, antequam Jupiter Opuntis filiam ad Locrum adduxit:* ut sic majorum memoratio ornetur: ἀρχᾶθεν κοῦροι 'Ιαπετιονίδος φύτλας κορᾶν τε φερτάτῳ Κρονιδᾶν, *viri ab Iapeto orti et a filiabus Jovis;* ut universe dicat: majores Epharmosti esse ortos a filiabus Jovis. At enim ignoratur, quinam inter majores hos sive e filiabus sive ex una filia Jovis nati fuerint. Nam Opuntis filia Opuntem filium peperit, non filiam. Esset, adeo statuendum, ignorari a nobis origines Locrorum, et inter Deucalionem et Locrum interesse potuisse plures generationes, in his ductas a Jovis filiabus seu filia. Nexus tamen verborum et sententiæ *filias Jovis cum Iapeti stirpe conjungit:* ἀρχᾶθεν 'Ιαπετιονίδος φύτλας κοῦροι κορᾶν τε φερτάτων (vel φερτάτῳ) Κρονιδᾶν. Iapetus Urani fuit filius, adeoque Uranidas expectes; Cronidæ locum non habent.—Ex his itaque colliga: Pindarum fabulam sequi a vulgari diversam nobisque minus notam *de puella, ex Iapeti stirpe, a Jove amata, e qua progenies fuit, quæ Locridem tenuit jam ante Deucalionem.* Sic omnia bene procedunt: v. 79. κείνων, *ab istis* (Deucalione et Pyrrha puta) *genus duxere majores vestri, origine prima illi ex Iapeti stirpe prognati, et a filiabus Jovis,* (potest esse dictum indefinite pro una, si non admittas κόρας τε) *indigenæ reges hujus regionis ante Locrum, patrem Opuntis adoptivum.* Hunc autem Locrum et Opuntem ad multo seriores, quam vulgo fit, annos detrusit; nam Opuntem facit æqualem Menœtio, Patrocli patri: 104. sq.

τάτων Κρονιδᾶν, ἐγ-
χώριοι βασιλῆες αἰεί.

Σ. γ'. Κ. ιε'.

Πρὶν Ὀλύμπιος ἀγεμὼν,
Τὰν παῖδ' ἀπὸ γᾶς Ἐπει-
ῶν Ὀποῦντος ἀναρπάσας, ἔπαλος
Μίχθη Μαιναλίαισιν ἐν
Δειραῖς, καὶ ἔνεικεν
Λοκρῷ, μὴ καθέλοι μιν αἰ-
ὼν, πότμον ἐφάψας,
Ὀρφανὸν γενεᾶς. Ἔχε
Δὲ σπέρμα μέγιστον
Ἄλοχος. εὐφράνθη τε ἰδὼν
Ἥρως θετὸν υἱὸν,
Μάτρως δ' ἐκάλεσσέ μιν
Ἰσώνυμον ἔμμεν,
Ὑπέρφατον ἄνδρα μορφᾷ
Τε καὶ ἔργοισι. πόλιν δ' ὤ-
πασεν λεών τε διαιτᾶν.

Α. γ'. Κ. ιε'.

Ἀφίκοντο δέ οἱ ξένοι,
Ἔκ τ' Ἄργεος, ἔκ τε Θη-

ἀρχᾶθεν, Ἰ. φύτλας, κοῦροι κουρᾶν ᾗ φιρτάτων Κρονιδᾶν. 86. Συγατίᾳ' ἀπὸ Ald. γᾶς MS. Bodl. et α. 87. Ὀπόεντος et ἐναρπάσας Ald. ἔκηλος Bodl. γ. 88. Μίχθε Schmidii commentum est, ut doricum sit pro ἐμίχθη. Scilicet ut μίχθεν pro ἐμίχθησαν. De hoc nemo dubitet; sec idem non fit aut fieri potest in singulari. Pauwius recipere ait Antispastum varietatem; seu, quod idem est, prima versus Glyconii regio Pyrrhichium, Iambum, Trochæum et Spondeum admittit. cf. Hephæst. p. 33. [91. In textu Heynius correxit ἐφάψαις.] 92. ἔσχεν Bodl. C. 97. Ἰσσώνυμον Rom. 98. ὑπέρβατον Schmidius ex Commelin. et Plantin. memorat, vitiose exaratum; sed vitium hoc jam in Stephanianis occurrit, et primum a Morellio venit. 100. λαόν τε emendat Pauw. v. ad v. 16. 32.

Ἐᾶν, ἰὼ Ἀρκάδες, οἱ δὲ καὶ Πισᾶται·
Υἷα δ' Ἄκτορος ἐξόχως
Τίμασεν ἐποίκων
Αἰγίνας τε Μενοίτιον.
Τοῦ παῖς, ἅμ' Ἀτρείδαις
Τεύθρανος πεδίον μολὼν,
Ἕστα σὺν Ἀχιλλεῖ
Μόνος, ὅτ' ἀλκᾶντας Δαναοὺς
Τρέψαις ἁλίαισιν
Πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν·
Ὥστ' ἐμφρονι δεῖξαι
Μαθεῖν Πατρόκλου βιατὰν
Νόον γ'. ἐξ οὗ Θέτιος γό-
νος οὐλίῳ μιν ἐν ἄρει

E. γ'. K. ι'.

Παραγορεῖτο, μήποτε
Σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι
Δαμασιμβρότου αἰχμᾶς. Εἴην

103. οἱ δ' Ἀ. Ald. Emendatum hoc statim in Rom. ἰὼ Ἀ. quod neglectum in edd. seqq.; post Cratandrinam revocavit Schmidius Canterum sequutus Nov. Lect. v. 27. Ferri tamen potest alterum οἱ δ', utpote in Phalæcio. Tum Bodl. C. Πισᾶτε. 108. Τεύθρανος Schmid. refinxit, ut respondeat antitheticis, usu Pindarico. Legitur ubique Τεύθραντος. 114. βιοτὰν Ald. βιατὴν Bodl. γ. Ex βιάω βιατὴς, ut ex βιάζω βιαστὴς, pro βίαιος. 115. γ' abest Ald. et Pal. trinis, binisque Bodl. male, si Pauwium audias. 116. νιν Ald. et Pal. C. οὐλοίῳ Pauw propter hypothesin v. 16. 32.

107. Spectant hæc de Patroclo narrata ad Antehomerica, copiosius exposita haud dubie in Cyprio carmine. Nonnulla inde colligas ex Tzetzæ Antehom. 269. sqq. ubi cf. Not.

119. seq. εἶην εὑρεσιεπὴς ἀναγεῖσθαι etc. Videtur sententia hæc esse: Possem procedere (ἠγεῖσθαι, ἀνηγεῖσθαι, *invehi* [*narrare*. N. x. 35. *Ex Schedis.*]) in digressione; *haberem quæ dicere possem; esset etiam ingenii audacia et vis.* [πρόσφορος pro φερόμενος, ἑπομένους. *Ex Schedis.*] At Aliud est quod ago: *Veni, adsum,* (ἦλθον) *ut commemorem plures victorias, quas Epharmostus cum Lampromacho* (fratre vel cognato) *consequutus est.* πρόξενίᾳ τ' ἀρετᾷ τε, *propter hospitis necessitudinem et præclaram virtutem victoris.* Currus Musarum, quo poeta fertur, lyricum inventum. cf. Pyth. x. 102. Nem. ix. 17. Isthm. ii. 3. viii. 134.

Εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι
Πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ·
Τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις
Ἔσποιτο. προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ
Τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαι-
σι Λαμπρομάχου μί-
τραις· ὅτ' ἀμφότεροι κράτησαν

Σ. δ'. Κ. ις'.

Μίαν ἔργον ἀν' ἁμέραν.
Ἄλλαι δὲ δύ' ἐν Κορίν-
θου πύλαις ἐγένοντ' ἔπειτα χάρμαι,
Ταὶ δὲ καὶ Νεμέας Ἐφαρ-
μόστῳ κατὰ κόλπον·
Ἄργει τ' ἔσχεθε κῦδος ἀν-
δρῶν. παῖς δ' ἐν Ἀθάναις.
Οἷον ἐν Μαραθῶνι, συ-
λαθεὶς ἀγενείων,
Μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων,
Ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν;
Φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ

120. Εὑρησιεπὴς statim Rom. recte. Ald. εὑρεσιεπὴς. sic et Schol. et MS. Bodl. εὑρεσιεπεῖς altera m. pr. 122. ἀμφιλαδὴς Crataud. δυναμία Plant. 124. τιμωρὸς legere mavult Pauw. Certe in τιμάορος est ao junctim uno sono efferendum. Tum Ἰσθμίαις τε leg. offert Pauw, ut copula accedat, qua cum superioribus hæc conjungantur. 129. Post χάρμαι interpunctionem mutavimus; est enim Ἐφαρμόστῳ statim ad ἄλλαι δὲ δύ' ἐγένοντο assumendum; nam de hoc solo nunc agitur. ταὶ δὲ καὶ, aliæ autem victoriæ ei contigerunt Nemeis: nec addit, duæne an plures. 132. ἔσχε tres Bodl. 134. οἷα Schmidius metri caussa pro οἷον δ'. quod ferri potest in Glyconio. Ex Pindari tamen usu retinui οἷον. 138. ὀξυρεπεῖ Ald.

[124. τιμάορος. *laudator*. ut 148. σύνδικος. *Ex Schedis.*]

[137. ἀργυρ. φιάλαις. Erat ἀγὼν χρηματίτης *Ex Schedis.*]

138. φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ ἀπατῶντι δαμάσσαις. δόλος ὀξυρεπὴς est simpl. ὀξὺς, et δόλος, *calliditas luctatoris.* Adjungitur alterum epitheton ἀπατῶντι. Licet conjectare ἀπτώς τε, *ipse non prostratus*, μὴ πεσών, ut et Schol. explicat. Sed doctius est, id ipsum in epitheton mutari, ut *ars* sit ἀπτώς.

Ἀπτῶτι δαμάσσαις,
Διήρχετο κύκλον ὅσσα
Βοᾷ, ὡραῖος ἐὼν καὶ
Καλὸς, κάλλιστά τε ῥέξαις ;

A. δ'. K. ις'.

Τὰ δὲ Παῤῥασίῳ στρατῷ
Θαυμαστὸς ἐὼν φάνη
Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυκαίου·
Καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν
Πελλάνᾳ φέρε. σύνδικος
Δ' αὐτῷ Ἰολάου
Τύμβος εἰναλία τ' Ἐλευσὶς ἀγλαΐαισιν.
Τὸ δὲ φυᾷ, κράτιστον ἅπαν.
Πολλοὶ δὲ διδακταῖς

139. δαμάσσας Schmid. ex Pal. A. B. vulgo δαμάσας, infestum metro. 143. Παρασίῳ Rom. et al. 145. Λυκίου Bodl. *a.* C. male. Distinctionem post φάνη sustuli, quæ totum locum obscurabat. Est enim : Τὰ δὲ (κατὰ δὲ τὰ πραχθέντα) ἀμφὶ πανάγυριν Ζηνὸς Λυκαίου (ἐν πανηγύρει, in Lycæis Pausan. viii. 2. et 38.) Θαυμαστὸς ἐὼν φάνη στρατῷ Παῤῥασίῳ, *populo Arcadiæ.* 150. εἰναλία γ' Rom. et Brub. At Ald. ἐναλία τ', unde correxit statim Ceporinus, ut nunc legitur. 151. ἀγλαΐαισιν. μέμικται τὸ δὲ Ald. et mox v. 155. ὦ. ἀνέσθαι. 152. κάρτιστον Schmidius refinxerat, sine caussa metro et hic metuens. Nova ab hoc versu procedit sententia. [Cf. Ol. ii. 154. Nem. iii. 69. *Ex Schedis.*]

143. Videndum, annon et hæc per exclamationem efferri præstet: ut inde a v. 134. οἷα δὲ pro ὡς, sic nunc τὰ δὲ (pro ἃ δὲ, h. ὡς)—Λυκαίου ; καὶ ψυχρᾶν ὁπότ'—φέρε ;

[147. φάρμακον αὐρᾶν Gilb. Wakefield bene illustrat Hipponacteo choliambo χλαῖναν, φάρμακον ῥίγους ap. Schol. Lycophr. 855. quæ Homero est ἀλεξάνεμος. (Silv. Part. i. p. 77.) *Ex Addendis.*]

[149. Cf. Isthm. v. 40. *Ex Schedis.*]

[151. ἀγλαΐαι. *decora. Ex Schedis.*]

152. sq. Victorem dicit a natura ad luctam esse factum, ideoque tot victorias esse consequutum. Usurpant versum rhetores, in his Libanius ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν (Reisk. to. iii. p. 364. 25), qui et laudat similes sententias Euripidis (Orest. 126. 7. add. Bacch. 317) et Sophoclis. Pergit v. 156 : *quod non est a natura profectum, melius siletur.* ἄνευ δὲ θεῶν,

Ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
Ὄρουσαν ἐλέσθαι.
Ἄνευ δὲ θεοῦ, σεσιγα-
μένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆ-
μ' ἕκαστον. Ἐντὶ γὰρ ἄλλαι.

E. δ'. K. ί'.

Ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι.
Μία δ' οὐχ ἅπαντας ἅμμε θρέψει
Μελέτα. σοφίαι μὰν αἰπει-
ναί. Τοῦτο δὲ προσφέρων ἆθλον,
Ὄρθιον ὄρυσαι θαρσέων,
Τόνδ' ἀνέρα δαίμονίως γεγάμεν
Εὔχειρα, δεξιόγυιον, ὁρῶν-
τ' ἀλκάν, Αἰάντεόν τε δαί-

156. ἄνευθε δὲ MS. Bodl. et Ald. 157. γ' omittunt MSS. Bodl. 158. μ' ἕκαστόν γ' emendat Pauw. vide v. 16. 32. 160. οὐκ vitiose Oxon. 161. μὰν MSS. Bodl. 163. ὄρουσαι Rom. Crat. Brud. Morell. Aldus tamen jam ediderat ὄρυσαι (ἀναβόησον), quod revocavit Steph. θαρσῶν Bodl. et α. 166. αἰάντειόντ' ἐν δαί- 167. τι Ald. αἰάντειόν γε δαί- 167. τί. Rom. et seqq. etiam Schmid.

σεσιγαμένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆμ' ἕκαστον, pro vulgari, οὐ σκαιόν ἐστι, σεσιγῆσθαι χρῆμα ἕκαστον οὐ σὺν θεῷ (γεγονὸς, ante v. 152. τὸ φυᾷ), h. e. *quem non natura finxit ad aliquam rem, tantum abest, ut is gloriam consequatur, ut potius turpiter se det; ut adeo præstet nihil de eo dicere.*— Pergit v. 158. *Nec vero omnes iisdem studiis vacare possunt:* ἐντὶ γὰρ ἄλλαι ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι, *alia studia* (in aliis rebus, ingenii dotibus accommodatiora) *fructuosiora sunt*; pro hoc dictum est: *alia via ulterius ducit progredientem, quam alia*, h. e. alter hoc studio, alter alio feliciores progressus facit. σοφίαι μὰν αἰπειναὶ, *at in arte aliqua excellere, difficile est,* αἰπεινόν ἐστι, σοφὸν εἶναι.

162. Nunc superius dicta ad victorem transfert: qui insignia præsidia ad luctam a natura habuit. προσφέρων (σὲ πρὸς τὸ) ἆθλον τοῦτο h. προσφερόμενος, προσελθών.—δαιμονίως, σὺν δαίμονι, εὐφυῶς. Puta autem poetam aut se alloqui, ut interdum facit, aut choro præcipere. Ultimos versus 166, 7. ita accipe: Victorem Olympia reducem ex more victorum sollenni sacra fecisse heroi indigeti, Ajaci Oilei f., et coronam deo consecrasse. Nisi dicas, simpliciter verba esse interpretanda: *qui victoriam Olympicam adeptus heroem indigetem novo decore ornavit.* Nam victores honorem et decus afferunt, ut patriæ, ita et diis patriis. Verum in hunc sensum oratio esset paullo ambitiosior et ornamentis oneratior.

Ϟ' ὃς Οἰλιάδα νι-
κῶν ἐπεστεφάνωσε βωμόν.

αἰάντιόν τε Pal. A. αἰάντιόν γε Pal. B. quod Oxonienses receperunt, vix tamen dignum, in quo quicquam novarent. Gravius erat mendum, quod ubique legitur in altero versu -τι ὅς τ', quod metri caussa Schmidius mutavit in Ϟ' ὅς O. Pauw offert de suo: Ϟ' ὅς τ' vel Αἰάντειόν τε δαί- Ϟ' ὅς O. Porro Ἰλιάδα Ald. Rom. et rel. errore sollenni. Commelin. Ὀϊλιάδα, quod metrum respuit. Sed Οἰλιάδα, quod Schol. recent. diserte exhibent, recte Schmidius vulgavit: ὃς νικῶν ἐπεστεφάνωσε βωμὸν Αἰάντιον Οἰλιάδα (pro Οἰλιάδου, v. Schol. recent.) δαιτὶ, h. e. ἐν δαιτὶ, *inter epulas sollennes coronavit aram.*

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ί.

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩ ΛΟΚΡΩ ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΩ,

ΠΥΚΤΗ.

ARGUMENTUM.

Ex promisso quod dudum debitum erat, id nunc se persolvere ait poeta et victori et urbi Locrorum — 19. et ipsi aliptæ Ilæ, a quo confirmatus erat Agesidamus victor inter pueros, ne succumberet — 27. Transit poeta paullo abruptius ad ludos ab Hercule Olympiæ institutos, victis Molionidis, mox et Augea Elidis rege. Memorantur victores in his ludis — 93. Ad horum ludorum exemplum celebratur Jupiter in carminibus in victorum honorem cani solitis; etiam in præsenti carmine, quod victoris et Locrorum laudem celebrat — ad f.

Σ. α'. Κ. ή'.

ΤΟΝ 'Ολυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι
'Αρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς

'Αγησιδάμῳ Λ. Ε. addunt Ald. et Bodl. β. γ. 'Αρχεστράτου παιδί. Victor pugilatu Ol. 74.

Fuit Agesidamus victor pugilatu ἐν παισὶν, ut constat 21. seq. 1—8. *Non animo excidit victor Agesidamus; inscriptum animi tabulis est ejus nomen. Vos, Musa et Veritas, avertite a me opprobrium promissi erga hospitem non servati:* ἐνιπὴν, h. e. ὄνειδος, ψευδέων, τοῦ ψεύδους, quatenus fallit fidem datam. Tum ἰρύκετον ὀρθῷ χέρι, δικαίῳ.

Ἐμᾶς γέγραπται. γλυκὺ γὰρ αὐτῷ
Μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθ'. Ὦ
Μοῖσ', ἀλλὰ σὺ, καὶ θυγάτηρ
Ἀλάθεια Διὸς,
Ὀρθᾷ χερὶ ἐρύκετον ψευδέων
Ἐνιπὰν ἀλιτόξενον.

A. α'. K. η'.

Ἔκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος
Ἀμὸν κατήσχυνε βαθὺ χρέος.
Ὅμως δὲ λῦσαι δυνατὸς ὀξεῖ-
αν ἐπιμομφὰν ὁ τόκος ἀνδρῶν.
Νῦν, ψᾶφον ἑλισσομέναν
Ὅπα κῦμα κατα-
κλύσσει ῥέον· ὅπα τε κοινὸν λόγον
Φίλαν τίσομεν ἐς χάριν.

E. ά. K. ϑ'.

Νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλιν Λοκρῶν

3. ἐμᾶς. Putabat Mingarellus p. 25. legendum esse ἀμᾶς priore longa propter 36. 53. 61. 78. Atqui 11. 28. manum retinent.— 4. ἐπιλέλαθα Bodl. γ. 7. Mingarell. eleganter conj. ψευδίων—ἀλιτοξένων. 9. ὑπελθὼν Aug. nec hoc male. 10. ἐμὸν κατισχύνει Ald. emendatum in Rom. Wakefield Silv. Crit. P. i. p. 14. emendat βραδὺ χρέος ingeniose. At βαθὺ familiare pro μέγα. ut βαθὺ κλέος Ol. vii. 98. ἰσθλὸν Ol. xii. 17. et al. 12. ὁ abest Ald. et τόκος θνατῶν cum Pal. C. 14. Fuit olim ὅπου et ὅπις apud Schol. vet. Male interrogando hæc efferebantur; est ὅπα, non πᾶ. Subintell. Νῦν σκοπεῖν δεῖ, ὅπα. aut simile quid. 15. κατακλύσσει Edd. vett. usque ad Morell. et Steph. pr. in quibus κατακλύζει. iterum antiquam revocavit Stephan. altera cum seqq. reliquæ variant. κατακλύσει Palat. tres et Aug. cum gl. καλύψει, quam et recent. Schol. habent; male. Est *alluendo propellet, volvet.* 17. Νέμει ἀτρέκειαν πό-

9. ὁ μέλλων (ab eo inde tempore ἰσόμενος, *procedens*) χρόνος, ἔκαθεν ἐπελθὼν, *quod longo inde spatio effluxit,* κατήσχυνε χρέος, h. e. ἤλεγξεν ἐμὲ χρέος ὀφείλοντα, *redarguit me debiti non persoluti.*

12. *Nunc videndum est, quid primum carmine victori et urbi consecrato attingendum sit.* κοινὸν λόγον, *communem utrique laudem,* hymnum, ut Ol. vii. 38. 39. ξυνὸν λόγον.

Ζεφυρίων· μέλει τέ σφισι Καλλιόπα,
Καὶ χάλκεος Ἄρης. Τράπε δὲ Κυκνεία
Μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα· πύκτας
Δ' ἐν Ὀλυμπιάδι νικῶν Ἴλᾳ φερέτω χάριν
Ἀγησίδαμος, ὡς Ἀχιλεῖ Πάτροκλος.
Θήξας δέ νε φύντ' ἀρετᾷ ποτὶ
Πελώριον ὥρμασε κλέος ἀ-
νὴρ θεοῦ σὺν παλάμᾳ.

Σ. β'. Κ. η'.

Ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες.
Ἔργον πρὸ πάντων βιότῳ φάος.

λις Λοκρῶν Pal. C. ἀτρέκειαν etiam Ald. At unus ex Schol. νέμει γὰρ ἀ τραχεῖα πόλις Λ. (sc. τὴν χάριν ἀπονέμει) legit; nam ait: τραχεῖα δὲ εἰκότως ἂν λέγοιτο, λοφώδης οὖσα καὶ ἐπιθαλασσίδιος. αὐτὸς γάρ φησιν· οἵ τ' ἀργίλοφον πὰρ Ζεφύριο κολώναν —καίπερ τραχεῖα οὖσα, εὐνομεῖται. Præstat vero vulgaris lectio. 18. ἐπὶ Ζεφυρίων Ald. [19. In textu Heynius correxit Κύκνεια "ut ἄ sit."] 21. Ἰόλᾳ Ald. et Pal. C. item unus ex Schol. Ἴλᾳ Rom. et seqq. quod et ipsum in Schol. item Ἴλλᾳ, quod et Crat. in marg. Erat Ilas Agesidami ἀλείπτης seu magister. 22. Ἀχιλεῖ recte scripsit Schmid. cum Pal. C. metri gratia. Vulgo Ἀχιλλεῖ. 23. Erat antea φῶντ' vel φῶστ', a φὼς, pro ἀνήρ. φύντ' ἀ. h. αὐτὸν φύντα πρὸς ἀρετὴν, vetus Scholiastes legerat, *cum ipse indole egregia uteretur, ad virtutem esset natus*, haud dubie elegantius. Cratander idem in margine habet, ex Scholiis. 27. Legebatur ἔργων. sic sensus saltem erat: *Victoriam sine labore pauci consequuti sunt, quæ quidem satis illustris sit*; φάος βιότῳ, (vel βιότω, ut vett. edd. quas Morell. et

19. *Nec Ilæ memoratio abesto, qui puerum, jam fere victum, quod et Herculi accidit, ut victor evaderet, hortatu confirmavit, eique adfuit; ut Achilli Patroclus.* De *Herculis* pugna cum Cycno diversa narrat Hesiodus. At noster sequutus esse videtur Stesichorum, ut ex Schol. colligo. Fuit inter Stesichori carmina *Cycnus. Patroclus* autem adfuit Achilli in pugna cum Telepho: sup. ix. 107. confirmatus, ut ex h. l. patet, ab eo, ne cum ceteris Achivis fugeret. Debuit et hoc in Antehomericis expositum esse.

23. φύντ' ἀρετᾷ, πρὸς ἀρετὴν, ex sollenni Pindari sententia, φυᾷ, natura aliquem, etiam ad certamina, factum esse debere: v. c. P. viii. 62. et sup. Ol. ix. 52. Tum h. l. de *puero* victore agitur; alienum adeo φὼς, ἀνήρ. Hæsi in τᾷ κε, quod alienum est a sententia, si ad solum Agesidamum refertur. Potest substitui γε. Verum poeta putandus est, quod non videram, per sententiam communem extulisse; ὥρμασέ κε dictum pro ὁρμήσαι ἂν, ὁρμᾷν δύναιτο ἄν.

27. Nondum vidi melius, quam quod posui in Var. Lect. Obtigerant victori adversarii validi, nec multum abfuerat, quin victoria exciderent. *Paucis* (quos æquus amavit Jupiter) *obtingit hoc, ut*

Ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀεῖσαι
Θέμιτες ὧρσαν Διὸς, ὃν ἀρχαί-
ῳ σάματι πὰρ Πέλοπος
Βίᾳ Ἡρακλέος
Ἐκτίσσατο, ἐπεὶ Ποσειδάνιον
Πέφνε Κτέατον ἀμύμονα,

A. β'. K. η'.

Πέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Αὐγέαν λάτριον

Steph. primæ deseruere) ἔργων πρὸ πάντων, *lux, decus vitæ præ omnibus facinoribus.* Impediti aliquid his inesse facile sentis. Bodl. C. ἔργῳ, *facto præclaro præ omnibus lux ornamentum vitæ*; quod placet Oxoniensibus, displicet Pauwio. Equidem sic acciperem, ut ἔργῳ esset pro ἐν ἔργῳ, διὰ ἔργου. per *victoriam* vitæ splendor summus accedit. Aldus ediderat: ἔργον π. π. Hoc recepi: donec melius quid allatum fuerit. Ita ἔργον opponitur alteri, χάρμα ἄπονον, et est, *certamen cum labore et ærumna susceptum*: id vero certamen *vitæ decus, seu gloriosum est præ omnibus certaminibus.* Aut si quis universe sententiam efferre malit: *Successus sine labore paucis contigit: at labore partus præ omnibus decus est vitæ*, h. is demum præclarus et illustris est. Sane πρὸ πάντων jejunum esse videtur, sive sit neutrius, sive a πάντες. Suspicabar, ἔργον πρόφαντον olim scriptum fuisse: altera tamen ex parte ἔργον, *victoria* cum labore, *illustre vitæ decus* est. Vetus quoque Schol. ita legit et accipit: ἡ δὲ νίκη τῷ βίῳ αὐτῶν ἐστι φάος. Potest quoque uterque versus in unam sententiam contrahi, quod Beckium sequi video: ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες ἔργων πρὸ πάντων βιότῳ φάος. Quæ tamen non minus dura sunt. 28. ἐξάριθμον unus ex vett. Schol. legisse videri potest: ὅν τινα ἀγῶνα· ἐξ βωμῶν ἀριθμὸν ἔχοντα sc. xii. deorum. Sed perperam et invito metro. Quod vero Schmidius addit, etiam Aldum et Pal. C. ita legere, non inspexit Aldinam, in qua hic recte legitur: ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀ. sed mox post πὰρ Πέλοπος pergit Aldus: βωμὸν ἐξάριθμον Ἡρακλέης, haud dubie ex Scholio interpolato textu. 29. Θέμιτες codd. Aug. Gott. omnes vett. edd. et ipsa Schmidiana, Dorice pro Θέμιστες: quod cur Oxonienses in Θέμιδες, quod vulgare est, mutarint, non assequor. Θέμιτος prima Steph. vitiose, et hinc aliæ. Est autem pro Θέμις et hoc pro Θεσμὸς, festi lex. 31. Ἡρακλίως Bodl. C. 32. ἐκτίσσατο Schmidius correxit ex Ald. et Pal. B. vulgo ἐκτίσατο. Ποσειδώνιον male pars Bodl. ut mox, Κλεωνῶν. et sic toties commune pro exquisitiore Dorico libri illi infimæ notæ refinxerunt, ut monere pigeat. Itaque in posterum talia non attingam, nisi ubi alia caussa accesserit. Displicet hiatus. An fuit—σσατ' ἐπεὶ Π.

victoriam ἀκονιτὶ consequantur. Altera vero ex parte *victoria ea demum vitæ decus affert, quæ cum labore conjuncta fuit.* ἔργον est *certamen*, h. l. σὺν πόνῳ vi oppositi. πρὸ πάντων, *ante omnes alios.* Est adeo id. q. Ol. xi. 4. εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσει.

33. Cteatum et Eurytum, Moliones filios e Neptuno: v. Apollodor. ii. 7. 3. p. 150. et ibi Not. p. 450. sq. Paus. v. 2.

Ἀέκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον
Πράσσοιτο. λόχμαισι δὲ δοκεύσας
Ὑπὸ Κλεωνᾶν δάμασε κἀπείνους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ·
Ὅτι πρόσθε ποτὲ
Τιρύνθιον ἔπερσαν αὐτῷ στρατὸν,
Μυχοῖς ἄμενον Ἀλιδος,

E. β'. K. ϑ'.

Μολίονες ὑπερφίαλοι. Καὶ μὰν
Ξεναπάτας Ἐπειῶν βασιλεὺς, ὄπιθεν
Οὐ πολλὸν, ἴδε πατρίδα πολυκτέανον
Ὑπὸ στερεῷ πυρὶ πλαγαῖς τε σιδάρου
Βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἅτας ἴζοισαν ἐὰν πόλιν.

35. ἀέκονθ' Ald. recte. Hoc enim antiquum est: binis syllabis pronuntiandum. [In textu Heynius correxit Ἄκονθ'.] 41. μυχοῖσιν vitiose Morell. et Steph. Porro ἄμενον revocavi ex Ald. et Pal. B. cum tribus Bodl. Gott. Aug. et ἥμενον Pal. C. *sedentem, commorantem.* Romana: ἄμμενον, tanquam ab ἅπτω, *nexum hærentem*, ἐφημμένον, *qui penetraverat in interiora Elidis.* Ita vero ἀμμένον erat scribendum. [Probat Hermann. de Dial. Pind. p. xii. *Ex Schedis.*] Possis suspicari, vitium inesse et fuisse ἄμενοι — Μολίονες. nam *hi in insidiis latuerant.* At vero non satis convenit quod adjectum est μυχοῖς Ἀλιδος. Dicimus itaque, Herculis copias *insedisse tum loca Elidis;* nec in poeta urgenda est vox μυχοῖς; est nihil amplius quam, *copias Elidem esse ingressas.* 42. Noluit ergo Pindarus, metro forte vetante, cum Homero Il. λ. 749. Μολίονε scribere? ut nec Ibycus apud Athenæum ii. p. 58. A. 43. ὄπισθεν — et mox ἴδεν Ald. emendatum in Rom. Hactenus sufficiat etiam talia ex Aldina notasse, unde declarari possit illud, quod in præfatione posui: Pindari, quem nunc habemus, fundum esse editionem Romanam, quæ vitia Aldinæ, prosodica inprimis, ad metricam legem correxit. Nunc quidem, ubi semel ea de re constiterit, emendatiore textu recte uti præstat, quam ejusmodi librariorum allucinationes iterum enotare. 45. ὑπὸ στερεῷ πυρί. Videri potest epitheton ad σίδηρον spectare; sic legendum esset per hyperbaton dictum στερεῶ — σιδάρω. Verum πῦρ στερεὸν est *indomitus ignis.* Convenit πυρὸς μένος.

35. Molestum est ὑπέρβιον, ut ad Αὐγίαν retrahatur. μισθὸς ὑπέρβιος esset *ingens.* Melius ipse Hercules esset ὑπέρβιος.

[46. ὀχιτὸς pro ῥεῦμα, βίνθος. *Ex Schedis.*]

Νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀποθέσθ' ἄπορον.
Καπεῖνος ἀβουλίᾳ, ὕστατος
Ἁλώσιος ἀντήσας, θάνατον
Αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν.

Σ. γ'. Κ. ή.

Ὁ δ' ἄρ' ἐν Πίσᾳ ἕλσας ὅλον τε στρατὸν
Λειάν τε πᾶσαν Διὸς ἄλκιμος
Υἱὸς σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος
Πατρὶ μεγίστῳ· περὶ δὲ πάξαις
Ἄλτιν μὲν ὅγ' ἐν καθαρῷ
Διέκρινε. τὸ δὲ
Κύκλῳ πέδον ἔθηκε δόρπου λύσιν,
Τιμάσας πόρον Ἀλφεοῦ

A. γ'. Κ. ή.

Μετὰ δώδεκ' ἀνάκτων θεῶν, καὶ πάγον

48. ἀβουλίαις Ald. et Pal. C. cum Schol. Vet. sed contra metrum. 51. ἕλσας scribunt vett. edd. ἕλσας dicunt esse pro ἐλάσας. Enimvero dicendum sic: ἕλω et ἕλω fuisse antiquas formas, unde et εἷλον superest. Inde invaluit εἱλέω. 55. Ἅλιν Pal. B. et sic scriptum olim fuit in multis, ut ex Scholiis apparet, ut etiam Aristodemus illud emendare necesse habuerit Ἄλτιν. Mirum est, ita turbari potuisse in hac voce. Veram scripturam agnoscit Pausan. v. 10. ubi h. l. respicit. Ἄλτις nomen luci proprium, pro ἄλσος, quod etiam ἄλσις esse debuit; hujus luci ambitum Hercules dimensus est et septo inclusum secrevit in loco patenti, hoc enim est ἐν καθαρῷ. nolim ad loci sacri religionem referre cum Schol. et Pauwio. 57. Κ. δάπεδον Ald.

47. *Contentionem cum fortioribus semel susceptam difficile est finire;* cum ii semel provocati non nisi vindictæ cupiditate expleta discedant. Eadem sententia Nem. x. 135. χαλεπὰ δ' ἔριδι ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.

48. Nescio an præstet ὕστατος ἁλώσιος disjungere et ἀντήσας per se positum accipere, ἀντήσας (τοῦ Ἡρακλέος) θάνατον αἰπὺν, *gravem*, οὐκ ἐξέφυγεν.

Ad 51. cf. O. ii. 5. sq. iii. 20. sq.

54. περικτίσας διεκρίνατο, τέμενος ἐποιήσατο. Nam lucum serius plantavit Hercules ab Hyperboreis redux sup. iii. 24. unde ἐν καθαρῷ, *loco tum aprico, nudo et vacuo.*

56. τὸ δὲ κύκλῳ πέδον. Inf. 92. τίμενος. *Intra Altin fecit esse, constituit, locu epulis sacris:* δόρπου λύσιν, h. e. aut δόρπον λύοντα τοὺς πανηγυρίζοντας, *solventem curis animos*, aut κατάλυσιν εἰς δόρπον, ἐν δόρπῳ, hospitium epularum habendarum. Epulæ autem ipsa sacra comitantur. conf. inf. 92, 93. Sacrum fit Alpheo fl. cum xii. diis.

Κρόνου προσεφθέγξατο· πρόσθε γὰρ
Νώνυμνος, ἅς Οἰνόμαος ἄρχε,
Βρέχετο πολλᾷ νιφάδι. Ταύτᾳ
Δ' ἐν πρωτογόνῳ τελετᾷ
Παρέσταν μὲν ἄρα
Μοῖραι σχεδὸν, ὅ τ' ἐξελέγχων μόνος
Ἀλάθειαν ἐτήτυμον

E. γ'. K. ϑ'.

Χρόνος. τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω
Κατέφρασεν, ὅπα τὰν πολέμοιο δόσιν

61. *νώνυμνος* Schol. recent. cum Pal. A. et MS. Bodl. qui exponit *ἄνευ ὕμνου*, et Aug. Alius in iisdem Scholiis *νώνυμνον* legit, unde Aldinum forte fluxit *νώνυμον*, ut jungatur, *βρέχετο νώνυμνον*, pro *νωνύμνως*. Media ea in voce saltem est producenda syllaba. 62. *πολλὰ* Ald. 67. *τὸ δὲ ἀφανὲς* ex Schol. unus legit. Aldus: *τὸ δ' ἐς ἀφανὲς ἰὼν πρόσω* quæ singula metri lex redarguit. Paullo durior omnino est hujus loci oratio: melius tamen ad Χρόνον, quam ad Herculem referas. 68. *κατίφρασέν γ', ὅπα* vel *κατέφρασεν, χ' ὅπα* pro *καὶ ὅπη*, emendat Pauwius, ut metrum fulciat. Idem pluribus locis tentatum; nescio an satis ex rei necessitate. Nam ultima tonum habens, in primis sequente adspiratione, produci potuit, etsi natura brevis esset. Ut interrogationi locus esset, ex alterius Scholiastæ sententia, deberent esse *πῇ* et *πῶς*. Possis suspicari fuisse,

61. *ἅς* per *ἕως* declaratum est a Schol. vet. et ab Hesychio: v. Koen. ad Gregor. p. 81. add. Brunck. ad Aristophan. 173. Supplendum est *ἐφ' ἧς ἡμέρας*. Ex *ἀὲς* ducebat Schneider Fragm. Pind. p. 100. cxlii. Dictum autem, *quamdiu Œnomaus regebat*, omnino puta, pro, *antiquo tempore*.

62. Ταύτᾳ δ' ἐν — Lyrica vis in seqq. inest admirabilis; consecrandæ Alti adstitere Μοῖραι et Χρόνος: quandoquidem *fatale* erat institutum et *per longum tempus* duraturum. Omnino Μοίραις Pindarus ingeniose utitur. Supra nascenti Iamo vati adstiterant Ilithyia et Mœræ Ol. vi. 71, 72. cf. Nem. vii. 1. Idem Τύχην inter Mœras retulerat in deperdito carmine. v. Paus. vii. 26. p. 591. Fuit enim Hymnus ejus in Fortunam, quantum intelligo ex eod. iv. 30. extr. Χρόνος ὁ ἐξελέγχων ἅπαντα, quod sup. Ol. i. 53. Ἀμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρας σοφώτατοι.

67. τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω κατέφρασεν sc. ὁ Χρόνος, ὅπα. *tempus procedens obscurari non passum est*, sed servavit memoriam posteritas, *quo loco, præda divisa, e manubiis Hercules litaverit et quomodo ludos instituerit.* probavit nunc serius *tempus eventu, vere fata sic statuisse.* Ex Schedis. τὰ ἀκροθίνια sunt h. l. δόσις ἀκρόθις, nisi pro τὰ ἀκροθίνια dictum esse contendas. Par hæsitatio in Ol. ii. 7. Ὀλυμπιάδα — ἀκρόθινα, quod et per appositionem τὰ ἀκρόθινα, pro ἀκροθίνια, et τὴν ἀκρόθινα, accipi potest. Deficiunt nos exempla usus utriusque formæ. Potest κατέφρασεν accipi pro καταφράζει, τοῦτο σαφῶς, ὅπα, *servat memoriam posterum tempus, docet adhuc, servata rei memoria.*

Ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε, καὶ πενταετηρίδ' ὅπως ἄρα ἔστασεν ἑορτὰν,
Ἐν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ νικαφορίαισί τε.
Τίς δὴ ποταίνιόν γε λάχε στέφανον
Χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρμασιν,
Ἀγώνιον ἐν δόξᾳ θέμενος
Εὖχος, ἔργῳ καθελών;

Σ. δ'. Κ. ή'.

Στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύτονον,
Ποσσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός· ἦκεν δὲ Μιδέαθεν
Στρατὸν ἐλαύνων. ὁ δὲ πάλᾳ κυδαίνων Ἔχεμος Τέγεαν.
Δόρυκλος δὲ τέλος
Πυγμᾶς φέρε, Τίρυνθα ναίων πόλιν.
Ἀν' ἵπποισι δὲ τέτρασιν

Α. δ'. Κ. ή.

Ἀπὸ Μαντινέας Σᾶμος ἠείδετο.

κατάφρασον, ut Tempus alloquatur, aut se, aut Musam. [Distingue post κατέφρασεν. Nunc nova sententia. *Ex Schedis.*] πολέμου δὲ major pars Bodl. et sic Rom. ed. cum seqq. πολέμοιο ex Ald. tacite revocavit Schmid. De interpunctione in seqq. v. Notam. 70. ἄρ' ἔστασεν Ald. Malim hiatum tolli: ἄρα γ' ἔστασεν. 17. σὺν Ὀ. Pal. C. πρῶτα Morell. exaravit, ethinc Steph. 72. ποταίνιον ἔλαχε Ald. [In textu Heynius correxit ποταίνιον ἔλαχε, et 71. extr. posuit signum interrogandi.] et mox ποσί τε καὶ ἅρματι, hoc cum Pal. C. et ἐνδόξαν. 76. εὐθύτονον Ald. Rom. cum edd. ante Schmidium, qui εὐθύδρομον reposuit, quantum quidem video, ex ingenio; scilicet perperam de metro sollicitus; neque vero, si ex libro habuit, aliud quid illud est, quam interpretamentum τοῦ εὐθύτονον, τὸ μὴ ἔχον καμπὴν στάδιον; ut bene Schol. in quo ἐπ' εὐθείας, κατ' εὐθεῖαν, redditur. 82. primam in Τίρυνθα corripi notabile est. 83. ἐν 7. Morell. et Steph. et hinc reliquæ edd. 84. ἀπὸ M. pro ὁ ἀπὸ Μαντινέας. σᾶμ' Ἀλιῤῥοθίου lectio erat Ald.

72. *Age quis*—ἀγώνιον θέμενος εὖχος, consequutus victoriam certaminis, ἐν δόξᾳ, ἐνδόξως, *gloriose*, σὺν δόξᾳ, ἔργῳ καθελὼν, *certamine, pugilatu, adversarium prosternens*, h. e. superans. Meliorem interpretationem petii a meliore interpunctione. Nam vulgatum erat:—ἅρμασιν ἀγώνιον, ἐν δόξᾳ θέμενος, εὖχος ἔργῳ καθελών.

Κᾷκοντι Φράστωρ ἔλασε σκοπόν.
Μᾶκος δ' Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ,
Χέρα κυκλώσαις, ὑπὲρ ἅπαντας,
Καὶ συμμαχίᾳ θόρυβον
Παραίθυξε μέγαν.
Ἐν δ' ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος
Σελάνας ἐρατὸν φάος.

E. δ'. K. θ'.

Ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖ-

Rom. et reliquarum edd. adversus metro. Neque aliter Scholia: in quibus tantum dubitatur, sitne pro σῆμα Ἁλιῤῥοδίου h. σημεῖον καὶ δόξα Α. an Σᾶμ' Α. aut, ut alii, Σᾶμος Α. ut Semus sit Mantineus, victor. Semum autem Mantineensem curru, vicisse, versu ex Theseide, quæ Diphilo hic adscribitur, declaratur: Τρίψας δὲ πώλους, ὡς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος, Ὃς πρῶτος ἅρματ' ἦλασεν παρ' Ἀλφειῷ. ita legendus ille locus in Schol. Sed hunc Semum Halirrhothii filium fuisse aliunde non constabat; nec Halirrhothius, Neptuni f. Herculis tempore vixerat. Scilicet in versu Hesiodi, quo de Halirrhothio, Perieris et Alcyones filio, egerat: Ἧτοι ὁ μὲν Σῆρον καὶ Ἀλάζυγον, υἱέας ἐσθλούς, alii Σῆμον legerant. Didymus autem ἁλιῤῥόθιον Neptunum dictum prodiderat a movendis fluctibus; Mantineam vero Neptuno sacram adeoque *Neptuniam* esse, Bacchylidæ auctoritate statuerat: Ποσειδώνιον ὡς μάντιν εἰς (leg. Ποσειδάνιον, ὡς Μαντινεῖς,) τριόδοντα χαλκοδαιδάλοισιν ἐν ἀσπίσι φορεῦντες, h. *tridentem in clypeis habentes, Mantineensium more.* Mirum est, Grammaticos non vidisse, omnia hæc adversari metro; saltem ἁλιῤῥόθου scribendum erat. Schmidius ex Pal. A. et B. adde Aug. reposuerat: Σᾶμος ἠείδετο: pro quo Oxonienses dederunt Σ. ἀείδετο, nescio an ex Bodl. MS. sed alterum magis erat metro consentaneum. Pauw nova voce audacissime conjicit, fuisse a Pindaro proditum: Σᾶμος ἁλιῤῥοθεῖ, *curru incedens strepitum ciet.* Sed omnes illas turbas videtur dedisse glossa ad Σᾶμος adscripta, qua eum Halirrhothii filium fuisse notatum fuerat. 85. Κᾷκοντι Schmidius ex Pal. A. B. Ἄκοντι Φράστωρ δ' ἔλασε Rom. et rel. Ald. Ἄκοντι δὲ Φ. ἔ. 86. Ordinem verborum vulgarem mutaverat in Πέτρῳ δ' Ἐνικεὺς ἔδικε μᾶκος Schmidius, nec apparet, qua de caussa. μᾶκος (ἐς μῆκος) ἔδικε (σὺν) πέτρῳ pro ἔδικε πέτρον. Sic ἢ οἴῳ (δίσκῳ) Φαίηκες ἐδίσκιον Ol. θ. 188. Ἐνικεὺς conjicit Pauw, quod notius nomen sit et mensura certius. 87. Χέρα κυκλώσαις. Ap. Homer. Ol. θ. 189. τὸν ῥα περισταίψας (sc. χειρί). putes et hic esse χειρὶ κ. Verum exquisitius est χέρα κυκλώσαις. ἁπάντων Ald. et Pal. C. 89. παραίθηξε, a παραθήγειν, primum editum a Morell. hinc a Steph. et sic vet. Schol. Sed παραίθυξε, quod multo præstantius est, ab αἰθύσσειν, *fulgere et cum fulgore movere*, recte Schmidius revocavit: παρεκίνησε. Supra vocem vidimus neutraliter positam vii. 175. et P. i. 169. et eo alludunt Ald. παραίθυζε, Rom. παραίθηξε, quod sequitur Brubach. et Pal. A. παράθυξε. At Cratander emen-

σι θαλίαις τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.
Ἀρχαῖς δὲ πρωτέραις ἑπόμενοι καὶ νῦν,
Ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου,
Κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βέλος,
Ὀρσικτύπου Διός γ' ἐν ἅπαντι κράτει
Αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα.
Χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς κάλαμον

datam exhibet lectionem, quæ et in Schol. recent. occurrit. [Comparat Huschke Anal. crit. p. 33. Horat. i. 4. 5. minus commode. *Ex Schedis.*] 94. *ἀρχαῖσι* sphalma primum in Morell. inde in Steph. illatum. [In textu Heynius correxit *καὶ νυν.*] 95. Primum in interpretatione difficultas inest; de qua vid. Notam. Tum adversus metrum pugnat versus in voc. *χάριν* sequente *νίκης*. Pauw emendat Χάρι, ut Gratiam alloquatur: Ἐπωνυμίαν, Χάρι, νίκας ἀγερώχου Κελαδησόμεθα, id est *νίκην ἐπώνυμον*. Non satis placet, et a Codd. auxilium expectandum censeo: videtur enim vox excidisse, et in ejus sedem glossa venisse, quæ ad *νίκας* adscripta erat. Suspicabar *εὖχους* illud fuisse. Nam *τὸ εὖχος* pro *νίκη*, a nostro frequentatur. Beckius pro *χάριν* in ipso contexto *ἄγε* edidit. [In Sch. fere accipitur pro *εἰς χάριν*. *Ex Schedis.*] 96. Turbant plures casus quarti sine copula positi. Exputare licet plures modos jungendi et refingendi. Verum nullus adhuc obtigit, qui satisfaceret. Modum, quem equidem sequar, vide in Nota. [In textu Heynius comma, quod nunc post *βέλος* positum est, transposuit post *Διός*, delevitque proxime sequens γ'. Pauw *βροντᾶν καὶ π. βέλος* emendat: eoque ducit Ald. *βροτᾶν*. [97. *ἐν ἅπαντι κράτει*. h. e. *σὺν μεγίστῳ κράτει*, cum summa potentia, *κρατερῷς*. *Ex Schedis.*] 98. *ἀρηρότα* Romana, Aldinam male deserens, et hinc reliquæ vulgg. [99. *χλιδῶσα* pro *γλυκεῖα*. *Ex Schedis.*]

90, 91. Nam plenilunio habiti ludi Olympici. conf. sup. iii. 35.

94-98. Hæc equidem sic expediebam: Jovis laudes in hymno in victorem Olympicum primum locum occupant: igitur *ἀρχαῖς πρωτέραις* (*πρωτέρᾳ ἀρχῇ*) *ἑπόμενοι, ei, quod in primis sollennibus factum, [instituto in ipsis initiis. Ex Schedis.] obsequendo, etiamnum in victoria Olympica celebranda Jovem memorabimus [canam hymnum Olympicum, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τὸν Ὀλυμπιακόν. Ex Schedis.]*: pro Jove dixit, *κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βέλος, ὀρσικτύπου Διός γ'* (præstat τ') *ἐν ἅπαντι κράτει αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα* (sc. *τῇ χειρὶ αὐτοῦ*) [1. simpl. *αὐτῷ παρόντα, ὃν ἔχει. Ex Schedis.*] *fulmen ardens, quod manu ille tenet, jacit summa cum vi, ἐν* pro *σὺν, ipse summus rex, κράτος ἔχων ἅπαν, μέγιστον.* Jam adjunge ad hæc ea, quæ præmisit, per appositum: *canemus hæc, hymnum*, h. e. argumentum hymni, *in victorem, Olympicum: ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου*, vel *κατὰ, εἰς, χάριν*, vel, quod præferam, per appositionem: *βροντὰν— χάριν*. Proprie *νίκη* erat *ἐπωνυμία*, victoria *Olympica* dicta, sed doctius transtulit ad *χάριν, decus, hymnum. ἐπωνύμιος* æque dici atque *ἐπώνυμος*, dubitare non debebam, v. Pyth. i. 58. Ut cum uno e Schol. pro *clarum, celebre*, accipiamus,

100 Ἀντιάξει μελέων,

Σ. ε. Κ. ή.

Τὰ πάρ' εὐκλεΐ Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν.
Ἀλλ' ὥστε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ
Ποθεινὸς ἥκοντι νεόταται
Τὸ πάλιν ἥδη, μάλα δέ τοι θερ-
105 μαίνει φιλότατι νόον·
Ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λα-
χὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον,
Θνάσκοντι στυγερώτατος·

Α. ε'. Κ. ή'.

Καὶ ὅταν, καλὰ ἕρξαις, ἀοιδᾶς ἄτερ,
110 Ἀγησίδαμ', εἰς Ἀΐδα σταθμὸν
Ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσαις
Ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν.
Τὶν δ' ἀδυεπής τε λύρα
Γλυκύς τ' αὐλὸς ἀνα-
115 πάσσει χάριν. ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος

101. εὐκλείᾳ Ald. [χρόνῳ μὲν—junge: ἀλλὰ ποθ., ὥστε ποθ. ἐστι παῖς. *Ex Schedis.* In textu post φάνεν comma positum.] 103. Pauw emendat: παῖς ἐξ—ἥκοντι, τι νεόταται τὸ πάλιν ἥδη. Satis scabre. Sed vulgata sic accipienda: πατρὶ—ἥκοντι ἥδη τὸ πάλιν νεόταται, pro vulgari: ἥκοντι εἰς τοὔμπαλιν τῇ νεότητι, h. *in id ætatis, quod juventuti ex adverso est*, h. ad provectam ætatem: sic Ol. xii. 15. ἔμπαλιν τῆς τέρψεως h. ἀηδῶς. 105. φ. νέον Pal. C. scholio apposito νέον. perperam. 108. Θνάσκοντι. primo pede spondeo, ut in Glyconio. vide v. 58. Explananda autem erat sententia ex græcismo, ut dictum sit pro: στυγερώτατόν ἐστι θνάσκοντι, τὸν πλοῦτον λαχεῖν ποιμένα ἀλλότριον ἐπακτόν. *alienum herum.* 114. 115. ἀνα-πλάσσει Ald. et Pal. C. *affingit.* Sed alterum usu elegantium hominum tritum, ut ἐπιπάσσειν, *gratiam affundere.* 115. τρέφοντι pro ἔχοντι Ald. sed invito metro. ἔχειν h. l. est παρέχειν, quod et aliis in locis apud Pindarum occurrere memini: καὶ παρέχουσί σοι κλέος II.

non satis caussæ esse videtur; secus quam Musgravio tom. iii. Eurip. in Suppl. p. 338. ad Or. 1013. videbatur. Mox 99. 100. μολπὰ μελέων jungenda: *quæ carmina serius quidem in lucem prodeunt:* debebat sequi: ἀλλὰ ποθεινά γε, ὡς.

[100. ἀντιάξει· ἀπαντήσει, scil. τῇ ἀκοῇ. *Ex Schedis.*]

Κόραι Πιερίδες Διός.

E. ε'. K. ϑ'.

Ἐγὼ δὲ, συνεφαπτόμενος σπουδᾷ,
Κλυτὸν ἔϑνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον, μέλιτι
Δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων, παῖδ' ἐ-
ρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα· τὸν εἶδον
Κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον,
Κεῖνον κατὰ χρόνον γ' ἰδέᾳ τε καλὸν
Ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅ ποτ' ἀν-
αιδέα Γανυμήδει τὸν πότμον ἄ-
λαλκε, σὺν Κυπρογενεῖ.

119. Δ' abest Ald. 120. Versus laborat. Schmidius conjiciebat ἀριστῶν, et Oxonienses refinxerunt: ἐρατὸν δ'. tamen vel sic, incommoda vocula inserta, metrum claudicat. Pauw voce trajecta legit:—παῖδα Ἀρχεστράτου ἐρατὸν αἴνησα. Succurri potest leniore ope:—καταβρέχων Ἀρχε—στράτου (vel τω) ἐρατὸν στίχος αἴνησα. Adscriptum erat inter lineas παῖς, quod insertum turbas fecit. 121. χειρὸς vulgg. Emendavit Schmidius ad metri legem ex Ald. et Pal. C. Contra huic deerat γ' versu seq. 123. κεκραμένον Rom. Sed producitur α illud natura. v. inf. Pyth. x. 65. a κράω, ex κιράω. 124. Erat ἅ τ' ἀναι-δέα Γανυμήδει. Ut ultima in ἀναιδέα producta sit, Pauw monet, scribendum esse ἀναιδᾶ pro ἀναιδείᾳ ab ἀναιδής, quod vix est grammatice probum. Melius Aldus: ἅ ποτ' ἀ-ναιδέα Γ. ut εα contracte legatur. Pro τὸν πότμον Ald. Rom. et omnes edd. ante Schmidium Θάνατον, quod is nec monito lectore mutavit ex Palatt., ut credere licet: recte tamen, alterum enim scholion est, *protervam mortem*. [Boeckh. Comment. p. xiii. ἅ ποτε Ἀναιδέα Γανυμήδει πότμον ἄλαλκε σὺν Κυπρογενεῖ. uno versu. *Ex Schedis.*]

117. In sqq. verba hunc in modum jungenda arbitror: ἐγὼ δὲ συνεφαπτόμενος, *prosequens te, victorem*, ἀμφέπεσον (σὺν) σπουδᾷ κλυτὸν ἔϑνος Λοκρῶν, *studiose* eodem carmine *celebro Locros*, (dictum ut περιβάλλειν τινὰ, amplecti, ἀμφαγαπάζεσϑαι, *fovere, colere.*) μέλιτι δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων παῖδ' ἐρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα.—v. 122. post χρόνον γ' comma delevi. κεκραμένον ὥρᾳ, ut alias μιχϑέντα, pro ὡραῖον. Alias ὥρα μίγνυταί τινι. P. x. 65. οὔτε γῆρας κέκραται γενεᾷ, h. e. οὐ πάρεστι. At et πλοῦτος κεκραμένος ἀρετῷ Pyth. v. 2. 3. qui Ol. ii. 96. πλοῦτος ἀρεταῖς διδαιδαλμένος. Suavissimum est, quod v. 123-5. de Ganymede ob pulcritudinem immortali facto subjicitur: *Juventa cum Venere infestam mortem ab eo propulsavit.*

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ια'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΑΓΗΣΙΔΑΜΩ.

ARGUMENTUM.

VICTORIÆ sibi postulant carmina, quibus earum memoria ad posteritatem propagetur—7. inprimis victoria Olympica, ceteris insignior: quare Pindarus Olympicorum victorum se laudes lubenter canere profitetur—10. Hoc nunc se præstare Agesidamo, Locrorum Epizephyriorum laudibus adjunctis—15. quippe qui, e Locride Græciæ in Italiam profecti, antiquos mores retinuerint, et laudum studia, carminumque amorem cum virtute adhuc servent.

Σ. ά. Κ. ς'.

ΕΣΤΙΝ ἀνθρώποις ἀνέμων ὁτὲ πλείστα
Χρῆσις· ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων

Ἀγησιδάμῳ omittit Bodl. MS. Præstabat simpliciter inscribere; Ἀγησιδάμῳ πύκτῃ. Apponitur in vulgg. τόκος, quod haud dubie debetur Grammaticis, petitum ex sup. Oda v. 12. quem versum male interpretes ad hanc alteram Oden referunt, ut hujus novi carminis accessio illo priore promittatur a poeta; cum ibi sententia

1-6. Sententiam et alibi repetit: *certaminum labores et factorum laudes desiderare hymnorum præmia*: v. c. Nem. iii. 10. διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου· ἀεθλονικίᾳ δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν φιλεῖ. Tum forma sollennis est: ἔστιν—ἔστιν—εἰ δέ, *non magis quam, similiter ut*. Respondent autem sibi illa: *homines modo sereno cœlo, modo pluvio indigent*, adeoque hoc votis expetunt. Faciunt autem hoc

Ὀμβρίων, παίδων Νεφέλας.
Εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσει, μελιγάρυες ὕμνοι
Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων· τέλλεται
Καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.

A. α'. K. ς'.

Ἄφθονατος δ' αἶνος Ὀλυμπιονίκαις

absolute efferatur. Potest carmen ad aliam victoriam, potest quoque ad unam eandemque spectare; potuit illud cum superiore carmine mitti, tanquam epistola, quæ illud commendet; potuit etiam maturius mitti. Postremum hoc Mingarellus statuebat [et Boeckh. *Ex Schedis.*], collocandum esse Carmen ix. ante x. Nam v. 14. *promitti* carmen; forte idem illud, quod nunc *decimum* est. 1. Ἔστιν ἓν ἀ. duo Bodl. invito metro. ὁτὲ scripsit secundum grammaticorum canonem Schmidius. vulgo ὅτε. 4. εἰ καὶ Schmid. edit. sphalma. 5. In omnibus edd. interpungitur: Υ. ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, Καὶ π. unde opinio Grammatici in rec. Scholiis orta, jungi etiam h. l. verbum singulare nomini plurali. cf. sup. ad Ol. viii. 10. 11. Schmidius se adduci passus est, ut v. 4. μελίγαρυς ἀοιδὴ scribere mallet; excidisse enim in nonnullis edd. ὕμνοι: sed vitium hoc est unius Plantin. Idem Schmidius Urbanum lib. ii. (nescio an is Martinus Urbanus sit, cujus Institutiones grammaticæ græcæ Aldus vulgavit) pro τέλλεται, πίλεται habere narrat; depravate.

agricolæ, ut tanto lætior agrorum proventus sit. Adeoque sensus est: *non magis agricolæ salubri tempestate opus habent, quam victores hymnis ad messem laudum.* Nam sequitur: *Si quis in certamine secunda fortuna utitur*, h. e. victoriam consequitur: (vid. sup. ad Ol. viii. 96.) *hymnis indiget*, μελιγαρύων ὕμνων χρῆσις πλείστη ἐστίν. Hoc mutavit: μελιγάρυες ὕμνοι sc. εἰσὶν, ὧν χρῆσις πλείστη ἐστὶν, ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων, *laudum serarum*, h. apud posteros, *caussæ ac semina.* Ut N. i. 11. ἀρχαὶ βέβληνται μέλους ἐγκωμίου. Ita melius expeditum locum puto quam antea factum. In ceteris maneo in hoc, enallagen, quam Grammatici hic quærunt, ut ὕμνοι τέλλεται jungantur, locum non habere; et sic in aliis locis, in quibus eam quæsivere; ut sup. Ol. viii. 10. 11. Isthm. i. 38. v. 73. 74. Quod nisi alia fuere exempla in deperditis Pindari, perperam hanc figuram Pindaricam appellarunt Grammatici, (vid. Eustath. in Il. ϱ. 387.) inque his Herodianus περὶ σχημάτων a Villoisono vulgatus in Diatribe p. 98. In Hesiod. 9. 321. τῆς δ' ἓν τρεῖς κεφαλαὶ, potuit pro ἦσαν dictum esse: ἔσαν, ἔαν, ἦν. In Euripid. Bacch. 1339. est δέδοκται,—τλήμονες φυγαὶ distinguendum. Etsi omnino eam damnare nolim: quandoquidem similis usus habetur *neutrorum pluralium cum verbo singulari* junctorum; et fuere in sermone antiquiore multa ad grammaticam subtilitatem nondum satis constituta. cf. de hoc schemate Ruhnken. ad H. in Cer. extr. add. Beck. ad h. l. et viii. 10. In Pindaro igitur accipio:—λόγων· τέλλεται καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς, *per eosdem hymnos maxima fides fit præclaris factis.*—7. *Laudes hac inprimis Olym-*

Οὗτος ἄγκειται. τὰ μὲν ἀμετέρα
Γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει.
Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσιν.
Ἴσθι νῦν, Ἀρχεστράτου παῖ, τεᾶς,
Ἀγησίδαμε, πυγμαχίας ἕνεκεν

E. α'. K. ι'.

Κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
Ἀδυμελῆ κελαδήσω, τῶν Ἐπι-
ζεφυρίων Λοκρῶν γενεὰν ἀλέγων.
Ἔνθα συγκωμάξατ', ἐγγυάσομαι
Μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατὸν,
Μήδ' ἀπείρατον καλῶν,
Ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν, ἀφίξεσθαι. Τὸ γὰρ
Ἐμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ

8. ἔγκειται Ald. 10. ἐσαεὶ deerat Ald. 14. ἐπιζε- 15. φυρίων Bodl. γ. ἀλίγων [i. e. αὔξων, fovens, celebrans. *Ex Schedis.*] omittit MS. Bodl. 16. Pravam distinctionem post ἔνθα συγκωμάξατε, etiam Pauwio damnatam, sustuli. Est enim; ἔνθα συγκ. ὦ Μοῖσαι. ἐγγυάσομαι (ὑμᾶς) ἀφίξεσθαι (πρός) μιν (sc. τὴν γενεάν, h. τὸ γένος Λοκρῶν, οὖσαν) στρατὸν μὴ φυγόξενον etc. 17. φυθόξενον Bodl. C. vitiose. — 19. τε a sec. manu pro δὲ MS. Bodl.

picos victores manent. ἀνάκειται vel a donariis, quæ consecrantur, vel a thesauris, qui reconduntur.

8. τὰ μὲν ἀμετέρα γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει, *quare lingua mea tibi*, aut melius omnino, *victoribus Olympicis*, (nam mox ad Agesidamum transit) *hanc laudem procurare studet.* Deest pronomen τοῦτον τὸν αἶνον. Latet in μὲν, pro quo legendum esse puto μίν. τὰ pro ἃ, δ' ἅ. Nisi hoc feceris, dicendum erit, ἃ esse non grammatice, sed ad sensum dictum, pro ὃν αἶνον. *pascere laudem*: ad claram notionem quomodo tropum revocem, non habeo. ποιμαίνειν sensu tropico vix aliter accipi potest quam pro *alere*, τρέφειν, αὔξειν, *servare, custodire, providere.* Debebat sequi: *divino enim munere hanc laudes carmine ornandi vim possideo.* Hæc lyrice extulit v. 10. sqq. *non nisi divinitus (φυᾷ, δι' εὐφυΐας) aliquis ingenio pollet*: quod Ol. ix. 42. σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες ἐγένοντο (γίνονται). Scilicet ἐκ θεοῦ, ut ἐκ θεῶν jam vidimus. At ἐσαεί? an non languet? Forte sic constitues, ut sit: ἀεὶ γὰρ σοφός τις ἐστὶν ἐκ θεοῦ. Mox v. 13. κόσμον, ὕμνον.

19. τὸ γὰρ ἐμφυὲς etc. Dixit pro: ἐστὶ γὰρ τοῦτο ἐμφυὲς ἦθος τῶν Λοκρῶν, etsi ii jam in aliam terram coloni deducti sunt. αἴθων ἀλώπηξ. Est ἡ ἀλώπηξ, eritque adeo ὁ καὶ ἡ αἴθων, *fulva s. rava vulpes.*

Οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες
Διαλλάξαιντο ἦθος.

21. οὔτ' i. λίον- 22. τις διαλλάξαιντο ἦθος. ita versus disponunt Bodl. C. et *a*. sicque metricus postulat facere, monente quoque Pauwio. 22. est hiatus. In Homero ἦθος habet digamma; non in Pindaro: v. Ol. xiii. 16. Nem. viii. 60. Forte—*αιντ' ἄν ἦθος*.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ιβ'.

ΕΡΓΟΤΕΛΕΙ ΙΜΕΡΑΙΩ,

ΔΟΛΙΧΟΔΡΟΜΩ.

ARGUMENTUM.

Cum victor Ergoteles hoc Fortunæ deberet, quod patria, Cnosso, exul ab Himeræis receptus secundas res habuerat: Fortunam invocat, ut Himeræis propitia sit, cum ejus ab nutu pendeant omnia—6. consiliorumque successus eventusque incerti et obscuri—13. sæpe contra quam speratum fuerat—18. Ipse victor domi in obscuritate consenuisset, nisi Himeram patria exul pervenisset, ubi in civitatem receptus certamina obiit, et plures victorias est consequutus.

Σ. ά. Κ. Υ'.

ΑΙΣΣΟΜΑΙ, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου
Ἱμέρᾳ εὐρυσθενὲς ἀμ-
φὶ πόλει, Σώτειρα Τύχα.

Ἐργοτέλει Ἱμεραίῳ δολιχοδρόμῳ. addit Aldina: Ὀλύμπια καὶ Πύθια καὶ Ἴσθμια νικήσαντι οζ' Ὀλυμπιάδα. Eadem in duobus Bodl. in alio additum: Ἐργοτέλει τῷ υἱῷ τοῦ Φιλάνορος. Scilicet debentur hæc, ut aliquoties jam monitum, Grammaticis. Indocte autem huc retracta sunt, quæ de victoriis Pythicis et Isthmicis sub finem carminis memorantur. Carmen enim scriptum est victori Olympico. Notus autem est Ergoteles etiam ex Pausania, qui cum h. l. conferendus lib. vi. 4. f.

Τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ
Νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι,
Καὶ γοραὶ βουλαφόροι· αἵγε μὲν ἀνδρῶν
Πόλλ' ἄνω, ταὶ δ' αὖ κάτω
Ψεύδη μεταμώνια τέμνοι-
σαι, κυλίνδονθ' ἐλπίδες.

A. ά. K. ϑ'.

Σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων
Πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσ-
σομένας εὗρεν θεόθεν·
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι.

ubi, statua ejus in Alti memorata, hoc adjicit: in titulo Himeræum fuisse adscriptum, etsi Cnosso Cretæ oriundum, sed turbis civilibus pulsum ab Himeræis receptum civitateque et honoribus affectum maluisse patriam edere Himeram. Hæc eadem patent hac Oda v. 19. sqq. Quod autem Pythicam et Isthmicam victoriam, Scholiasten sequuti, viri docti ad insequentem Pythiadem xxix. et Isthmiadem adeo lvii. rejiciunt, in eo falluntur. Necessario enim Olympicam victoriam, quam hic carmine suo ornat, antecessisse debent illæ. 1. Ψὶ *λίσσομαι* Pal. C. seu casu seu stupore librarii, qui signum appositum, quo ad scholion lector ablegari solebat, pro littera ψ habuit, nec dignum, in quo quis hæreat. v. Oxon. edd. et Pauw. 2. 'Ιμέρᾳ' primum invexit ed. Rom. prave; recte a Schmidio revocata Steph. lectio: 'Ιμέρᾳ. Aldina jam 'Ιμέρα. *εὐρυσθενεῖ*' pro *εὐρυσθενεῖ*' frustra scriptum videtur: nam metrum non respuit *εὐρυσθενεῖ* sequente vocali; quod Pauw quoque monuit. — 3. *ἀμφιπόλει* Ed Brubach. sicque legerat Schol. ut ab *ἀμφιπολεῖν* sit, h. *περιπόλει, σῶζε*. Laudat quoque Homericum: *ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας*. Ferrem, si tertio casui jungi illud constaret. Nunc præstat *λίσσομαι ἀμφὶ πόλει 'Ιμέρᾳ*. 6. Vulgg. ante *αἵ γε* plena distinctione utuntur. 7. *ταὶ δ'* præclare emendavit Schmidius. Vulgg. ubique *τὰ δ'*, quod et sensum et metrum jugulat. [Tuetur Hermann. nec male, ut sit: *nunc, nunc, τὰ μὲν* omisso. *Ex Schedis.*] 8. *ψεύδη* primum comparet in Morell. et hinc in Stephanianis. At Ald. Rom. et rel. *ψευδῆ*. sic et MS. Bodl. Tum Ald. *τάμνοι- σαι*. 10. *οὔπωστε* et mox *εὗρε* in Bodl. 13. *τετύφωνται* Ald. quod casu et ipsum sensum habet: *inflantur, intumescunt et efferuntur*, nec tamen satis commodum. *τετύφλωται* Bodl. C.

6. Continuo orationem: *Τὶν γὰρ— βουλαφόροι, αἵγε μὲν ἀνδρῶν* (sc. *τὶν, διά σου*) *ἐλπίδες κυλίνδονται, (κατὰ) πολλὰ ἄνω, ταὶ δ' αὖ κάτω*, (naves fluctibus jactari vides: pro, *incertum eventum habent*) *τέμνουσαι ψεύδη μεταμώνια, percurrentes fraudes inanes, expectationes vanas, quibus sibi illuserant* (tanquam naves percurrunt mare).—v. 13. proprie homines sunt *τυφλοὶ* (*ὥστε*) *φράζεσθαι τὰ μέλλοντα, ad providendum id, quod futurum est*; transtulit hoc ad ipsam contemplationem: *esse eam cæcam, ἡ φράδη τετύφλωται, τυφλή ἐστι.*

Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος· οἱ δ', ἀνιαραῖς
Ἀντικύρσαντες ζάλαις,
Ἐσλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

E. ά. K. ί.

Υἱὲ Φιλάνορος, ἦτοι καὶ τεά κεν,
Ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ,
Συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ
Ἀπλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν·
Εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα
Κνωσίας ἄμερσε πάτρας.
Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος,
Καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος Ἰσθμοῖ τ', Ἐργότελες,
Θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέ-
ων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

17. ἐσθλὸν vulgg. ἐσλὸν Ald. Steph. 20. ἐνδομύχας conj. Erasmus in Adagiis. perperam. [Æschylus Eumen. 850. (864) ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην. *Ex Schedis.*] 26. ἐκ Πυθῶνος Ald. et Pal. C. recte pro hiatu ἐν Πυθῶνι Ι. — 28. παροικείαις junctim legit Pauw.

14, 15. πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν, *eveniunt*, ἔμπαλιν τῆς τέρψιος, pro ἀτερπῆ. ut P. xii. 56. ἔμπαλιν γνώμας.

20. ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ pro ἄτε τιμὴ ἀλέκτορος, galli gallinacei, qui in corte pugnat. Opponitur gallus, qui publicis certaminibus alitur. Cum gallus in Himerensium numis obvius sit, facile in hanc comparationem poeta incidere potuit. Mox v. 24. σ' excidisse monuit Jacobs noster Animadverss. p. 8. etsi jam aliquoties supplendum esse vidimus. Et v. 27. βαστάζειν pro *exaltare, clarum reddere*, ut et Isthm. iii. 14. dictum secundum vulgare ἐπαίρεσθαι, unde et ὑψοῦ φέρειν P. x. 109. et μετέωρος de gloria. ὁμιλέων παρ' οἰκείαις ἀρούραις, civis adscriptus ab iis, ad quos inquilinus accesserat. Himeram thermis nobilem fuisse satis constat. [De thermis cf. Numism. et Zoega t. ii. p. 130. 124. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ιγ'.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩ,

ΣΤΑΔΙΟΔΡΟΜΩ ΚΑΙ ΠΕΝΤΑΘΛΩ.

ARGUMENTUM.

Xenophontis victoris laudem cum patriæ, Corinthi, laudibus conjungit. A Corinthi laudibus initium facit — 39. Inde Xenophontis victorias enumerat — 68. Redit hinc ad Corinthum, et ex ejus originibus narrat fabulam de Pegaso a Bellerophonte domito; subjungit v. 133. laudes tribulium Oligæthidarum et bona vota.

Σ. ά. Κ. ιά.

ΤΡΙΣΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΝ ἐπαινέων
Οἶκον, ἄμερον ἀστοῖς,

σταδιεῖ δρόμῳ. Ita vulgo in editis a Romana inde legitur, seu indocte seu corrupte. Aut enim σταδιεὺς aut σταδιοδρόμος erat dicendum. Cur itaque Aldinam deseruerunt editores? in qua inscripta Oda: Ξενοφῶντι Κορινθίῳ σταδιοδρόμῳ, καὶ πενταθλῳ, νικήσαντι τὴν οθ' Ὀλυμπιάδα. Hæc eadem fere in MSS. Bodl. leguntur. Est etiam, quod jam notatum viris doctis, Olympiadi lxxix. adscriptus Xenophon Corinthius apud Diodorum xi. 70. et Dionys. Halic. ix. 61. (p. 618.) etiam apud Pausan. iv. 24. ubi numerus Olympiadis undetricesimæ corrupte circumfertur. Pater, ut in Schol. ad v. pr. notatum, *Thessalus* nomine, Ol. lxix. victor renuntiatus fuerat; cursu quidem, ut infra v. 48. patet, stadio tamen eo Olymp. Ischomachus victor fuit; ergo de diaulo vel dolicho accipiendum, ut Corsinus quoque

Ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι
Τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
Πρόθυρον Ποσειδᾶνος, ἀγλαόκουρον.
Ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασίγνηταί τε, βάθρον πολίων,
Ἀσφαλὴς Δίκα, καὶ ὁμότροπος Εἰράνα, ταμίαι
Ἀνδράσι πλούτου, χρύσεαι
Παῖδες εὐβούλου Θέμιτος,

Α. ά. Κ. ιά.

Ἐθέλοντι δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν, Κόρου

monnit ad eam Olymp. Avus fuisse videtur *Ptœodorus* in Isthmiis victor. v. inf. 56. sq. Erant autem ex *Oligæthidarum tribu*. cf. v. 137 sq. In eundem Xenophontem Olympionicen scolion scripserat Pindarus, cujus versus apud Athen. xiii. p. 573. 4. habentur; quos vide in Fragmentis. Simul autem cursu et pentathlo eum vicisse iisdem Olympiis, testantur v. 41, 42. [De metro trium ultimorum versuum cujusque strophæ v. Boeckh. Comment. p. xxi. sq. *Ex Schedis.*] 1. Τρισολυμπιονίκας Brubach. et Morell. sed preli vitio. Ceterum interpretes inanem collocant operam in exputandis trinis Olympicis victoriis. 5. Ποσειδᾶνος. Nescio cur repente in hoc carmine Ποτειδᾶνος scriptura erat adscita. 6. γὰρ ex Ald. et trinis Pal. repetiit Schmidius: quod et fragm. Matth. habet. Rom. et cett. ἐν τᾷδε δ' ε. nec id male. 7, 8. Immutarat lectionem omnium codicum Schmidius tanquam duriorem, hoc modo: κασίγνηταί τε, Δίκα, πολίων — ἀσφαλὴς βάθρον, καὶ ὁ. 8, 9. ὁμότροφος in Schol. occurrit. 11. Interpunctionem post Θέμιτος mutavi, ut junctura cum anteced. manifesta sit. 12. ἀλέξειν aiunt Oxon. legere Steph. Atqui sic non nisi unica Pauli Stephani 1599. Hanc ergo pro textu Stephaniano habuere. — 12, 13. Κόρου ματέρα Ὕβριν dictam non concoquunt viri docti. Nam satietatem aiunt antecedere insolentiam; sic quoque noto Theognidis versu haberi Sentent. v. 53. Τίνεται τοι κόρος

3. Θεραπεύοντα τοὺς ξένους, φιλόξενον γνώσομαι, *celebrabo*: v. ad Ol. vi. 151.

5. *Eunomia*, *Dice*, *Irene*, Hesiodo Horæ, Themidis filiæ Θ. 901. 2, 3. Eæ v. 9. ταμίαι, ab ἡ ταμία. *Horis* rerum copia tribuitur quoque apud Theocritum et alias: v. Valken. ad Theocrit. p. 394. — Reprehendi potest in poeta, quod, cum δίκην deam fecisset cum εὐνομίᾳ, nunc eædem appellantur βάθρον πολίων, quòd abstractis conveniebat, non personis. ὁμότροπος h. l. concors.

12. ἰθέλ. δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν. Erant hæc jungenda cum superioribus; ναίουσι καὶ ἰθέλουσι. Otiosa vox esse videtur ἰθέ-

Ματέρα θρασύμυθον.
Ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι
Εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν.
Ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.
Ὑμμιν δὲ, παῖδες Ἀλάτα, πολλὰ μὲν νικαφόρον ἀγλαΐαν
Ὥπασάν γ' ἄκραις ἀρεταῖς

ὕβριν. Quid ergo? Schmidius per hypallagen ait esse explicandum. Mirum vero, si *mater* et *filia* promiscue permutari possunt. Stephanus in Schediasm. v. 4. pro κόρου scribit φθόρου, et Pauwius κότου. Quis vero poetas omnes ad unam formulam adigere ausit? quidni et ipsa illa insolentia elati secundo fortunæ cursu animi fastidium creet, ut in præsenti rerum florente statu non acquiescant cives, sed novis studeant? vid. Notam. 13. θρασύθυμον Ald. 19. ὥπασαν ἄ. Ald. ὥπασάν τ' ἄ. Rom. et seqq. Contraxit id Schmidius in ὡπάσανθ'. At ὀπάζειν est *præbere*. ὀπάζεσθαι, *comitem adsciscere*. Ex parte Bodleianorum Oxonienses restituerunt ὥπασάν γ'. Est enim ordo verborum: Horæ ὥπασαν πολλὰ (πολλάκις) νικαφόρον ἀγλαΐαν (πολλὰς νίκας) ἀνδρῶν ὑπερεθόντων

λοντι. Unus e Grammaticis optative accipit. Aliquoties hoc verbo utitur poeta periphrastice, ut tamen τοῦ *paratum esse*, *cupere*, *studere*, locum teneat. Pyth. i. 121. θέλοντι δὲ—αἰεὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ. Sic Nem. viii. 17. item vii. 32. ubi per μέλλει reddi potest: quemadmodum etiam N. xi. 51. Unde et θέλων et ἐθέλων, *propitius*. Sic Ol. vii. 36. ἐθελήσω τοῖσιν—διορθῶσαι λόγον· quod alias esset οἷς ἐθέλων διορθώσω. xi. 9. ἐθελήσω, *propositum mihi est*; ut et ἐθέλω Isthm. i. 20. P. ix. I. Ol. xi. 9. Porro Ὕβριν Κόρου ματέρα dixit, ut in Oraculo Bacidis ap. Herod. viii. 77. κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱόν. ubi vid. Wessel. Scilicet utrumque recte se habet: Κόρος Ὕβριν, et Ὕβρις Κόρον procreare potest. E copiis rerum natum, *fastidium* animum ad *insolentiam* et *injuriam* aliorum adducit: et *insolentia*, arrogantia, facit, ut copias nostras et fortunas *fastidiamus*, alienaque appetamus. Multas autem civitates Ὕβρις perdiderat. Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε—Theogn. 1098. [δυσσεβείας ὕβρις τέκος Æschylus Eumen. 530. *Ex Schedis.*]

16. Ἄμαχον δὲ—ad seqq. traho, adeoque ad Corinthios: *qui non* κρύψαι, *exuere, possunt generosam indolem.* Ait: ἔχω—habere se multa alia in Corinthiorum laudem, nec sibi deesse vim et animum ad ea eloquenda. (Sententia eadem Ol. vi. 140. ix. 122.) Nec posteros defecisse a virtute majorum, οὐ δύνανται κρύψαι τὸ ἔμφυτον ἦθος. Hoc universe extulit per sententiam.

17. παῖδες Ἀλάτα sunt ipsi Corinthii. Aletes Heraclidarum dux Corinthum occupaverat; cujus posteri per C annos usque ad Bacchidem regnarunt: Pausan. ii. 4. conf. Vellei. i. 4, 3. et ibi Ruhnken. add. Schol. ad h.l. Ὑμμιν ὥπασαν—ἐνέβαλον Ὧραι. Primo *Horæ* pro tempore; tum tribuitur tempori, quod in tempore factum est. *Diversis temporibus inventa sunt antiquitus multa a Corinthiis.* Ea per exempla declarat. Verum poeta hæc ita extulit, ut ariolo in iis opus sit, non interprete.

Ὑπερελθόντων ἱεροῖς
Εἰν ἀέθλοισιν, πολλὰ δ' ἐν
Καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον

E. ά. K. ιά.

Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρ-
χαῖα σοφίσματ'. ἄπαν δ' εὑρόντος ἔργον.
Ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν
Σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες
Διθυράμβῳ; τίς γὰρ ἱππεί-
οις ἐν ἔντεσσιν μέτρα,

(τοὺς ἄλλους) ἄκραις ἀρεταῖς. 20. ὑπερελθοῦσιν Pal. A. B. et tres Bodl. cum fragm. Matth. ex indocta interpolatione Græculi librarii, qui non videbat, ἀγλαΐαν ὑπερελθόντων jungi. 25. Antithetici versus docent, ἐξέφαναν, quod vulgo editum erat, minus recte legi, cujus penultima longa est ex ἐξέφηναν. Emendandum ἐξέφανον vel ἐξέφανεν, et hoc unus e Schol. legerat; nam reddit ἐξεφάνησαν. Monuit quoque Pauw. Aldus cum cod. Gott. ἐξέφανε. Corruptela eadem erat in Homero Il. Ϟ. 553. π. 299. Porro Διωνύσου Schmidius emendavit metri caussa. Διονύσου Ald. Rom. Crat. Brub. at Morell. Stephan. et rel. Διωνύσσου. hoc perperam, cum penultima per se sit longa. 27. τίς γὰρ ἰ. Ald. et in Schol. Male illatum erat τίς δὲ cum hiatu.

24. τοῦ εὑρόντος. Scilicet alii inventis facile addere possunt. σοφίσματα, *inventa*, ut apud Æschyl. Prom. 469.

25—27. *Invenerunt illi Dithyrambum.* Χάριτες Διωνύσου vix esse possunt nisi *carmina, hymni, σὺν* Διθυράμβῳ βοηλάτᾳ, *cum choro.* βοηλάτης et a βοὴ et a βοῦς ductus esse potest; præmium victoris bos. cf. Bentl. in Phalar. p. 170.

27. 28. τίς δὲ ἱππείοις ἐν ἔντεσσιν μέτρα ἔθηκε; Manifesta res: invenisse Corinthios artem equorum domandorum; verba perplexa. Ex Schol. nil proficias; mira Didymi sententia proponitur, qui ad rotam figulinam hoc traxit. Multis olim tentatis simplicissima esse arbitror hæc: ἔντεα ἵππεια dicta pro ἔντεα ἵππων, ut inf. Nem. ix. 51. 52. ὅμιλος χαλκέοις ὅπλοισιν ἱππείοις σὺν ἔντεσσιν, ubi est agmen ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων. Sunt ea haud dubie *frenum*, quo equus regitur. Jam quid μέτρον aliud esse potest, quam ipsum *moderamen?* τιθέναι est *constituere, invenire.* μέτρα ἐν ἔντεσι, h. σὺν, pro διὰ ἐντέων, sunt *moderamen per frenos*, ut adeo sit: *quis constituit*, h. e. invenit, *moderamen equorum ope frenorum?* τίς ἔθηκε μέτρα διὰ ἐντέων ἱππείων; Ex vulgari ratione epitheton ad μέτρα erat revocandum, μέτρα ἵππεια, pro μέτρα ἵππων. μέτρον autem de cursu moderando eodem prorsus modo dictum habes ap. Æschyl. Choeph. 794. 5. Ἴσθι (Pauw. emend. ἴσχε) δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον (Orestem) εὔνιν ζυγέντ' ἐν ἅρμασι πημάτων, ἐν δρόμῳ προστιθεὶς μέτρον. ubi μέτρον ἐν δρόμῳ προστιθέναι est *moderari cursum.*

Ἢ θεῶν ναοῖσιν οἰω-
νῶν βασιλῆα δίδυ-
μον ἔθηκ'; ἐν δὲ Μοῖσ' ἀδύπνοος,
Ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ νέων
Οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

Σ. β'. Κ. ιά.

Ὕπατ', εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας,
Ἀφθόνατος ἔπεσσιν
Γένοιο, χρόνον ἅπαντα, Ζεῦ πάτερ,
Καὶ τόνδε λαὸν ἀβλαβῆ νέμων,
Ξενοφῶντος εὐθυνε δαίμονος οὖρον·
Δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τε-
θμὸν, τὸν ἄγει πεδίων
Ἐκ Πίσας, πεντάθλῳ ἅμα

30. δίδυμον Bodl. C. 31. ἐπέθηκ'. Ald. unde in marg. Brubach. 34. Ὀλυμπίαις

29—31. ἢ (τίς) θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμον ἔθηκε. Strepitum hunc verborum et tumorem nolim excusare, nec tamen tam absurde locutus esse videri debet, ut vocabulum tropicum ornaret per ea, quæ in rem proprio nomine dictam cadant. ἀετὸς, ἀέτωμα, fastigium est triangulare in fronte et in postico templi. Verum ab initio aut aquila pro fastigio fuit; quod Winckelmannus suspicabatur; aut, quod probabilius, in tympano, quod speciem Delta habet, h. in area fastigii, (quæ anaglypha summæ artis interdum habuit, v. c. in Parthenone, v. Paus. i. 24. p. 57. in templo Delphico, x. 19. p. 842.) fuit ab initio aquila expressa. Ita sentiebat Visconti V. C. in Museo Pio-Clem. tom. iv. p. 7. [Tacitus Hist. iii. 71. (in Capitolio) *sustinentes fastigium aquilæ*. ad q. l. cf. Ferlet t. ii. p. 129. sq.—Boettiger *N. T. Mercur* 1799. II. *St.* p. 233. a similitudine fastigii i. aquila demittente alas. *Ex Schedis.*] Sententia adeo est: *quis invenit aquilam in templorum fastigiis in fronte et in postico sculptam?* In templo Delphico duæ erant aquilæ aureæ, ut inf. P. iv. 6. an vero in templi fronte, non reperio.

35. ἀφθόνατος ἔπεσσιν γένοιο, *propitius sis precibus;* at χρόνον ἅπαντα potius ad sqq. spectant; itaque post γένοιο interpunxi.

38. καὶ εὔθυνε τὸν οὖρον τοῦ δαίμονος τοῦ Ξενοφῶντος, *fortunam*, ut gubernator ventum secundum velis. Et *propitius adspice* κῶμον.

39. τεθμὸν ἐγκώμιον reddit ὕμνον Schol. Malim ipsum κῶμον, pompam victoris, quia τὸν ἄγει πεδίων ἐκ Πίσας adjecit.

Σταδίου νικῶν δρόμον· οὐκ
Ἀντεβόλησεν τῶν ἀνὴρ
Θνατὸς οὔπω τις πρότερον.

A. β'. K. ιά.

Δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν πλόκοι σελί-
νων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν
Φανέντα. Νεμέα τ' οὐκ ἀντιξοεῖ.
Πατρὸς δὲ Θεσσαλοῦ ἐπ' Ἀλφεοῦ
Ῥεέθροισιν αἴγλα ποδῶν ἀνάκειται.
Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου
Θ', ἁλίῳ ἀμφ' ἐνί. μη-
νός τέ οἱ τωὐτοῦ κρανααῖς
Ἐν Ἀθάναισι τρία μὰν
Ἔργα ποδαρκὴς ἀμέρα
Θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.

E. β'. K. ιά.

Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις. ἐν
Δ' ἀμφιάλοισι Ποσειδᾶνος τεθμοῖσιν

42. δρόμον. ἀν- 43. τιβόλησεν τῶν Ald. 47. Νεμία τ' accentus a Schmidio constitutus, accinente tamen Gott. Omnes alii (τὰ) Νέμιά τ'. [Sic Heynius in textu correxit.] 53. τρία μεν Rom.

[47. ἀντιξοεῖ. cf. Herodot. i. 174. *Ex Schedis.*]

48. sqq. ad patrem, Thessalum, victoriis multis insignem, spectant.

54. ἀμέρα ποδαρκὴς, communi temporis et dierum epitheto, *velox dies*; ut *dies longa, brevis, tarda, celeris*, poetis pro consilio dicitur. Dies igitur κατὰ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀμφιέθηκε κόμαις τρία κάλλιστα ἔργα, h. e. στεφάνους. Uno eodemque mense tres victorias est consequutus Athenis; diversis forte cursus generibus; Schol. memorat στάδιον, δίαυλον, ὁπλιτικὸν δρόμον.

56. (καθ') Ἑλλώτια (Corinthi in Minervæ Hellotidis honorem habitis ludis) ἑπτάκις universe dictum esse debet: ἐνίκησε, quod elici potest ex ἔργα τ. ἡμέρα θῆκε κάλλιστα ἀμφὶ κόμαις ἑπτάκις, septenas victorias omnino abstulit, diversis scil. temporibus.

57—60. *Isthmiis autem Thessalus simul cum patre clariores etiam victorias abstulit.* Solet autem victoria declarari per decus et lætam jucundamque recordationem per totam vitam; tunc: τέρψις

Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ μακρότεραι
Τέρψιές Θ' ἕψονθ' ἐρίτι-
μοί τ' ἀοιδαί. ὅσσα τ' ἐν Δελ-
φοῖσιν ἀριστεύσατε,
Ἠδὲ χόρτοις ἐν λέοντος.
Δηρίομαι πολέσιν
Περὶ πλήθει καλῶν. ὡς μὰν σαφὲς
Οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν

58-60. Duplex hujus loci est lectio. Omnes edd. ante Schmidium: *μακρότεραι Τέρψιές Θ' ἕψονθ' ἐρίτιμοί τ' ἀοιδαί*: in qua lectione per se nihil est quod reprehendas. Nam Thessali cum Ptœodoro parente conjunctim narrantur victoriæ Isthmicæ, ut sit ἕψονται (sc. *αὐτῷ, τῷ Θεσσαλῷ,*) *σὺν πατρὶ* Πτ. *major voluptas et insignior gloria ex Isthmicis ei aderit* (per totam vitam), *parta est.* Neque aliter Schol. a Demetrio Triclinio collecta. In antiquis Scholiis cum eadem lectione alia profertur, quam Schmidius recepit, Pauwio probante, *μακρότεραι* Τερψίᾳ Θ' ἕψονθ' Ἐριτίμῳ τ' ἀ. ut, Scholiasta docente, Terpsias frater Ptœodori sit, Terpsiæ autem filii Eritimus et Namertidas, aut secundum alios unus Namertidas, Eritimus dictus, fuerint. Res nunc non facile expedienda. Parum suave videri potest tot nomina apponi; at, quod subjicitur: *innumerabiles* esse victorias, melius dictum esset de pluribus, quam de duobus. Potuere gentiles ejus nominis esse: potuere etiam nomina ex his ipsis versibus et nominibus appellativis elici. Certe Xenophontis pater *Thessalus* cum avo *Ptœodoro* iisdem Isthmiis victores esse debuere, etsi diversis temporibus. ἕψονται τέρψις, *aderunt* Thessalo, *manebunt*, h. e. *fruetur jucunditate et laude* ex his victoriis *perpetua.* Pauw. conj. ἕψαντ' pro ἕψαντο. 60, 1, 2. distinxi et a sequentibus diremi: ut per exclamationem efferantur Nam vulgata interpunctio sententias elumbes reddebat: ὅσσα τ' ἐν Δ.—λέοντος, *Δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν.* si vel maxime reddas: *Quod ad certamina Pythica et Nemea attinet, multi sunt, cum quibus vos de numero victoriarum contendere possitis;* ut ad se transferat, quæ de illis pronuntiare volebat. [63. In πολέσιν ν paragogicum delevit Heynius.] 64. ὡς rescripsit Schmid. cum Ald. et Palatinis. Rom. et al. ὥς. MS. Bodl. μέν.

et ἀοιδαὶ ἕψονται, *aderunt ei et patri* ex victoria ἐν τιθμοῖς Ποσειδῶνος *sollenni Isthmio.*

60, 1, 2. *Quot victorias in Pythiis et Nemeis reportastis!* Convertitur oratio ad omnes quos memoraverat, Xenophontis patrem et avum cum ipso Xenophonte.

63. Δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν, *provoco multos alios ad contendendum cum iis de numero decorum.*

64. ὡς μὰν — pro vulgari: *quorum decorum tantus est numerus, ut non magis eum, quam arenarum, enumerare possim.* Similia Ol. ii. extr. ὡς οὐκ ἂν εἰδείην, *ita ut nequeam.* Potest etiam per exclamationem efferri.

Ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν.

Σ. γ'. Κ. ιά.

Ἕπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆ-
σαι δὲ καιρὸς ἄριστος.
Ἐγὼ δὲ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς
Μᾶτίν τε γαρύων παλαιγόνων
Πόλεμόν τ' ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν
Οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ. Σίσυφον μὲν
Πυκνότατον παλάμαις,
Ὡς θεόν· καὶ τὰν πατρὸς ἀν-
τία Μήδειαν θεμέναν
Τὸν γάμον αὐτᾷ, ναὶ σώ-
τειραν Ἀργοῖ καὶ προπόλοις.

69. ἐγὼ δὲ ἴδιος f. fuit. ἐγὼ γὰρ ἴδιος. καὶ προπόλοις, h. ὑπηρέταις, sociis navalibus. 76. αὐτᾷ ναὶ Ald. sic respondet illis:

67. sqq. Revocat se ab ulteriore commemoratione laudum victoris, et transit ad publicas Corinthiorum laudes. *Enimvero temperandum mihi est laudibus victorum celebrandis; præstat Corinthiorum laudes prosequi, quas cum victoris laude conjunctas esse velim.* ἕπεται δ' (ἔστιν) ἐν ἑκάστῳ μέτρον. νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος, pro ἄριστον δὲ (h. ἀγαθόν) ἐστι, νοῆσαι τὸν καιρὸν, τὸ εὔκαιρον, quod cuique rei, loco et tempori conveniat; quod inf. P. ix. 135. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν.

69. Junctura verborum: ἐγὼ, ἴδιος σταλεὶς, οὐ ψεύσομαι γαρύων ἐν κοινῷ ἀμφὶ Κορίνθῳ μᾶτίν τε παλαιγόνων, πόλεμόν τε ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν. In his σταλεὶς non est *missus*, sed a navigatione petitum est, *in altum evectus*: dicitque hoc poeta *de laudibus*, quibus commemorandis indulget, *cum tanquam plenis velis per altum fertur*. Pyth. ii. 113. εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι στόλον ἀμφ' ἀρετᾷ κελαδέων, *navem conscendam, in altum evehar.* ἴδιος σταλεὶς, *privata navi evectus*, privato consilio, *ad privatas laudes celebrandas ingressus* [ἰδίως, *laudandi victoris causa. Ex Schedis.*] ut Nem. vi. 55. *Bassidarum tribus* ἴδια ναυστολέοντες, ἐγκώμια *proprias habent laudes.* γαρύων ἐν κοινῷ (κοινῶς), *communicata cum Corinthiis laude, publice,* μᾶτίν τε παλαιγόνων πόλεμόν τε ἐν (σὺν) ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν, τὸν σὺν ἀρετῇ γενόμενον, h. ἀρετὴν ἐν πολέμοις. γαρύων οὐ ψεύσομαι, h. e. οὐ ψευδῆ γηρύσω. Σίσυφον sc. γεγονέναι et τὴν Μήδειαν—γεγονέναι σώτειραν.

73. Sisyphus Corinthius fraudibus inclitus h. e. sagacitate in excogitandis rebus. σοφίαν ei tribuit Theognis 702.

75. Medeam *parantem sibi nuptias*, maritum, ἀντίον πατρὸς, παρὰ γνώμην πατρός.—77. πρόπολοι sunt ἥρωες, adeoque ipsi heroes, Argonautæ.

A. γ'. K. ιά.

Τὰ δὲ καί ποτ' ἐν ἀλκᾷ πρὸ Δαρδάνου
Τειχέων ἐδόκησαν
'Επ' ἀμφότερα μαχᾶν τέμνειν τέλος·
Τοὶ μὲν, γένει φίλῳ σὺν 'Ατρέως,
'Ελέναν κομίζοντες· οἱ δ' ἀπὸ πάμπαν
Εἴργοντες. ἐκ Λυκίας δὲ Γλαῦκον ἐλθόντα τρόμεον Δαναοί.
Τοῖσι μὰν ἐξεύχετ', ἐν ἄστεϊ Πειράνας σφετέρου
Μὲν πατρὸς ἀρχὰν καὶ βαθὺν
Κλᾶρον ἔμμεν καὶ μέγαρον,

E. γ'. K. ιά.

Ὅς τᾶς ὀφιώδεος υἱ-

78. Ut nunc interpungitur: Τὰ δὲ καὶ—εἴργοντες· ἐκ Λυκίας accipienda sunt cum Schmidio et Pauwio: καθ' ἃ δὲ, *quando vero pugnarunt ad Trojam, Glaucum ex Lycia timuerunt Danai*, sive melius: τὰ δὲ πρὸ Δ. τειχέων, ἐδόκησαν etc. *quod vero ad pugnas ad Trojam attinet, habiti sunt.* Cum tamen tota oratio a superioribus 70. 71. pendeat: οὐ ψεύσομαι γαρύων ἀμφὶ Κορίνθῳ (h. *dicam quæ vera sunt de Corinthiis.*) Σίσυφον μὲν—καὶ τὰν Μήδειαν—jungi quoque potest: τὰ δὲ καί ποτ' i. h. e. καὶ (ἐκεῖνα, καθ') ἃ ποτε ἐδόκησαν τέμνειν τέλος μαχᾶν, (*pugnas finire* ante Trojam, *ut pugnæ summa apud eos esse putaretur,*) τοὶ μὲν—τοὶ δὲ ἀπὸ πάμπαν εἴργοντες. Ἐκ Λυκίας δὲ etc. Ita δὲ pro γὰρ dictum recte a Schol. censetur, quod Schmidius in δὴ mutaverat; producitur autem δὲ propter sequentem duplicem consonam. 85. μὰν ad metri legem legendum. Monuere Schmid. et Pauw. pro μέν.

78. τὰ δὲ πρὸ Δαρδάνου τειχέων, h. κατὰ τὰ, *quod attinet ad res Trojanas*, in bello ad Trojam gesto (cf. Var. Lect.). *in existimatione fuere*, habiti sunt, *ab utraque parte*, in utroque exercitu, *momentum pugnarum afferre virtute sua* (ἐν ἀλκᾷ pro δι' ἀλκῆς ἀλκῇ).

[80. μαχᾶν τέμνειν τέλος, *pugnæ summam constituere*, l. a judicio l. ab aratione, l. a navigatione, l. a cursu. *secare mare, viam. Ex Schedis.*]

82. κομίζοντες, de conatu, *repetentes.* Erant autem Corinthii annumerati Mycenæis Il. β. 569. cf. Paus. ii. 4.

85. (ἐν) τοῖσι μὰν — respicit Il. ζ. 152. sq.—87. σφετέρου πατρὸς—ὃς latius de avo: nam Glaucus erat Hippolochi f. Bellerophontis nepos: ibid. Il. ζ. 197. 206.

ὃν ποτε Γοργόνος, ἦ πόλλ', ἀμφὶ κρουνοῖς
Πάγασον ζεῦξαι ποδέων, ἔπαθεν,
Πρίν γέ οἱ χρυσάμπυκα κού-
ρα χαλινὸν Παλλὰς ἤνεγ-
κ'· ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα
Ἦν ὕπαρ· φώνασε δ'· εὖδεις,
Αἰολίδα βασιλεῦ;
Ἄγε φίλτρον τόδ' ἵππειον δέκευ,
Καὶ Δαμαίῳ μὶν, θύων
Ταῦρον ἀργὸν, πατρὶ δείξον.

Σ. δ'. Κ. ιά.

Κυαναιγὶς ἐν ὄρφνᾳ κνώσσοντί οἱ
Παρθένος τόσα εἰπεῖν
Ἔδοξεν. ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί.
Παρκείμενον δὲ συλλαβὼν τέρας,

98. Δαμάσῳ Bodl. α. δαμίω et mox ἀργάντα, seu potius ἀργᾶντα, invito metro, Ald. cum Pal. C. 100. Prima in κνώσσοντι longa officit metro. Obvium est conjicere, occupasse eam vocem locum synonymi ὑπνῶντι, in quod et Pauw incidit, sed eo relicto ad aliam emendationem præceps fertur satis incommodam: κνοῶντι· quia κνώσσω a κνοάω deductum videri potest. Mingarellus quatuor priores versus strophæ per totum carmen aliter dispertiendos esse censebat: itaque et h. l. 100. κυαναιγὶς ἐν ὄρφνᾳ 101. κνώσσοντί οἱ παρθένος τόσα εἰπεῖν 102. Ἔδοξεν· ἀνὰ δ' ἔπαλτ' 103. ὀρθῷ ποδί· παρκείμενον δὲ συλλαβὼν τέρας.

94. 5. ἐξ ὀνείρου δ' ἦν ὕπαρ, *ex somno statim evigilavit.* ὕπαρ est *visum vigilanti oblatum,* ὄναρ *per somnum:* ut ex notis locis Odyss. τ. 547. υ. 90. constat. Jam h. l. *id quod somniabat, mox erat res vera.* Interposita hæc (ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα ἦν ὕπαρ) a poeta per parenthesin. φώνασε δ' scil. ἡ θεά. Omnino narravit ut lyricus. Verus ordo rerum hic erat: Polyidum vatem consuluerat Bellerophon super Pegaso domando; ejus jussu in templum Minervæ incubatum venit; cum freno inde redux ad vatem, didicit, quæ curanda essent, etiam ex monito deæ. Erat autem Corinthi ξόανον καὶ ἱερὸν Ἀθηνᾶς Χαλινίτιδος. v. Pausan. ii. 4.

97. φίλτρον dixit *frenum,* πεῖσμα, quo domantur adeoque mitigantur equi. Δαμίῳ πατρὶ, nam ipse Bellerophon habitus est Neptuni et Eurynomes f. ταῦρον ἀργὸν, non candidum; nam Neptuno niger taurus mactabatur; sed εὐθαλῆ, pinguem.

99. δεῖξον accipio de ritu offerendi et consecrandi.

Ἐπιχώριον μάντιν ἄσμενος εὗρεν,
Δεῖξέν τε Κοιρανίδᾳ πᾶσαν τελευτὰν
Πράγματος, ὥς τ' ἀνὰ βω-
μῷ θεᾶς κοιτάξατο νύ-
κτ', ἀπ' ἐκείνου χρήσιος· ὅπ-
πως τέ οἱ αὐτὰ Ζηνὸς ἐγ-
χειρεραύνου παῖς ἔπορεν

Α. δ'. Κ. ιά.

Δαμασίφρονα χρυσόν. ἐνυπνίῳ
Δ' ὡς τάχιστα πιθέσθαι
Κελήσατό μιν. ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ
Καρταίποδ' αὖ ἐρύῃ Γαιαόχῳ,
Θέμεν Ἱππείᾳ βωμὸν εὐδὺς Ἀθάνᾳ.

Similiterque in antistropha, et in ceteris. 101. τόσα recte Schmidius. Vulgo τόσσα, inimicum metro. 108. ὅπ- 109. πως idem ex Rom. nam Crat. et seqq. ὅ—πως. [Sic Heynius in textu correxit.] At Ald. ὡς—τέ οἱ. 111. χρυσοῦν revocavit Schmid. ex Brub. quæ Romanam expressit. Ald. vero et Crat. Morell. cum Steph. et hinc seqq. et parte codd. Bodl. χρυσὸν, haud dubie elegantius. At desideratur syllaba longa. Ut producat syllabam, Pauw tibicine eam fulcit χρυσόν γ'. At enimvero ex Mingarelli distributione versuum (v. ad v. 100.) nil mutandum: 111. δαμασίφρονα χρυσόν. 112. ἐνυπνίῳ δ' ὡς τ. πιθέσθαι 113. κελήσατό μιν. ὅταν 114. δ' εὐρυσθενεῖ — γαιαόχῳ. 114. αὐερύῃ, ut metro consuleret, et quia Schol. rec. ἀνερύῃ (ἀντὶ τοῦ ἀνερύῃ) exhibet, (Aug. ἀν' ῥύῃ cum gl. ἀνατρίπτῃ, θύῃ) Schmidius refinxit, admodum dure, pro vulgari αὐερύῃ, quod saltem scriptum relinqui, αὖ ἐρύῃ, (notum ex Il. α. 459. sc. victimam) et contracte ac *dissyllabum* pronuntiari debet. Pauw -ποδ' αὖ ἐ- tribrachyn pro iambo positum habet: quod non probo. Aldus: ἀναρύῃ, vitiose, seu pro αὖ ἐρύῃ, seu pro ἀνερύῃ, quod etiam Steph. alteram obsidet. Tandem γαιόχῳ dici posse non dubito, ex Dorico γία pro γῆ, γαῖα, verum, an α tum productum sit, dubito. præferam itaque γαιαόχῳ, quod et Aldus offert: in hoc enim α longum ex η, γαιήοχος. Legitur quoque is Isthm. vii. 5. P. iv. 58. 115. Ἱππίᾳ alii ap. Schmid. et Oxon. vera lectio esset ἱππείᾳ. Sic solet.

108. ἀπ' ἐκείνου χρήσιος: μετὰ τὸν χρηματισμὸν ἐκείνου, μετὰ τὸ τὸν Πολύϊδον χρᾶν, μαντεύεσθαι. Mox 111. δαμασίφρονα lyrice dixi χαλινόν.

114. καρταίποδα h. ταῦρον σφάξειε. Jubet Polyidus, sacro Neptuno facto, aram Minervæ exstruere: sc. Χαλινίτιδι Paus. ii. 4.

Πληροῖ δὲ θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ' ὅρκον
Καὶ παρὰ ἐλπίδα νού-
φαν κτίσιν γ'. ἦ τοι καὶ ὁ καρ-
τερὸς ὁρμαίνων ἔλαβεν
Βελλεροφόντας, φάρμακον
Πραῦ τεί νων ἀμφὶ γένυ,

E. δ'. K. ιά.

Ἵππον πτερόεντ'. ἀναβὰς
Δ' εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζεν.
Σὺν δ' ἐκείνῳ καί ποτ' Ἀμαζονίδων
Αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλ-
πων ἐρήμου τοξόταν βάλ-
λων γυναικεῖον στρατὸν,
Καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν,
Καὶ Σολύμους ἔπεφνεν.

116. δὲ non est in Ald. sed θεῶν una syllaba potest pronuntiari. 118. γ' excidit MS. Bodl. et α. etiam Aldinæ, in qua κτῆσιν, vitiose, ut et v. sq. ἕλε pro ἔλαβε. 121. γένυι Bodl. et Ald. quod contracte legendum, et in idem vulgaris scriptura γένυ resolvi potest: γένυ pro γένυι. Aug. γένυ'. Necesse tamen non est. 123. ἔπαιξεν Rom. et hinc aliæ. it. bini Bodl. et Aug. 125, 126. Miror poetæ placuisse duo epitheta uni voci tributa, altera relicta sine epitheto: telis petiit Amazonas ἀπὸ κόλπων αἰθέρος ψυχρᾶς ἐρήμου. expectares ψυχρῶν ἀπὸ κόλπων. Declarat autem Scythiam, Amazonum sedem. [129. In ἔπεφνεν Heynius delevit ν finale.]

116. δύναμις θεῶν πληροῖ κτίσιν (ἀπὸ τοῦ κτίζειν, pro πράσσειν) h. e. δύνανται θεοὶ τελεῖν πρᾶγμα. tum παρ' ὅρκον καὶ παρ' ἐλπίδα declarat rem, quæ eventum habet præter spem, h. e. contra quam sperasses et jurasses, eam eventuram esse. νούφαν κτίσιν malim jungere, ut sit res facili successu. [ut fiat νούφως. Ex Schedis.] Nam etsi ἐλπὶς νούφη per se bene dicatur, non tamen video, quem commodum sensum h. l. fundat; at si prius teneas, videtur locus sic constitui posse: ad eventum adducere valent dii etiam rem præter opinionem facilem, h. e. ita ut sit facilis. Mox 120. φάρμακον, frenum, quod v. 97. erat φίλτρον. In re magica sunt synonyma. Et 123. 4. σὺν ἐκείνῳ, Pegaso insidens. ἐνόπλια χαλκωθεὶς, h. ὁπλισθεὶς χαλκῷ. Præstat, puto, ἐνόπλια ἔπαιζεν, bellico more. Apud Callim. in Del. 133. clipeus hasta percussus ἐλέλιξεν ἐνόπλιον, ut fit in pugna.

Διασιγάσομαι αὐτῷ μόρον.
Τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι
Ζηνὸς ἀρχεῖαι δέχονται.

Σ. έ. Κ. ιά.

Ἐμὲ δ', εὐθὺν ἀκόντων ἵεντα ῥόμ-
βον, παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ
Τὰ πολλὰ βέλεα καρτύνειν χεροῖν.
Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις, ἑκὼν

130. διασωπάσομαι tres Pal. et sic Aldus edidit, pro διασιωπάσομαι, ita scriptum, quoniam ιω uno sono efferenda sunt. Similiter Isthm. i. 88. σισωπαμένον. Videtur adeo hoc et doctius et verius. At Scholia ipsa alterum agnoscunt. Porro αὐτῷ Rom. pro αὐτοῦ. sed αὐτῷ doctius. Aldus vero διασωπάσομαί οἱ μόρον ἐγὼ, invito metro. 132. ἀρχεῖαι Rom. et hinc al. ἀρχαῖαι Schmid. cum Ald. Pauwius hoc *antiqua*, illud *regia Jovis præsepia* significare autumat. τὸ ἀρχεῖον, *tabularium*, nota vox est, serior tamen; arguens fuisse ὁ, ἡ, τὸ ἀρχεῖον, *quod ad imperium et regnum spectat, regium*. ἀρχεῖαι φάτναι sunt adeo τοῦ ἄρχοντος. nec simili significatu ἀρχαῖος, ut sit *regius*, occurrit. Quid Schol. vet. legerit, non liquet. Recentior ἀρχαῖαι habet. 133. ἀκόντων—ῥόμβον. Significat ῥόμβος *rotam, turbinem*. At h. l. requiritur *rotatio*. Et fuit antiqua vox ῥύμβος pro κίνησις, quam ex Euripide in Pirithoo illustrat Schol. Apoll. Rh. iv. 144. cui ῥυμβῶν idem est. Hesych. ῥύμβος. δῖνος. 136. ἔκων dictum volunt pro εἴκων, quod Aldus quoque exhibet, et Schol. rec. Præstat ἑκὼν, sollenne Græcorum, lubens volens. Etiam Pauw hoc maluit.

130. Etiam Homerus reticescit novissima Bellerophontis fata Il. ζ. 200. seq. Pegaso excussum Bellerophontem, cum in cœlum contenderet, innuit infra Isthm. vii. 63. sq. add. Horat. iv. 11. 26. At Pegasus receptus in Olympum: etiam Hesiod. Θ. 284. sq. ubi etiam Jovis fulmina gerit. Itaque h. l. *præsepe* ejus in Olympo. Non de sidere cogitandum; quod est præsepe *Asellorum* juxta Cancrum: Arat. Dios. 160. sq. Alia narratione inter sidera relatus *Pegasus*; Arat. 205. sq. Eratosth. c. 18. Hygin. P. A. ii. 18.

133. *At mihi videndum est, ne digressione facta evager*. Ne 135. in articulo τὰ hæreas, puta esse dictum pro τὸ πλῆθος βελέων, ut sæpe apud Homerum πολλοὶ pro τὸ πλῆθος. καρτύνειν est pro sollenni ἐρείδειν χειρί. ut Apollon. Rh. ii. 332. ἄλλ ευ καρτύναντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμά. κρατύνειν pr. *vim addere, cum vi movere, regere*, nunc *valide emittere tela*.

136. Nondum satis confido lectioni, quam habemus; nec satis placet, quod olim ipse junxeram Μούσαις et Ὀλιγαιθίδαις ἐπίκουρος, ut ἐπίκουρος Μούσαις alio sensu dictus sit, quam tribulibus: illarum quidem ὑπηρέτης, *famulus, sacerdos, vates*, his *patronus, laudator*. Nam sunt diversa. Potius sic, etsi durius, constituam: (σὺν) Μούσαις ἔβαν ἑκὼν ἐπίκουρος Ὀλιγαιθίδαισι (κατὰ τὰ) Ἰσθμοῖ τε, τά σ' ἐν Νεμέᾳ (παχθέντα), *venio etiam tribulibus victoris promtus laudator, patronus*, ut alias *testis laudum*; pro simplici: *Est mihi etiam tribulium victoris*

Ὀλιγαιθίδαισίν τ' ἔξαν ἐπίκουρος
Ἰσθμοῖ, τά τ' ἐν Νεμέᾳ. Παύρῳ δ' ἔπει θήσω φανέρ' ἀθρῶ', ἀλαθὴς τέ μοι ἔξορκος ἐπέσσεται· ἑξηκοντάκι γὰρ
Ἀμφοτέρωθέν γ' ἀδύγλωσσος βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ.

A. é. K. iá.

Τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν ἔοικεν ἤδη πάροιθε λελέχθαι.

137. Ὀλιγαιθίδαισιν Ed. Rom. sed statim ex Ald. emendavit Ceporinus in Crat. 138. Dubitat Pauw, an malit: Ἰσθμοῖ τ', (debebat θ') ἄ τ' ἐν N. Certe jungenda cum anteced. ἔξαν ἐπίκουρος Ἰσθμοῖ. Sic fere sup. Ol. ix. 124. προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαισι Λ. μίτραις. Schema autem fere ut P. iv. 232. νύκτισσιν ἔν θ' ἀμέραις. 140. ἔξορκος pro ὅρκος dictum esse et sententia arguit, et interpretum auctoritas firmat. Durum tamen, et sine exemplo. Pauw conj. μοι ἐξ ὅρκος, ut ἐξ sit pro ἔξω, publice. Lenior medicina foret: ἀλαθὴς τέ μιν ἐξ ve! τ' ἐμοῦ ἐξ ὅρκος ἐπέσσεται. h. ἐξ ἐμοῦ ὅρκος, ut sæpe poetæ. 141. ἐξηκ. δ' ἀμ. Ald. 142, 143. Supplendum ἐγένετο, vel cum Schol. ἀνεκήρυξεν αὐτούς. [γ' Heynius delevit.] 144. ἔοικεν jejuna oratio. Videtur laborare, etsi λελέχθαι et φαίην accipiendum poetico ex usu pro *celebrare*. *Satis jam memoravi antea* (pr. et 45—8.) *Olympicam victoriam.*

mentio facienda, qui Isthmiis et Nemeis sexagies victores fuere. ἔξαν, ut xiv. 27. μόλον, pro ἔρχομαι [Similiter κάρυξ ἔξαν N. iv. 120. *Ex Schedis.*]

143—149. Valde concise dicta sunt quæ sequuntur. βοὰ sc. ἐγένετο. 144. *Olympicæ Oligæthidarum victoriæ jam antea celebratæ sunt*: sive alio carmine, seu solius Xenophontis victoriæ Olympicæ fuere, supra 41—48. memoratæ; et v. 1. τοῖς Ὀλυμπιονίκαν dixerat. Sequentia grammatice non satis expedio. τότε substituendum erit ὅτε ἔσται. Debebat sequi: ὅτε δὲ δαίμων γενέθλιος ἔρποι. *si porro Fortuna, Genius natalis, adfuerit.* Excidit*ne* structura poeta, an scripserat ille: εἴγε δαίμων, ut reliqua (νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μὰν τέλος) in medio sint interjecta? Ut nunc verba sunt, reliqua sic expedio: νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, *nunc saltem spero, me ea esse celebraturum.* ἐν θεῷ γε μὰν τέλος, *exitus utique est in dei manu.* Διΐ Ἐνυαλίῳ τε ἐκδώσομεν πράσσειν τοῦτο, *Jovi et Marti hoc permittemus efficere.* Cur tamen Marti, non possum exputare: Mars enim cum ἀγῶσι nihil unquam commune habuit; nec veteres Grammatici expedire hoc potuere. Fuit forte Mars præcipuo tribulium honore coli solitus. εἰ δαίμων γενέθλιος ἕρποι· quoniam ἕρποι, non ἕρπει, scriptum est, malo optative dictum accipere, ut interpositum sit: *utinam fortuna, quæ inde a natalibus adfuit Oligæthidis, Genius natalis, porro adsit.* Forte quoque scriptum fuit εἴθε,

Τά τ' ἐσσόμενα τότ' ἂν φαίην σαφές·
Νῦν δ' ἔλπομαι μέν. ἐν θεῷ γε μὰν
Τέλος. εἰ δὲ δαίμων γενέθλιος ἔρποι,
Διΐ τοῦτ' Ἐνυαλίῳ τ' ἐκδώσομεν πράσ-
σειν. τὰ δ' ἐπ' ὀφρύϊ Παρ-
νασσίᾳ, ἀμφ' Ἀργεΐ θ' ὅσ-
σα, καὶ ἐν Θήβαις. ὅσα τε
Ἀρκάς' ἀνάσσων, μαρτυρή-
σει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ,

Ε. έ. Κ. ιά.

Πελλάνα τε, καὶ Σικυών,
Καὶ Μέγαρ', Αἰακιδᾶν τ' εὐερκὲς ἄλσος,

148. εἰ δὲ *utinam vero*, optative, Mingarell. quoque accipit. v. Not. 149. Διΐ una syllaba pronuntiandum. 150. Παρ- 151. νασίᾳ. ἐν ἄργει θ' Ald. At Calliergus emendavit prius, Παρνασσίᾳ ἀμφ'. alterum autem corrupit ἄργει τε, ὅσ-. Ut nunc est, repositum est a Schmidio ex Pal. A. et B. 151, 2. Pauw interpungere jubet: ἀμφ' Ἀργεῖ θ', ὅσσα καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα τε. malit quoque ὅσα δή, hoc quidem non male. Sed priora cum admiratione sunt efferenda: ἀμφ' Ἀργεῖ θ' ὅσσα, καὶ ἐν Θήβαις; ὅσα τε (sc. ἐν) Ἀρκάς'; aut, quod verum esse arbitror, ὅσα τ' ἐν Ἀρκάς'. At quæ sequuntur, nulla idonea ratione expediri possunt; etsi aliquando, ut id efficerem, laboravi. Pauw emendabat ἄνασσον v. 153. pro ἄνασσον sc. Xenophontis cognati vel gentiles. Quæ ipse arioler, vide in Nota.

utinam. εἴθε δαίμων γενέθλιος ἔρποι! Διΐ —ἔρκιον, ἔρχεσθαι, *procedere.* Est autem δαίμων γενέθλιος, *ingenita virtus athletica*, ἀρετὴ συγγενὴς, εὐδοξία συγγενὴς, Nem. iii. 70. πότμος συγγενὴς, Nem. iv. 68. v. 73, 4. Est hic δαίμων Ξενοφῶντος sup. v. 38. et δαιμονίως εὔχεις Ol. ix. 164. Ad Oligæthidas autem omnia spectant, non ad unum Xenophontem.

153, 4. Lectio haud dubie est corrupta. Primum ara, βωμὸς ἄναξ (ὄρους) Λυκαίου? tum ἄναξ ἀνάσσων! Equidem vitium natum suspicor e glossis quæ irrepserunt: fuerat pro ἀνάσσων, ἄνακτος μαρτυρήσει Λυκαίου βωμός. nam Jupiter est ἄναξ Λυκαῖος. Invasit locum vocis versus ultimæ, quæ excidit, glossa ἄναξ. An repetitum fuit ὅσα? Ita sic constitutus erit locus: ὅσα τε (malim ὅσα τ' ἐν) Ἀρκάς'; ἄνακτος μαρτυρή—σει Λυκαίου βωμός, ὅσα· Πελλάνα τε καὶ Σ. ut pendeant sequentia a μαρτυρήσει. scil. *quot victoriæ fuerint.* Et sententia hæc: *Quot victoriæ fuerunt in Arcadia repertatæ ab Oligæthidis! Testis esto ara Jovis Lycæi, quam multæ fuerint:* testantor certamina in Lycæis habita. [Pausan. viii. 38. p. 679. *Ex Schedis.*]

156. ἱερκὲς ἄλσος simpl. *septus lucus*, quia ille tanquam locus sacer. Describitur τὸ Αἰάκειον a Pausania ii. 29.

Ἄ τ' Ἐλευσὶς, καὶ λιπαρὰ Μαραθὼν,
Ταί θ' ὑπ' Αἴτνας ὑψιλόφου
Καλλίπλουτοι πόλιες, ἅ τ' Εὐ-
βοια. καὶ πᾶσαν κατὰ
Ἑλλάδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν
Μάσσον', ἢ ὡς ἰδέμεν.
Ἀλλὰ κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσὶν,
Ζεῦ, τέλει, αἰδῶ δίδους
Καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκείαν.

157. Μαραθὼν 158. τ' αἴθ', ὑπ' Aldus. Posset ferri Μαραθών—θ' αἴ θ' ὑπ'. sed ταί θ' ὑπ' eodem redit. 163. Primus pes, ἀλλὰ, peccat in metrum. Schmidius conj. σὺ δὲ, quod et recepit Beck. Pauw vero argutius: Ἄνα, κ.—ut sit Ἄνα Ζεῦ. quod Mingarell. mutat in ἀνὰ κούφοισι δ' ἐκνεῦσαι ποσὶν, Ζεῦ, τέλει. ut sit ἀνὰ - ποσίν.—Wakefield. Silv. Crit. ii. p. 97. ἄρα κ. An usquam ἄρα sic principio ponatur, dubito; utique in Pindaro non memini occurrere. [*Mirari* se hanc mutationem, Heynius scripsit in *Addendis.*] Idem τέλει τ' αἰδῶ δίδου, quæ non satis assequor. τέλει, *efficere ut*, dictum, ut ap. Æschyl. vii. ad Th. 633. τελεῖθ', ὡς πόλις εὐτυχῇ. 164. Ζεῦ τέλε', αἰδῶ τε δίδοι Camerar. conjiciebat, scilicet emendans Aldinam, in qua Ζεῦ τέλεια ἀλδῶ τε δίδοι. Male autem hæc interpretes arbitrantur poetam de se prædicare. Spectant haud dubie ad Oligæthidas cum superioribus inde a v. 136. quibus apprecatur auctoritatem et honorem inter cives cum vitæ felicitate.

περίδολος τετράγωνος λευκοῦ λίθου—τοῦ περιδόλου δὲ ἐντὸς ἐλαῖαι πεφύκασιν ἐκ παλαιοῦ. καὶ βωμός ἐστιν, οὐ πολὺ ἀνέχων ἐκ τῆς γῆς. ὡς δὲ καὶ μνῆμα οὗτος ὁ βωμός εἶη Αἰακοῦ λεγόμενον, ἔστιν ἐν ἀπορρήτῳ. De voce v. Timæum Lexic. p. 124. c. not. Ruhnk.

162. μάσσονα, *majora numero, plura*, ἢ ὡς ἰδέμεν, γνῶναι, *quam ut recensere ea possis.* Tam multæ fuere Oligæthidarum victoriæ!

162. Ad tribules: fac ut illi porro incedant levi, inoffenso pede, κούφως, h. cursu non gravato, h. e. ut vitam agant tranquillam sine offensa. δίδους ἀρετὴν καὶ εὐτυχίαν. pro virtute posuit αἰδῶ, reverentia, auctoritas ac dignitas, quam virtus apud cives affert.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ιδ'.

ΑΣΩΠΙΧΩ ΟΡΧΟΜΕΝΙΩ,

ΠΑΙΔΙ ΣΤΑΔΙΕΙ.

ARGUMENTUM.

INVOCANTUR Gratiæ, interpositis earum laudibus, ut victorem, qui Orchomenius erat, propitio numine excipiant—28. Tum memoratio fit patris jam vita defuncti.

Σ. ά. Κ. ιή.

ΚΑΦΙΣΙΩΝ ὑδάτων λαχοῖ-
σαι αἵ τε ναίετε καλλίπωλον ἕ-

Etiam hujus odæ inscriptio a Grammaticis varie exarata est. Post παιδὶ inserunt Κλεοδάμου edd. inde a Romana, quod Schmidius omisit. Aldus cum MS. Bodl. præterea adjectum habet: νικήσαντι τὴν οϛ' Ὀλυμπιάδα, ex Scholio, in quo tamen οϛ' legitur. In Olymp. hac lxxvi. victorem stadio fuisse Scamandrum Mitylenæum, ex Africano, Diodoro et Dionysio satis constat. Itaque puerorum stadio Asopichum vicisse, recte censuerunt viri docti, etsi ex v. 32. per se necessario id cogi non potest. Casu itaque παιδὶ, quod vitio in epigraphe relictum fuit, hic locum suum merito tuetur. Primum autem puerorum cursus et luctæ certamen institutum Ol. xxxvii. Pausan. v. 8. p. 394. extr.

1. Diis patriis ubique commendat poeta victores; itaque Orchomenium Gratiis, quas Orchomenii a primis inde ætatibus coluere; quod satis constat vel e Pausania.

δραν, ἃ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
Χάριτες Ὀρχομενοῦ,
Παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκοποι,
Κλῦτ', ἐπεὶ εὔχομαι.
Σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα
Γίνεται πάντα βροτοῖς·
Εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς
Ἀνήρ. οὔτε γὰρ θεοὶ
Σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ

Inscribitur Carmen in edd. εἶδος μονοστροφικόν. et quidem ἀνόμοιον. duæ enim strophæ sunt diversi schematis. cujus rei exemplum aliud in Pindaro nullum extat. Alio modo, ut totum carmen in Strophen et Antistrophen dispescatur, id refinxit Dawes Misc. crit. p. 66. (68.) interpolatis tamen pro consilio nonnullis. Aliter Mingarellus p. 29. 43. sq. Aliter tandem, tribus syllabis versui additis Vauvilliers (*Hist. de l'Acad. des Inscript.* to. xlvi. p. 231. sqq.) Equidem his, quæ tam lubrica sunt et incerta, parum confido. 1. Καφισίων dederat Schmidius adstipulantibus MSS. Bodleianis. Miror itaque, Oxonienses veterem lectionem reliquarum edd. repetiisse, Καφησίων. Non enim alius occurrit, qui *Cephisum*, Bœotiæ fluvium, Καφησὸν dixerit. Contra recte dictus Καφισὶς pro Κηφισὶς, nec metro cavendum erat, nam media semper producitur, v. c. inf. Pyth. iv. 82. sin vero metro metuebatur, saltem Καφισσὶς scribi poterat, ex Κηφισσὶς, v. Paus. x. 33. Il. β. 522. 523. etsi vetustiores, suo more, uno tantum sibilo extulerunt. Depravatio *Cephesos* etiam in latinis codd. occurrit. v. Heins. ad Ovid. Met. iii. 343. 1—2. λαχοῖσαι in primo versu integrum et in altero Αἴ τι—ἴδραν habet Brubach. c. seqq. edd. ex Ald. nec aliter fere Metricus. αἴτις puta dictum pro simplici αἴ, αἴτινες. [λαχοῖσαι (vitiose expressum—σαν) αἴτε Ναίτις κ. τ. distinguit vss. Boeckh. Commentat. p. xiv. *Ex Schedis.*] 2. καλλίζωλον MS. Bodl. et γ. et sic forte Schol. legerat, qui εὔγιον interpretatur; pro diversa lectione quoque Schol. rec. laudat. Sed alterum non deterius, sive a bonis equorum pascuis, sive a cura equorum alendorum et ad certamina mittendorum. [7. In textu Heynius correxit τά τι τερπνὰ—.] 9. ἤ τις ἀγλαὰ Bodl. C. 11. χαρίταν Oxonienses ex Bodl. C. receperunt: vel furca ejiciendum. Nusquam enim casus pluralis secundus per αν effertur nisi in prima declinatione. Vulgo ubique. χαρίτων.

7. σὺν γὰρ ὑμῖν, pro δι' ὑμᾶς, ut σὺν θεῷ. Ceterum sententiam jam vidimus Olymp. i. 48.

9. εἰ σοφὸς prout. quod et Homericum. *Gratiis* subest *notio delectandi* et *placendi: placemus* autem *ingenio, pulcritudine, splendore vitæ;* idque fit *beneficio* Gratiarum. [v. Herder *in d. Werk. z. Litter. v. K.* vi. p. 215. *Ex Schedis.*]

10—18. οὔτε γὰρ—quid? quod nec *ipsi dii*—Etiam ipsi *deorum vitæ*, quæ epulis et choreis exigitur, adsunt Gratiæ, πάρεδροι Apollinis et carmine, ut apud Homerum Musæ, celebrant Jovem. At quatenus πάντων ἔργων ταμίαι ἐν οὐρανῷ dici possunt? puto, *rerum omnium*,

Κοιρανέοντι χορούς,
Οὔτε δαῖτας· ἀλλὰ πάντων
Ταμίαι ἔργων ἐν οὐρανῷ,
Χρυσότοξον Θέμεναι
Παρὰ Πύθιον Ἀπόλλωνα θρόνους,
Ἄεναον σέβοντι πατρὸς
Ὀλυμπίοιο τιμάν.

Σ. β'. Κ. ιζ'.

Πότνι' Ἀγλαΐα, φιλησίμολπέ
Τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου παῖδες,
Ἐπάκοοι νῦν, Θαλία τε ἐ-
ρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε
Κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ
Κοῦφα βιβῶντα· Λυδίῳ γὰρ
Ἀσώπιχον ἐν τρόπῳ
Ἐν μελέταις τε ἀείδων
Μόλον· οὕνεκ' Ὀλυμπιόνικος ἁ Μινύεια

19. Cum statim v. 21. ἰρασίμολπος Thalia recurrat, Pauwius refingit hic: φιλησίδερκε. Potuere tamen plura locum habere, φιλησίκωμε, φιλησίδιτε. At vitium latet in v. 21. prodente in hiatu. [ὦ πότνι' Ἀ. φιλησίμολπέ τ' - Εὐφρ. Boeckh. Comment. p. xiv. *Ex Schedis.* In textu ante Πότνι' additum ω.] 21. Θαλία τε 22. ἰρασίμολπε Ald. cum MS. Bodlei. f. τ' ἰρα-σιμ. 24. Λυδίῳ 25. γὰρ Ἀ. Ald. cum MS. Bodl. nec multum diverse Metricus. vid. Pauw. 27. ἴμολον· οὕνεκ' Ald. cum Bodl. At Μόλ', οὕνεκ' Ὀ. legisse suspicatur Metricum Pauw; itaque refingit: Λύδῳ γὰρ Ἀ.—ἀείδω, Μόλ', οὕνεκ' Ὀλυμπιονίκας ἁ Μ. h. μολὶ, *ades Thalia.* Sed μόλον ad ipsum vatem spectat. Interpunctionem correximus, quæ

quæ vitam deorum beatam reddere possunt. Tum illæ σέβουσι τιμὴν, *summam dignitatem, majestatem Jovis,* h. carmine celebrant Jovem. Apud Eurip. Hel. 1360. illæ placant Cererem ob filiæ raptum iratam.

21. ἐπήκοοι νῦν γίνεσθε. [Improbat Boeckh. ad Ol. i. 43. *Ex Schedis.*] Sequentia tamen lyricus ad solam Thaliam convertit, unde et v. 28. σεῦ ἵκατι, etsi Gratiarum omnino beneficio victorem declarabat.

22. τόνδε κῶμον, *pompam victoris incedentem, canendo hymnum,* ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ, *quod victoria est parta.* Mox 26. μελίταις sunt *ipsum carmen modis Lydiis attemperatum.*

Σεῦ ἕνατι. Μελαντειχέα νῦν δόμον
Φερσεφόνας ἴϑι, Ἀχοῖ,
Πατρὶ κλυτὰν φέροισ' ἀγ-
γελίαν, Κλεόδαμον ὄφρα ἰδοῖσ' υἱ-
ὸν εἴπῃς ὅτι οἱ νέαν
Κόλποισι παῤ εὐδόξοιο Πίσας
Ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀέϑλων
Πτεροῖσι χαίταν.

in hac Ode admodum sensum turbabat, inprimis v. 24. 28. 29.—*Adeste, favete, dum victoris pompa ducitur et hymnus canitur, quandoquidem vestro beneficio victoria parta est.*—ἀμινύεια corrupte edd. Ald. et Rom. emendatum in ed. Crat. 28. *μ. νῦν δόμον* Ald. MSS. Oxon. et Schol. recte, nam secundum Scholiasten metricum Asclepiadeus versus est. *νῦν* ab aliis erat omissum. 29. ἰλϑὶ pro ἴϑι Ald. cum Pal. C. prave. Ἠχοῖ, h. *ω ἠχοῖ*, de *Fama*, quæ in Orcum ad patrem Asopichi pervenit, ut filii victoriam perferat, dici, bonus Schmidius dubitare non debebat: erat Ἀγγελία supra Ol. viii. 106. Idem perperam Περσεφόνας edere maluit. 31. ὄφρα *i.* rescripsit Schmidius. Vulgo omnes ὄφρ' *i.* nec res eodem redit. v. Pauw. ὄφρ' ἰδοῖς Bodl. *β. γ.* vitiose. 32. *νίον* MS. Bodl. 33, Πίσσας Bodl. C.

32. Κλεόδαμον ὄφρα ἰδοῖσ', *υἱὸν εἴπῃς, ὅτι* ex græcismo, pro *εἴπῃς, ὅτι ὁ υἱὸς οἱ ἐστεφάνωσε*. Vulgari scilicet ratione totus locus sic constitueretur: *φέρουσα ἀγγελίαν παρὰ Κλεοδάμῳ, ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐστεφάνωσε*. Sub. fin. *πτερὰ ἀέϑλων* lyrica audacia. Ἄϑλα dicuntur *comam coronare*: jam gloria et lætitia evolat victoris animus; unde *πτερὰ νικᾶν* inf. Pyth. ix. extr. ad quem loc. vide. Simili fere modo *πτερόεντα ὕμνον* dixit Isthm. v. 80. 81. pro quo etiam poterat dicere *πτερὰ ὕμνου*. Et h. l. dicere poterat *ἐστεφάνωσε χαίταν ἄϑλοις πτερόεσσι* vel *πτεροῖς*, ut ἄϑλα sint pro *στεφάνοις* dicta, ut sup. xiii. 54. *ἔργα ϑῆκεν ἀμφὶ κόμαις* h. *στεφάνους* e victoriis.

ΤΕΛΟΣ.

Π Υ Θ Ι Α.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ



ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ά.

ΙΕΡΩΝΙ ΑΙΤΝΑΙΩ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Laudes carminis ita adornat, ut lyræ potentem vim et efficaciam in ipso Olympo declaret,—24. nec refugere ejus dulcedinem nisi impios, in quibus Typhœus, cui Ætna, imposita est,—56. ad cujus montis radices nova urbs, Ætna, condita erat, cujus civem se per præconem pronuntiari jusserat Hiero;—64. quod in bonum omen vertit poeta et bona vota pro urbe facit—81. Facit quoque vota pro Hierone laudibus ejus interpositis — 111. Mentionem denique injicit Dinomenis filii—115. Nunc preces ad Jovem facit pro Hieronis felicitate cum respectu ad superiorum temporum ærumnas et calamitates—156. Subjungit bona consilia et monita.

Σ. ά Κ. ιβ'.

ΧΡΥΣΕΑ *φόρμιγξ*, *Ἀπόλλω-*

Συρακουσίῳ male adjectum erat in titulo. Nam *Αἰτναῖον* se nunc voluerat pronuntiari Hiero. Nova urbs condita erat Olymp. lxxvi. 1. V. Diod. xi. 49. Strab. vi. p. 414. A. mox soluta Ol. lxxix. 4. V. Diod. xi. 76. In hoc intervallo victoria Hieronis Pythica obtigit Pyth. xxix. Olymp. lxxvii. 3. ante C. N. 470. 1. Alii

1. [Carminum vis est summa et ad delectandum et ad terrorem injicien-

dum. *Ex Schedis.*] Lyram alloquitur, seu invocat. Nihil tamen subjungit in

νος καὶ ἰοπλοκάμων
Σύνδικον Μοισᾶν κτέανον·
Τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχᾶ,
Πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν,
Ἀγησιχόρων ὁπόταν τῶν φρομίων
Ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα.
Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις
Ἀενάου πυρός. εὖ-

jungunt χρ. φόρμιγξ Ἀπόλλωνος, καὶ—v. Schmid. et Not. 5. Laudat ἀγησίχορα προοίμια et Stesichori Μῶσαν ἀρχεσίμολπον Athenæus iv. 27. et ex eo Eustath. ad Hom. Od. δ. p. 1480, 11. πῶδα ἀρχέχορον dixit Eurip. Troad. 151. 6. τῶν φρομίων emendavit Schmidius, puto ex libris. Nam et Bodleianorum pars ita exhibere videtur. Vulgo προοιμίων. 8. σβεννύεις revocavit Schmid. ex Cratandrina, quæ sequitur Aldinam. Ita novam et diversam citharæ laudem subjicere putandus est poeta. Vulgg. inde a Rom. σβεννύης, quod non bene ad sensum pendet ab ὁπόταν. αἰχματὰν exponit βίαιον Schol. Æschyl. Prom. 405. ubi

seqq. quod invocationi huic respondeat; v. c. *adsis mihi*, aut simile quid. Scilicet est id subintelligendum; poeta, animi æstu abreptus, processit ad alia. χρυσέα φόρμιγξ Ἀπόλλωνος si jungatur, καὶ languet; multo magis: καὶ κτέανον s. κτῆμα. *O aurea Apollinis lyra et simul instrumentum.* Manebo igitur in naturali verborum ordine: Χρυσέα φόρμιγξ, Ἀπόλλωνος καὶ Μοισᾶν κτέανον σύνδικον. dictum hoc ornate pro simplici: φόρμιγξ σύνδικος Ἀπόλλωνος καὶ Μουσῶν. Est κτέανον τὸ κτῆμα, quod quis habet, tractat; et σύνδικος, qui alterius caussam agendam suscipit, defendit, *patronus*, hinc omnino συνήγορος, *adjutor*. [Ol. ix. 148. *Ex Schedis.*] Lyra Apollini canenti et Musis chorum in Olympo ducentibus *accinit*, adeoque illum et hunc adjuvat, partes et operam suam præstat. Similiter δύνακες πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες Pyth. xii. 48. In nostro et Romano sermone nulla est vox, quæ aut huic aut illi vocabulo satis respondeat; lyram *arbitram, sociam, amicam*, dicas forte; vim vocis Græcæ sentias facile, etsi assequi simili voce non liceat. Mox v. 4. βάσις est *incessus chori* ad rhythmum, cum quo initium fit choreæ, ἀγλαΐας ἀρχὴ, *festivitatis, festæ lætitiæ*. Tum etiam cantus eorundem χορευτῶν ex lyræ cantu pendet; pro ἀοιδὴ nominat ἀοιδούς. 6, 7. *quoties tu proludis hymno.*— Spectant seqq. 8—24. *ad Musarum choros in Olympo in epulis deorum.* cf. Il. α. 601. sq. Ita reliqua adjici poterant: *fulmen languescit molli carminis dulcedine*; id quod *Jovem placatum* designat, dum fulmen non vibrat manu, sed seponit; *aquila demulcetur, ut obdormiscat; ipse Mars sic, ut alii dii, carmine delinitur.* Itaque 8. σβεννύεις καὶ—*etiam ipsum* fulmen. In v. 9. sqq. locum Homericum Il. ψ. 87. sqq. de columba malo inhærente Pindaro ante oculos fuisse, ingeniosa est Schneideri conjectura. Certior esset illa, qua quis Callimachum ad h. l. respexisse diceret in Del. 233. sq.

δει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετὸς, ὠ-
κεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις,

A. ά. K. ιβ'.

Ἀρχὸς οἰωνῶν· κελαινῶ-
πιν δ' ἐπί οἱ νεφέλαν
Ἀγκύλῳ κρατὶ, γλεφάρων
Ἀδὺ κλαΐστρον, κατέχευας. ὁ δὲ κνώσσων
Ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς
Ῥιπαῖσι καταισχόμενος. καὶ γὰρ βια-
τὰς Ἄρης, τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν
Ἐγχέων ἀκμὰν, ἰαίνει καρδίαν
Κώματι. κῆλα δὲ καὶ

αἰχμὰν pro βίαν. Nimis laxe: est *fulmen hastæ more vibratum.* 10. Exciderat in Oxon. δ' post ἔῤῥει. 12. χαράξας, χαλάξας, vitia in Bodleianis. 15. βλεφάρων. Debuit scriptum esse γλεφάρων. cf. sup. ad Ol. iii. 21. 16. κλαΐστρον vulgg. Aliqui κλεῖστρον, inquit Schmidius, vel κλειῆθρον, quod vulgare erat. Sed deerat versui syllaba; itaque Schmidius emendaverat: ἐγκατέχευας. Melius Oxonienses per diæresin κλαΐστρον scripserunt: κλεῖστρον, κλειῆστρον, κλαΐστρον, κλαΐστρον, κλᾶστρον. Porro κατέχευσας Bodl. β. γ. 18. καταγχόμενος Ald. Pal. C. Bodl. C. Gott. librarii vitio, ut equidem arbitror. 19. τρηχεῖαν producta syllaba requiri Schmidius observat. Sed α natum hic ex η. 21. κώμῳ Bodl. α. γ. et sic Ald. quæ glossa est ex indocta interpretatione, quasi κῶμα ex κῶμος ductum sit. Est vero haud dubie *sopor, somnus, quo opprimitur violentus* (βιατὰς, βίαιος, ut Ol. ix. 114.) *Mars.*

17. ὑγρὸν νῶτον. Per se et origine sua τὸ ὑγρὸν nihil aliud aut fuit aut esse potest quam *humidum, liquidum.* Accessere inde notiones, ut fit, ab adjunctis: ut sit *molle*, hinc ut sit *flexile, mobile*, fere quod Latinorum *lubricum.* ὑγρὰν ῥάχιν equi dixit Tryphiod. 79. Etiam h. l. νῶτον ὑγρὸν per se et vi vocis nihil aliud esse potest, quam *flexile, inflexum.* [Theocrit. xxv. 206. κέρας ὑγρόν. *flexum.* Ex Schedis.] Nam quod *intumuit*, addunt viri docti tacite ex altera voce αἰωρεῖ. Nec magis vi vocis ὑγρὸν esse potest *tumidum*, quam *fluctuans.* ὑγρὰ κίλευθα θαλάσσης ex antiquo sermone servarunt poetæ, ut tot alia, tanquam perpetua nomina: in quibus si aliam rationem tenere vellemus, in argutias et tricas innumeras nos essemus illaqueaturi.

21. κῆλα δὲ καὶ Δαιμόνων θέλγει φρένας. [ac si κῆλα λύρας essent! Ex Schedis.] Offendere potest καὶ, quasi non Mars et ipse inter deos sit. Suspicari

Δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λατοίδα σοφίᾳ βαθυκόλπων τε Μοισᾶν.

E. α'. K. ιε'.

Ὄσσα δὲ μὴ πεφίληκε Ζεὺς, ἀτύζονται βοὰν Πιερίδων αἰόντα, Γᾶν τε καὶ πόντον κατ' ἀμαιμάκετον· Ὅς τ' ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖται, θεῶν πολέμιος, Τυφὼς ἑκατονταπάρανος· τόν ποτε Κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν

23. -τοίδα Oxon. et Aldina rescripsere pro -τοῖδα, quod Romana primum intulit, etsi et duas breves pro una longa metrum ferat. σοφίᾳ primus metro poscente dedit Morellus, quem sequitur Steph. Antiquiores omnes σοφίαι. 25, 26. versus laudat Plutarch. de Superstit. p. 167. C. [et Sympos. ix. 14. *Ex Schedis.*] 27. ἀνιόντα sphalma ed. Cratandr. Π. δ' ἀΐοντας Cod. Augustanus apud Schmid. [29. Thiersch conj. ἐν εὐνᾷ Ταρτάρῳ. bene. ut Il. β. 783. *Ex Schedis.*] 31-36. leguntur ap. Strab. xiii. p. 930. ubi et alius de Typhone locus e Pindaro, quem v. in Fragmentis. 32. θρέψε Rom. et cett. θρέψεν Schmidius cum Ald. et Crat. 33. -νυμόν τ' Ald. adverso metro.

possis κἠλά τε. Sed δὲ est pro γὰρ, *nam etiam deorum animos delinit cantus:* in quibus ipse Mars vim carminis sentit. ἀμφὶ σοφίᾳ Λατοίδα τε Μουσᾶν τε. pro διὰ σοφίας, *arte*, ut 155. ἀμφὶ ἀρετᾷ.

25. ὅσσα δὲ—pro ὅσους. [at carmina terrent quoque persequendo injustes. *Ex Schedis.*] Respicit locum Plutarch. Opp. t. ii. p. 1095. E. Sensus: πάντα τὰ θεομισῆ κατὰ γῆν καὶ κατὰ πόντον καὶ κατὰ Τάρταρον ἀτύζεται αἰόντα βοὰν Πιερίδων. (Respondet v. 56. *Absit a me, ut θεομισὴς sim:* εἴη, Ζεῦ, εἴη τιν ἀνδάνειν.) Itaque v. 29. καὶ ἀτύζεται ὁ Τυφώς. ἀτύζονται Schol. vult esse ἀποστρέφονται, aversantur; at ἀτύζεσθαι est ἐκπλήττεσθαι, παράσσεσθαι, *perterrefiunt.* Saltem est λυπεῖσθαι, ut ap. Hesych. Porro ἐν Ταρτάρῳ κεῖται Typhos; et tamen mox *Ætnæ est substratus.* Scilicet Tartarus nunc non dicitur ut in Theogoniis; sed est simpliciter *quod sub terra est.* Mox v. 34. 35. sapienter poeta in obscuro positum reliquit phantasma, ne in cogitationem admittas, quomodo eidem monstro Italia supra Cumas (h. e. campi Phlegræi) cum Sicilia imposita esse possit; etsi caput campis illis, pectus Ætnæ subjectum fingere liceat.

Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα· κίων
Δ' οὐρανία συνέχει,
Νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες
Χιόνος ὀξείας τιθήνα·

Σ. β'. Κ. ιβ'.

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἀγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
Δ' ἀμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθωνι· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν πέτρας

35. De metro v. ad v. 171. *Σικελία τ'* erit proceleusmaticus pro pæone quarto. 38. *νιφόεσσ'* et *χιόνος*. Sed *νιφετὸν* et *χιόνα* jungere sollenne poetis, v. c. Il. *κ*. 7. est enim alterum cum significatu procellosæ tempestatis conjunctum. 41. *ἀγνόταται* Rom. et Crat. cum Bodl. *β*. *γ*. Sed emendate Brub. cum seqq. secundum ed. Ald. Dubitat Pauw, an non poeta dederit *ἄπλατοι πυρὸς ἀγυιᾶτε ἐκ μυχῶν παῖαι*. At viro in Pindari lectione versato quomodo illa epithetorum translocatio insolens videri poterat? Est autem *ἀγνὸν* ignis epitheton simpliciter ornans, et a natura ignis petitum, quæ etiam in lustrationibus spectabatur; neque adeo probanda conjectura viri docti in Act. Erudit. Lips. 1749. Novembr. p. 646. et Barfordi Cantabr. 1751. *αἰνόταται*. 43. *τὸ ν* in *ἀμέραισιν* et mox in *ὄρφναισιν* addiderunt Oxonienses, monente Schmidio. 44. De Ætna interdiu fumum et caliginem, noctu

40. Ol. lxxv. 4. sex annis ante hanc Hieronis victoriam Ætnæ incendium Siciliam vastaverat; aliud antiquius memoratur, nec tamen plura de eo constant; etsi in Empedoclis tempora illud incidere debuit secundum narrata de ejus morte; tertium est illud, de quo Thucydides loquitur iii. extr. Ol. lxxxviii. 2. ante C. N. 421. anno post secundum quinquagesimo. Docuere multi. v. ad Diod. t. i. p. 161. cf. Gedike et nuper Wernsdorf P. M. to. iv. p. 378. Aristoteles tamen, si modo is auctor est Mirab. Audit. cap. 113., jam *sæpe* Ætnæ incendium insulam incursasse ait.

42. *Mons Ætna nocturnis mirus incendiis;* Plin. iii. 8. 14. v. Strab. vi. p. 420. B. (274.). Itaque v. 44-46. sunt tantum ornamenta flammæ: *noctu ardet;* nam dies flammæ adspectum oculis subducit, nec nisi fumus in conspectum venit. Apud Virgilium per intervalla et vices flamma et fumus variant: vid. Æn. iii. 572. sq. Mox v. 47. *Ἀφαίστοιο κρουνοὺς* jungenda esse patet. Sunt iidem, qui paullo ante 42. *ποταμοὶ*, scil. *πυρός*. et *ἐρατιστὸν* est *monstrum*, *portentum*. v. Valken. ad Theocrit. p. 399.

Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ' Ἀφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι· θαῦμα δὲ καὶ παριόν-
των ἀκοῦσαι,

A. β'. K. ιβ'.

Οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-

etiam flammas, per tenebras scilicet sub conspectum venientes, eructante res est nota. vide ad Virgil. iii. Æn. 371. sqq. Sed Pauwium h. l. tenet illud, quod *noctu saxa evomere* dicitur Ætna, quasi id non æque fiat interdiu. Itaque ipse emendat τίφρας pro πίτρας. Qua in re cum acute viderit alterum, miror, eum non æque vidisse, in nova hac lectione inferri aliud quid, ut scilicet *cinis* evomatur, quod interdiu non minus fit quam noctu; reliqua autem, inprimisque τὸ, σὺν πατάγῳ, parum convenire cineri. Itaque maneamus in vulgata eamque ad poeticam normam moremque exigamus, quo, cum altero membro simpliciter dicendum esset: ἐν ὄρφναισι φοίνισσα κυλίνδεται φλόξ, ne nude id poneret, vestivit et exornavit splendide ex adjuncto: φλὸξ κυλινδομένα φέρει etc. Poetam autem in his ad dialecticam subtilitatem revocare velle, calumniari est. 49. Θ. ἰδέσθαι August. πυθέσθαι Pal. C. syllaba in utroque deficiente. Θ. τι πυθέσθαι Bodl. C. et Θ. τι ἰδέσθαι Bodl. β. γ. cum ed. Ald. sed recte præfert Pauw vulgatam. 50. παριόντων vacare dicit Pauw, et emendat παριόντων, quod tamen minus lyricum esset. [51. post ἀκοῦσαι Heynius signum coli posuit.]

49. τέρας θαυμάσιον προσιδέσθαι pro simplici θαῦμα ἰδέσθαι, uti sequitur, θαῦμα δὲ καὶ (ἐκ) παριόντων ἀκοῦσαι, h. e. *si ex iis audias, qui Siciliam adiere.* Videri potest sententia sic infringi et pedestri orationi similior fieri, cum in poeta requiratur: *visu audituque* (propter tantos fragores) *horrendum*: itaque olim θαῦμα παριόντων jungebam. Vulgaris enim ratio magis conveniret historico: ut Diod. i. 36. Τὸ δὲ γινόμενον περὶ τὴν ἀνάδοσιν τοῦ Νείλου τοῖς μὲν ἰδοῦσι θαυμαστὸν φαίνεται, τοῖς δ' ἀκούσασι παντελῶς ἄπιστον. Cic. Verr. iv. 39. *Quod cum illis, qui aderant, indignum, qui audiebant, incredibile.* Adde 56. de *hastis gramineis.* At θαῦμα ἰδέσθαι etiam apud Hesiod. Sc. H. 140. 218. 224. θαῦμα μέγα φράσσασθαι. Sophocl. Elect. 761. (Br. ed.) [Τοιαῦτά τοι ταῦτ' ἐστὶν, ὡς μὲν ἐν λόγοις, Ἀλγεινὰ, τοῖς δ' ἰδοῦσιν, οἵτερ εἴδομεν, Μέγιστα πάντων ὧν ὅσων' ἐγὼ κακῶν. Justin. iv. 1, 9. de freto Siculo: *neque experientibus modo terribile, verum etiam procul visentibus.* e Theopompo petita. *Ex Schedis.*]

Ad 52. sq. cf. Æschylum Prom. 351-366. sq. Sensus est, Typhonem includi inter fundum scruposum et montem impositum. οἷον pro ὡς ἐνδέδεται ταῖς κορυφαῖς, simpl pro. *monte*, cui respondet *solum, cui incubat.* [οἷον pro οὕτως, *sic*

λοις δέδεται κορυφαῖς
Καὶ πέδῳ· στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ' ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον κεντεῖ.
Εἴη, Ζεῦ, τὶν εἴη ἀνδάνειν,
Ὅς τοῦτ' ἐφέπεις ὄρος, εὐκάρποιο γαί-
ας μέτωπον, τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν
Κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανεν πόλιν
Γείτονα· Πυθιάδος
Δ' ἐν δρόμῳ κάρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγ-
γέλλων Ἱέρωνος ὑπὲρ
Καλλινίκου

Ε. β'. Κ. ιέ.

Ἅρμασι. Ναυσιφορήτοις
Δ' ἀνδράσι πρῶτα χάρις
Ἐς πλόον, ἀρχομένοις πομ-
παῖον ἐλθεῖν οὖρον· ἐοικότα γὰρ
Κἀν τελευτᾷ φερτέρου νό-
στου τυχεῖν. ὁ δὲ λόγος

56. εἴη τιν ἀ. Morell. et al. 65. πρῶτον Bodl. β. γ. 66. ἐρχομένοις Schmidius reposuerat ex Augustano, et sic laudari ait locum a Schol. ad Nem. i. Vulgo omnes ἀρχομένοις, quod displicebat, quoniam jungebant ἀρχομένοις ἐς πλόον. Immo vero πρῶτα, (non πρῶτα, ut exaratum ab Oxoniens.) χάρις ἐς πλόον. (sc. γίνεται,) ἀρχομένοις (αὐτοῖς τοῦ πλόου) πομπαῖον ἐλθεῖν οὖρον. Vidit quoque Pauw. 68. φερτέρα Bodl. β. γ. cum Ald.

hoc modo, τοίως. l. per exclamationem, ὡς! *Ex Schedis.*]

[56. Væ iis qui diis exosi sunt! Ego vero utinam sim θεοφιλής! *Ex Schedis.*]

66. Nondum nota displicet. πρῶτα χάρις ἐς πλόον, [ἐν πλόῳ. *Ex Schedis.*] ἀρχομένοις (πλόου) πομπαῖον ἐλθεῖν οὖρον. possis quoque jungere: ἐλθεῖν οὖρον ἐς πλόον. At Vauvilliers ad Sophocl. to. ii. p. 59. not. damnato ἐρχομένοις, quod olim ipse probaverat, ἐς πλόον ἀρχομένοις jungit, ut sit *auspicantibus, libantibus, sacrificantibus.* Dura sane oratio.

69. ὁ δὲ [γὰρ. *Ex Schedis.*] λόγος—φέρει. *Ratio*, quæ par est inter navigationis initia et urbem recens conditam, affert spem post tam faustum fortunæ casum, ταύτῃ ἐπὶ συντυχίᾳ, ἐς τὸ λοιπὸν, in posterum, ἔσεσθαι sc. τὴν πόλιν—fere ut Ol. ii. 32. ἕπεται δὲ λόγος Κάδμοιο κούραις.—73. σὺν θαλίαις εὐφώνοις,

Ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει,
Λοιπὸν ἔσσεσθαι στεφάνοι-
σί τε ἵπποις τε κλυτὰν
Καὶ σὺν εὐφώνοις Θαλίαις ὀνομαστάν.
Λύκιε καὶ Δάλου ἀνάσσων
Φοῖβε, Παρνασσῶ τε κράναν
Κασταλίαν φιλέων,
Ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ
Τιθέμεν εὔανδρόν τε χώραν.

Σ. γ'. Κ. ιβ'.

Ἐκ θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶ-
σαι βροτέαις ἀρεταῖς,
Καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βια-
ταὶ περίγλωσσοί τ' ἔφυν. Ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον
Αἰνῆσαι μενοινῶν, ἕλπομαι

72. hoc emendatum ex Bodl. C. metro postulante. Vulgo ubique: -σιν, ἵπποισίν τε κλυτάν. In quibus veriorem lectionem adhuc quæro. Nam deest subjectum: *Ætnam urbem.* Fuit forte στιφάνοισί νιν ἵπποις τε. Mox κλυτὰν καὶ ὀνομαστὰν σπ. ἵπποις τε σὺν i. θ. est σὺν pro διά. 74. Δάλοιο ἀνάσσων omnes ante Schmidium: poterat ferri tribrachys ex sententia Pauwii. Receptum erat Δάλοι' ἀνάσσων. [Hermann. ad Orph. p. 722. *Ex Schedis.*] Δαλίου Bodl. C. Δάλου Bodl. β. γ. quod pro vero habeo. In principio Λύκιε καὶ est Pæon quartus. v. ad 191. 75. Παρνασῶ erat, recte; haud dubie ea antiquior scriptura: sed in aliis locis regnat in edd. recentior forma geminato sibilo. 78. Perperam Schmidius Scholiasten arbitratur τελέμεν legisse: πράττειν καὶ συμπεραίνειν explicat τὸ τιθέμεν pro ποιεῖσθαι. Idem conj. εὐανδρεῖν· sed nota alia forma non est quam εὐανδρεῖσθαι. Scilicet putabat ad εὔανδρόν τε χώραν repetendum esse τιθέμεν. Enimvero satis patet, ordinem esse verborum: τιθέμεν νόῳ (ἐντιθέναι νόῳ vel τιθέναι εἰς νοῦν) ταῦτα χώραν τε εὔανδρον. 81. βιηταὶ tres Bodl.

h. ἐν, διὰ Θαλιῶν. *epulas* pro festis sollennibus dicit, in quibus carmina canuntur. Mox 77. ταῦτα est pro τοῦτο, *omen illud.* et 79. μαχαναὶ πᾶσαι, μηχανὴ πᾶσα, h. πάντα ἃ μηχανῶνται βροτοὶ τῇ ἀρετῇ ἰαυτῶν.

A v. 82. novum sententiarum ordinem orditur Pindarus: sc. de laudibus Hieronis, quas v. 82-86. justas ac debitas esse ait, et deberi summas. Similia inf. Nem. vii. 103. sq.

Μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ' ὡσεί τ' ἀγῶ-
νος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων,
Μακρὰ δὲ ῥίψαις ἀμεύσεσθ' ἀντίους.
Εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος ὅλ-
βον μὲν οὕτω καὶ πτεάνων δόσιν εὐ-
θύνοι, καμάτων δ' ἐπίλα-
σιν παράσχοι.

A. γ'. K. ιβ'.

Ἦ κεν ἀμμνάσειεν, οἵαις
Ἐν πολέμοισι μάχαις
Τλάμονι ψυχᾷ παρέμει-
ν', ἀνίχ' εὑρίσκοντο θεῶν παλάμαις τιμὰν,

86. ἐκρίψαις ex Bodl. C. receperant Oxon. Productum δὲ ante ῥίψαις. Porro ἀμεύσεσθαι Bodl. β. γ. etiam ἀμεύσεσθ' Ald. quod Mingarell. probat. Vulgg. ἀμεύσασθ'. De voce v. Hesych. qui ἀμεῖσεσθαι, διελθεῖν, περαιώσασθαι interpretatur, commode ad h. l. Pauwius eam ab ἄμη operose deducit. Vix dubites, quin fuerit ἀμέω, ἀμείω, ἀμεύω et ἀμείσω. Sic στάω, στῶ, στέω, στεύω et στείσω. Nec absimilia τρίσω ex τρέω, θλίσω ex θλάω. 91. ἀμμνάσειεν emendavit Schmidius pro ἀναμνάσειεν tacite: non enim egregius vir, quoties stipulam de via tollebat, Quiritum fidem testabatur. Nec tamen necesse erat id facere, cum metrum non cogat. Vulgo, ἄν μνάσειεν. οἵας ed. Rom. aiunt Oxonienses. exemplar nostrum αἵαις exhibet. 94. In εὑρίσκοντο subjiciunt Interpretes, præeuntibus Scholiis, *Hiero cum fratribus, et Therone;* quod sane durissimum, cum in ceteris regnet singularis numerus. Possis non minore jure subintelligere *homines*, vel *Siculi* et *αἱ μάχαι*. hoc quidem melius. Pauw emendatione egere locum opinatus scribit: παρέμει- νεν, ἵν' εὑρίσκοντο θ. π. τιμάν. Vauvilliers, qui olim Larcherium

87. εἰ γὰρ pro αἴθε. *Sit modo felicitas perpetua et integra!* εὐθύνει proprie *ventus secundus* navem propellit, seu *gubernator* regit, nunc fortuna.

91. [pro ἀναμνήσεται, ἀναμνᾶται γὰρ, *memoria tenet ipse, quæ—. Ex Schedis.*] Quæ sequuntur usque ad v. 108., subnata e memoratione ærumnarum, καμάτων, in parenthesi posita sunt; redit v. 109. ad eadem vota, in quibus v. 87-90. substiterat. Lux hinc toti loco affunditur. *Sane memor esse potest, quot prœliis discrimina adierit, quibus sibi dignitatem regiam paravit et regias opes firmavit.* Repetit sententiam inf. Pyth. ii. 108. sq. παρέμεινε potentius quam παρεγένετο.

94. εὑρίσκοντο ad Hieronem cum fratribus, etsi durum est, referunt, quorum opera ille in bellis gerendis usus est; præivit jam unus e chol. Malim repetere αἱ μάχαι εὑρίσκοντο. v. V. L.

Οἷαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει,
Πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον. Νῦν γε μὰν
Τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων
Ἐστρατεύθη. σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιν φίλον
Καί τις ἐὼν μεγαλά-
νωρ ἔσανεν. φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλ-
κει τειρόμενον μεταλλά-
σοντας ἐλθεῖν

sequutus, doctissimum virum, proposuerat: ἃ νίχ' (pro ἃ νίκα) εὑρίσκοντα, quod contortum est et metro adversatur, mox ad Sophocl. Electr. p. 33. emendat εὑρίσκοιτο, et εὑρίσχοντα vir doctus in Nov. Act. Lips. 1749. Novembr. p. 646. (ubi multa parum feliciter in hanc Oden proposita sunt, ut et a. 1754. p. 301. sq.). Inter Mingarelli tentata erat: παρέμεινέν γ', ἵν' εὑρίσκοιτο Θ. π. φ. Si quid mutandum, lenius est, quod suspicabar: εὑρίσκοντα Θεῶν παλάμαι ut Pyth. ii. 72. δόλον Θέσαν Ζηνὸς παλάμαι. 97. ἱρέων Aug. invito metro. 98. μιν φίλον καί τις. Noluit ergo poeta dicere φίλων τις? [αὐτὸν ὄντα φίλον αὐτοῦ πρότερον. *Ex Schedis*] 101. μεταλλάσοντας a μεταλλᾶν habet saltem rationem; etsi in metrum peccat. Legitur vulgo μεταλλάσ—σοντας, quod et in grammaticam et in sensum peccat. Paul. Steph. alterum λ omisit; sicque Pauw emendat μεταλάσσοντας a μεταλάζω, ex λάζω, λάζομαι, λαμβάνω, *ut abducerent secum*. non male, modo de usu τοῦ λάζειν activa forma constaret. Sollenne est λάζεσθαι. Occurrit tamen λάζω apud Etymol. M. nec caret analogia, est enim ejusdem originis cum λαμβάνω, ex λάω, λάζω, et λαμβάνω ex λάβω vel λήβω. At quis probet non emendationem; sed ariolationem? An latet ματεύειν, quod Pindarus frequentat? ut fuerit: τειρόμενόν γε, ματεύ-σοντας. [*f.* μεταβάσοντας. βάζω, βιβάζω τινὰ, *arcesso*. Ahlwardt. μεταμίψοντας. *Ex Schedis.*]

96. sq. Νῦν γε μάν. Morbo laborantem Hieronem effinxere nobis grammatici ex Philoctetis memoratione. Verba suppeditant tantum hæc: *Hieronem ab iis, qui alienis fuerant animis, ut iis auxilium ferret, arcessitum esse. Ad Philoctetis ille exemplum arma sumsit; quem inimicus* (Ulysses), *necessitate urgente, superbi alioquin animi, blandis verbis demulsit.* [Tanquam alter Philoctetes, qui, ab iis, a quibus in Lemno relictus fuerat, nunc ope ejus implorata, Trojam adiit, ab iis, qui eum antea contemserant, (a Therone) precibus expetitus militatum ivit. *Ex Schedis.*] *Narrant Scilicet* etc. Νῦν γε. ergo hoc diversum a superioribus bellis. Sequor in hac interpretatione morem poetæ in digressione per fabulas ad comparationem memoratas.

98. Hæreo in hoc, præstetne σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιν φίλον—ad Hieronem referre, an ad Philoctetem, ad quem utique spectant seqq. φαντὶ δὲ pro γάρ. [De Philoctete v. Philostrat. jun. 17. (Opusc. v. p. 192.) *Ex Schedis.*]

[99. τις. Schol. Theronem intelligit. *Ex Schedis.*]

Ε. γ'. Κ. ιέ.

Ἥρωας ἀντιθέους Ποί-
αντος υἱὸν τοξόταν·
Ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρ-
σεν, τελεύτασέν τε πόνους Δαναοῖς,
Ἀσθενεῖ μὲν χρωτὶ βαίνων·
Ἀλλὰ μοιρίδιον ἦν.
Οὕτω δ' Ἱέρωνι θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι
Τὸν προσέρποντα χρόνον, ὧν
Ἔραται, καιρὸν διδούς.
Μοῖσα, καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι
Πείθεό μοι ποινὰν τεθρίππων.
Χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νι-
καφορία πατέρος.
Ἄγ', ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ
Φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον,

Σ. δ'. Κ. ιβ'.

Τῷ πόλιν κείναν θεοδμά-

109. Cum syllaba abundare videatur, Schmidius conj. Ἱέρωνί τις ὀρθωτὴρ, vel Ἱέρωνι θεὸς σωτήρ. probant prius Oxonienses. Sed θεὸς una syllaba est efferendum, quod Pauw monuit. Mingarell. conj. οὕτω δ', Ἱέρων, θεὸς ὁ π.—ὧν ἔρασαι, κ. δ. ut Hiero sit vocandi casu. [Ita Heynius in textu correxit.] πίλει aliqui ap. Schmid. nescio qui. 110. τόν γε Bodl. C. τὸν ποτιέρποντα Ald. quod Pindaricum est. 112. Δεινομένη scribit Ald. καὶ περὶ Δεινομένην Cod. Aug. 113. πείθεό μοι Choriambus pro Pæone quarto, qui requirebatur. Forte fuit πίθεό μοι, quod et Mingarell. conjiciebat. [Sic Heynius in textu correxit] v. ad 191. 118. κλεινὰν Aug. Cod.

109. *Similiter utinam*—Redit ad 88, 89. καιρὸν διδούς, *eventum*, qui ab *temporum opportunitate* pendet. cf. Nem. viii. 6.

116. [Ἔπειτα, *post ista*: ut solet poeta ad alia procedere. Vix bene pro ὕστερον, *olim*. *Ex Schedis*.] Αἴτνας βασιλεῖ. Pergit nunc poeta, quod toties facere solet, paucis versibus diversorum laudes complexus, ad Jovem celebrandum; unde inf. 130. Ζεῦ, πίλει. Jam τῷ v. 118. intellige, *Jovi Ætnæo, cui novam urbem condidit et dedicavit Hiero: et quidem legibus et institutis Doriensium.*

τῳ σὺν ἐλευθερίᾳ
Ὑλλίδος στάθμας Ἱέρων
Ἐν νόμοις ἔκτισσε. θέλοντι δὲ Παμφύλου
Καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι,
Ὀχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες, αἰ-
εὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ
Δωριῆς. ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι,
Πινδόθεν ὀρνύμενοι,
Λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδο-
ξοι γείτονες, ὧν κλέος ἄν-
θησεν αἰχμᾶς.

A. δ'. K. ιβ'.

Ζεῦ, τέλει αἰεὶ δὲ τοιαύ-

[121. ἔκτισσ'. ἐθέλοντι Boeckh. Comment. p. xxviii. *Ex Schedis.*] 125. Δωριῆς, quæ apertior Dorica ratio, Rom. et al. Δωριῆς ex Ald. repetitum. 130. Ζεῦ τέλει', omnes vett. edd. nisi quod Crat. Ζεῦ, τέλει' αἰεὶ δέ. nec excidit apostrophus nisi in Pauli Stephani edd. incuria, puto. Idem tamen est, τέλει an τέλει' scribas; nam est τελέω et τελείω. Supplet Schmidius: Ζεῦ τέλει ταῦτα ἃ αἰτῶ. Ita vero sequentia laborant; nec videntur Ζεῦ τέλει ad superiora spectare; nullæ enim preces antecesserunt. Necesse adeo ad seqq. referre. Sed tum δὲ retrahendum est, fitque trajectio dura pro τέλει δὲ αἰεὶ τ. Ita sane præstat scribere γε, quod

120. Ætnæ coloni Dorici erant generis, Geloi, Megarenses et Syracusani; arcessiti quoque advenæ erant alii e Peloponneso ad quinque millia: Diod. xi. 49. Iis relictæ *leges patriæ et instituta Doriensium* (de quibus disertius actum in *Opusc. acad.* to. ii. p. 217. sq.). Ab *Hyllo*, Herculis filio, tanquam primo duce Doriensium in Peloponnesum incursantium, etsi ille cæsus ab Echemo Arcadum rege, et dilatus fuit reditus in L annos, appellantur nunc *leges* Doriensium νόμοι Ὑλλίδος στάθμας: et mox eædem *leges Ægimii*, Αἰγιμιοῦ τεθμοί: et appellantur Dorienses *posteri Pamphyli et Heraclidarum*; scilicet fuit *Ægimius* inter generis Dorici majores: cujus filii *Pamphylus* et *Dymas* profectioni in Peloponnesum interfuerunt. v. Apollod. ii. 8. 3. extr. ubi cf. Not. p. 515. add. inf. Pyth. v. 96. Nacti erant posteri sedes in Laconica et *Amyclas* obtinuerant.

In v. 123. enallage temporis est, res præterita tanquam præsens, ναίοντες *qui olim habitarunt*, οἱ νασάμενοι. [immo, qui habitant, postquam venerunt. *Ex Schedis.*] Etiam ἔσχον vi plusquamperfecti: nam ad colonorum, qui ex Peloponneso venerant, majores hoc spectat. Sæpe hoc animo tenendum erat; ut Nem. ix. 130. φεῦγε, *fugerat*.

130—6. Locus impeditus, in quo expediendo nec olim feliciter versatus sum,

τὰν Ἀμένα παρ' ὕδωρ
Αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦ-
σιν διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων.
Σύν τοί τίν κεν ἀγητὴρ ἀνὴρ
Τίῳ τ' ἐπιτελλόμενος δᾶμόν τε γέ-

jam Pauw maluit. Nec tamen ita res est expedita: duplex enim accusativus, qui sequitur, ambiguum facit, utrum sit subjectum: num αἶσα διακρίνει λόγον, an λόγος διακρίνει αἶσαν? Utraque ratio durissima est. Præstat priorem sequi: *fac, ut conditio populi Ætnæi et regum talis sit, ut constituat verum nomen, veram famam* (Dorici instituti), *laudem,* (ut sæpe λόγος in Pindaro) *inter homines*; h. fac, ut Ætnæi dicantur vere frui Doricis institutis; ut sit pro: τέλει, τοὺς ἀνθρώπους λέγειν ἐτύμως, (ἀληθῶς) τοιαύτην αἶσαν (Doricam) ἀστῶν καὶ βασιλέων διακρινθῆναι, *constitutam esse.* Esset tertia ratio, ut interpungatur post βασιλεῦσιν, sicque fieret, τέλει τοιαύταν αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσιν, (ὥστε αὐτοὺς) διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων: *hanc conditionem (fortunam) semper præsta civibus et principibus, seu regibus, ut justitiam colant.* ἔτυμος λόγος, δίκαιος λόγος, διακρίνειν τὰ δίκαια, nota sunt. Egerat autem in superioribus de legibus Doricis, ad quas urbs nova temperata fuerat. v. 120. sqq. Incommodum tamen in hanc sententiam est voc. ἀνθρώπων. 131. Ἀμενάου Bodl. C. Amenanum Strabo appellavit lib. v. p. 240. B. et sic in numis Catanæorum. Ab hoc tamen loco Ionica forma aliena. Ut Μενέλαος et Μενίλας, similiterque multa alia: sic et Ἀμένας et Ἀμένας. 134. τίς κεν Aug. male. Vix mihi persuaderi patiar, πανόφωνα hæc monosyllaba a Pindaro profecta esse Σύν τοί τίν κεν. Etsi sententia bona est: σύν τιν, *te,* Jove, *adjuvante,* tuo numine, τοὶ, *sane,* ἡγητὴρ—τράποι κεν. Necdum tamen vidi melius. Conjiciebam: σὺν τοῖσιν κεν—ἐπιτελλόμενος. *commune cum iis* (populo et filio) *imperium tenens.* ἀγιστὴρ Bodl. C. et Ald. 135. Hærent in νίῳ τ' ἐπιτελλόμενος Schmidius et Pauwius. Alter ἐπιτελλόμενος ἀγητήρ τε jungit, ut sit *dux exortus.* Nihil vidi durius. Alter νίὸν legit, nempe ut cum τράποι jungatur; (nam cum ἐπιτελλόμενος jungi nequit, quod requirit casum tertium.) Et hoc præferendum: ἀνὴρ ἡγητὴρ ἐπιτελλόμενος τράποι νίόν τε δᾶμόν τε ἐφ' ἁσυχίαν σύμφωνον. Videtur enim Hiero filium Dinomenem novæ coloniæ præfecisse, ut ipse olim a fratre Gelone Gelæ, Thrasydæus a patre Therone, tyranno Agrigentino, Himeræ, præfecti fuerant [cf. Aristotel. de Rep. v. 10. p. 306. E. *Ex Schedis*]: filium adeo in potestate retinere sibique certa ratione obnoxium habere et potuit et debuit. Obvia est caussa, cur νίὸν abierit in νίῳ, propter ἐπιτελλόμενος. 135. δᾶμόν τε γεραί- 136. ρων Ald. δᾶμόν τε γε-ραίρων Rom. et ceteræ edd. quas metrum refellit;

nec nunc satisfacio. Sensum sic satis aptum esse video: *Jupiter, fac, ut Ætnæa civitas vere Doriensium institutis uti dicatur.* Sed hæc ex verbis extorquenda sunt fidiculis: ut sæpe vidimus sententias satis probabiles ex Pindaro elici, uno et altero verbo tanquam in consilium adhibito, reliquis tacentibus. Mox v. 134. σὺν τοί τίν κεν: hiulcum hoc vix a Pindaro proficisci potuit. Conjicere licet multa: verum hariolari non est emendare, nec interpretari.

ρων τρόποι σύμφωνον ἐφ' ἀσυχίαν.
Λίσσομαι, νεῦσον, Κρονίων, ἄμερον
Ὄφρα κατ' οἶκον ὁ Φοί-
νιξ, ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς ἔχῃ,
Ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν,
Τὰν πρὸ Κύμας·

E. δ'. K. ιέ.

Οἷα Συρακοσίων ἀρ-
χῷ δαμασθέντες πάθον,
Ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν

nisi δᾶμον γεραί - ρων τρ. legas. Sed nullo modo commoda exit sententia, etiamsi jungas: *filio præcipiens eumque honorans tradat ei populum*, si vel maxime τρόποι pro ἐπιτρόποι dictum velis: quod tamen improbo, est enim: *ad concordiam et tranquillitatem animos convertere*. Itaque paruit Schmidius correctioni Ceporini in Cratandrina: γέ-ρων. 136. τρέποι Bodl. γ. porro ἐφ' exciderat Rom. ἐς ἡσυχ. Aug. ἡσυχίαν vulgo. 142. Συρακοσίων metro monente emendavit Schmidius pro -ου. 143. δαμασθὲν super adscripto δὲ Bodl. γ. Post πάθον interpunxisse videtur Scholiastes et junxisse: Ὠκυπ. ἀ. ναῶν Ὅς σφιν etc. et præferendum hoc præ altero: πάθον ὠ. ἀπὸ ναῶν.

137. sq. ἰδὼν ad Jovem referunt Scholia; mihi videbatur hoc otiosum esse; at hostes a nova expeditione deterreri possunt recordatione cladis prioris acceptæ. ὁ Φοίνιξ, ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς dictus pro *copiis navalibus et terrestribus Carthaginiensiam et Etruscorum*; eæ *viderant* cladem ad Cumas acceptam.

140, 1. ὕβριν pro ἧτταν dixit. Gelonis et Hieronis res gestas in h. l. confundebant veteres et recentiores interpretes. In v. 139—141. respiciuntur soli Etrusci Cumanos bello aggressi victique ab Hierone, qui Cumanis auxilia misit, navali prœlio Ol. 76. 3. v. Diodor. xi. 51. At in seqq. simul ad Carthaginienses, et ad hos mox solos, oratio est conversa, victos ad Himeram fl. simul classe incensa a Gelone, fratribus operam conjunctam præstantibus, Ol. 75. 1. eodem anno et die, quo pugna Salaminia facta. vid. Herodot. vii. 165. sqq. Diodor. xi. 20. sqq. et Schol. h. l. ex Ephoro.

142. οἷα conjunctum esse debebat cum antecedentibus; nunc sunt diversa. Suspicabar, copulam excidisse: οἷα Συρακοσίων τ' ἀρ- χῷ (pro ὑπ' ἀρχοῦ, a Gelone) δαμασθέντες (Pœni) πάθον· ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν ὅς σφιν etc. ut sequentia penderent a superioribus: ὄφρα ὁ ἀλαλητὸς ἰδὼν ὕβριν, οἷά τε πάθον. Videbatur mihi hoc lyrico convenientissimum esse, qui idem plura ac diversa cumulata brevibus complecti, structuram autem mutare et in diversis membris novare solet. Sed in hoc nemini meum sensum obtrudo. Ad rem conf. Nem. xi. 66. sqq. ἀλαλητὸς v. 139. pro exercitu poni, nihil habere potest, quod mira-

Ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν,
Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας
Δουλίας. αἱρέομαι
Πὰρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν
Μισθόν· ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέω
Περὶ Κιθαιρῶνος μάχαν·
Ταῖσι Μῆδοι μὲν κάμον ἀγκυλότοξοι·
Παρὰ δὲ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ἰμέρα, παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένευς τελέσαις,

147. Pro *αἱρέομαι* temerario conatu Schmidius ἐλέομαι rescripserat a Metrico deceptus. Versus est trochaicus dimeter brachycatalectus. v. Pauw ad v. 30. Pro trochæo spondeus locum occupat. Aldus, quod nemo observat, exhibet: *δουλίας* (hoc metro convenit pro vulg. *δουλείας*). *ἀρέομαι τὰν-* vitiose tamen, nec quicquam profeceris, si *ἀρέομαι*, ab *ἀρέω*, unde *ἀρέσασθαι* Homericum procedit, deducas. Mingarellus emendabat *ἐρέομαι*, habens forte in animo sup. Ol. viii. 75. *ἐρέω ταυτὰν χάριν*. At sequitur statim v. 49. *ἐρέω*. Dawes Misc. crit. p. 55. probante Vauvilliers ad Sophocl. Ajac. 77. *ἀρέομαι*, quod Atticis est *ἀροῦμαι*. Id vero est ab *αἴρω*. *αἴρισθαι μισθὸν* notum est ex Iliad. xii. 435. At enim aliena est ab h. l. significatio. Non *accipit* h. l. *mercedem* poeta, sed *laudem probat*, celebrat. Itaque acquiesco in *αἱρέομαι*, quod est *probo, ego mihi sumo*. 149. *ἐρέω τὰν* Ald. Rom. et rel. Sustulit *τὰν* metro obsequutus Schmidius. *δ' αὖ ἐρέω* Bodl. *γ*. quod et ipsum respuit metrum. 151. *Μῆδοι μὲν* ex Bodl. C. receperunt Oxonienses: poterat relinqui vulgatum: *Μήδειοι*. Referendum autem ad sensum, de duplici victoria, non grammatice exigendum, *ταῖσιν*. 152. *παρὰ δὲ τὰν* idem Bodl. C. Adscitum erat e Rom. *πὰρ δὲ*, ut trochæus procedat, pro quo in vulgari lectione dactylus *πὰρ δί γι* erat. At v. inf. ad v. 191. 154. *Δεινομένεος* Rom. et sqq. relicto Aldo cum Bodl. *γ*. *Δεινομένευς*. Mox post *αἱρέομαι* et *ἐρέω* expectabam *τελέσαιμι*. *Ad Himeram autem Dinomenis filiis* (Geloni, Hieroni, Polyzelo, Thrasybulo) *laudem*, (carmen encomiasticum) *quam hostibus victis virtute sua consetionem faciat*; est perpetuum hoc poetarum, ut *θόρυβον*, *κλόνον*, *κυδοιμόν*, et similia, *ἀλαλὰν* inf. Nem. iii. 104. pro pugna et pro acie pugnantium memorent.

[145. mersis navibus. *Ex Schedis.*]

147. sqq. *Ἀθηναίων μισθὸν αἱρέομαι χάριν* (*τὴν*) *πὰρ Σαλαμῖνος*, *Atheniensium laudem* (si Atheniensium laus mihi celebranda est) *præfero* (*αἱρέομαι*, præ omnibus aliis laudo) *decus* (*χάριν*) *ex pugna ad Salaminem* [l. *αἱρ. χάριν, μισθὸν παρὰ Σ. præmium virtutis ad S. Ex Schedis.*]; *Spartanorum vero* (*ἐν Σπάρτᾳ*, pro *τῶν Σπαρτιατῶν*) *celebrabo pugnam ad Platæas; at Dinomenis liberis a pugna ad Himeram laudes sunt petendæ*. cf. V. L. *μισθὸν* dixit pro præmio, laude ex victoria; ut Nem. vii. 39. cf. Isthm. i. 71. sq. Sic aliquoties *ἄποινα*.

Τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ,
Πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

Σ. έ. Κ. ιβ'.

Καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν
Πείρατα συντανύσαις
Ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται
Μῶμος ἀνθρώπων. ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει
Αἰανὴς ταχείας ἀπάδις.
Ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύ-

quuti sunt, pertexam. [Gurlitt. *persolvam.* P. ii. 24. *Ex Schedis.*] et jam Pauwium conjectasse video : τίλισαι- μ', ὃν ἐδέξαντ'—. At τιλίσαις non bene tentatur. Aut enim universe dixit secunda persona, pro τιλίσαι ἄν τις, uti statim v. 157. εἰ φθέγξαιο, aut ut se ipsum alloquatur, ut sæpe facit. Durius esset referre ad ἐρέω τιλίσας. Similis locus est Nem. ix. 92. sqq. 157. καιρὸν, erit subintelligendum κατὰ καιρόν. quod sane durum. Malit Mingarell. καιρῷ vel καίρι' εἰ φθ. 158. συντανύσας communi forma Ald. cum binis Bodl. 159. Laudat Eustath. p. 610. μείων λόγος. memoriter. an ψόγος voluit? quod tamen metrum respuit. 161. De αἰανὴς, quod et iv. 424. occurrit, et αἰανὸς [Soph. Aj. 681. *Ex Schedis.*], h. e. αἰνὸς, vid. præter Stephanum Hesych. h. v. Sed ἀπάδις laborare videtur : etsi id pro ἀπάδιας dictum dicas. Deberet ita, puto, ex ἥδις, ἀφῆδις ductum id esse, de quo nil constat. Πραπίδας metrum respuit, etsi Scholia per διανοίας explicant. Itaque Pauwius delabitur ad ἥπαρ, Homero pro mente frequentatum, ut forte hoc idem ἦπας vel ἧπις pronuntiatum fuerit, et conjicit : ἀπάδας vel ἀπίδας. Equidem recte conjectasse Pauwium censeo, sed pronuntiandum esse dorice, ἀπίδας [Æschyl. Suppl. 95. *Ex Schedis.*], *præcordia.* [Emendationem suam esse dicit Hermann. de Dial. Pind. p. xvii. *Ex Schedis.*] Nec πραπίδες aliam originem habere videntur, quam quod fuit παρὰ τὰς ἀπίδας. Aldina exhibet ἐλπίδας cum Pal. C. et Aug. binisque Bodleianis : quod placebat Mingarello. [Probat Gur-

157. seqq. Sententiarum ordo sic decurrere videtur : *Laudes adhuc Hieronis percurri ; molestas quidem auditu invidis ; enimvero summa brevitate usus sum.* Hac se, insigni cum arte, uti poeta aliquoties declarat : v. Pyth. iv. 439. sqq. ix. 133. sqq. qui locus prorsus cum hoc convenit. cf. Nem. iv. 53 66. x. 35. sq. Pyth. viii. 40. sq. Ait adeo γνωμικῶς : *si breviter, καιρίως, laudes celebraveris, complexus potissima capita paucis : minus faciunt illæ invidiam. Contra vero fastidium molestum* (productæ laudis) *obtundit animos,* offendit.

162. Ordo verborum : Ἀστῶν δὲ μάλιστα θυμὸν βαρύνει ἀκοὰ ἐπ' ἀλλοτρίοις ἐσλοῖς κρυφίως, pro quo θυμὸν κρύφιον. vulgare erat ἀκοὰ ἐσθλῶν ἀλλοτρίων. [*fama.* Gurlitt. *Vorzüge, die ihm fremd sind.* et μάλιστα ἐπ' ἀ. ἐσλ. jungit. *Ex Schedis.*]

νει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.
Ἀλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος,
Μὴ παρίει καλά. νώ-
μα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν. ἀ-
ψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλ-
κευε γλῶσσαν.

Α. έ. Κ. ιβ'.

Εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ-
σει, μέγα τοι φέρεται
Πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας
Ἐσσί· πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.
Εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων,
Εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἀδεῖαν ἀ-
εὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις·
Ἐξίει δ' ὥσπερ κυβερνάτας ἀνὴρ

litt. pro διανοίας. ut P. ii. 89. I. ii. 64. *Ex Schedis.*] Goes. conj. ὄπιδας, *nimia laus providam curam retardat.* Sed peccat prima in ὄπιδας in metrum. 164. οἰκτιρμὸς Bodl. C. οἰκτιρμοῦ Gott. Versum exprimit Palladas in Anal. Brunck. t. ii. p. 433. 114. 165. μὴ παριεὶς Schmidius e conj. interpolaverat, tantum ut planiorem orationem redderet. Id vero quis in Lyrico ita curet, ut lectionem mutet? 171. πὰρ σέθεν. Mingarellus malit τὸ πὰρ σέθεν. 176. ἐξιεὶς hic malit Pauw, ut jungantur cum seqq. Ita esset : *Sic splendidus, sed ita ut isto*

165. Poeta commendat justitiæ et veritatis studium. καλὰ sunt studia honesta, h. e. laudum.—167. Durissimus tropus! *acue linguam* ad vera dicenda. Pro hoc: *in incude veritatis procude verba vera.* [ut *cudere versus.* Gurlitt. incidit in *tela* a poeta emitti solita : sed tum laudes. *Ex Schedis.*] De his v. dicta ad Ol. vi. 142.

169. παραιθύσσει videtur adhuc ad eandem metaphoram spectare, a scintillis petitum, quæ cudendo ferro emicant: nisi hoc nimis acute dictum est. Potest tamen esse vel εἴ τι φλύαρον παραιθύσσει πὰρ σέθεν, vel εἰ ἡ γλῶσσα παραιθύσσει τι, transitive, ut Ol. x. 88, 89. μέγα φέρεται, πὰρ σέθεν, *quia a te profectum illud est.* Desciverat autem Hiero ab candore et integritate fratris Gelonis : Diod. xi. 67. Inde 172. ἀμφοτέροις, *veris et falsis*, ex vss. 165 et 169. nam φλύαρον vi oppositi est pro ψεῦδος. [melius pro εὐτελές. *Ex Schedis.*

[173. præclaræ tuæ indoli obsequendo. τοῖς ἐγγενέσιν ἤθεσι, τῷ τρόπῳ, animo liberali. ὀργὴ sic P. ix. 76. et ap. Herodot. v. Gurlitt. *Ex Schedis.*]

Ἰστίαν ἀνεμόεν.
Μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐ-
τραπέλοις. Ὀπιθόμβροτον αὖ-
χημα δόξας

Ε. έ. Κ. ιέ.

Οἷον ἀποιχομένων ἀν-
δρῶν δίαιταν μανύει
Καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς·
Οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά.

splendore (sumtu in eum facto) *non cogaris sordida lucra captare, quo splendori satisfacias.* Verius sententiæ disjunctæ sunt. Porro ὥστε vulgg. invito metro: quod Schmid. ex August. Cod. mutavit in ὥσπερ. 177. Pro ἀνεμόεν MS. Bodl. ἀμπετάσας ex glossa; nam et Aldus: Ἰστίον ἀνεμόεν πετάσας. 178. ὦ excciderat Rom. in qua versus sic constitutus: μὴ δολωθῇς φίλε, κέρδεσιν εὐτρα- πίλοις. claudicante metro: eamque sequuntur edd. vulgg. Schmidius vidit vitium et, ut Aldina expressum habet, legere jubet: μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐ-τραπέλοις. et consentit Pal. C. Aug. Bodl. C. et Gott. Oxonienses tamen dederunt ὦ φίλε, εὐτραπέλοις κέρδεσσ' ex Bodl. γ. in quo turpis est hiatus. Itaque ad Aldinam et codd. lectionem redii. 179. ὀπισθόμβροτον Ald. Rom. Crat. quod Brubachiana cœpit mutare in ὀπισθόμβ. Recte emendavit Schmidius: est enim ὄπισθεν pro ὄπισθεν. At Bodl. C. depravatius: ὀπισόβροτον. 184. φθινεῖ malit Schmidius, ut prior corripiatur. Fieri tamen

178. Monet poeta Hieronem, ne adulatorum vocibus aures præbeat, v. 179. κέρδη non sunt de lucro, sed, quod jam monuere viri docti, de adulatorum, qui εὐτραπέλοι, *faceti* ipsi sunt, fraudibus intelligenda. [εὐτράπελος, *gewandt.* pr. de corpore agili. *Ex Schedis.*] Concinit Diod. xi. 67. *Qui successerat Geloni, Hiero fratrum natu maximus, non eandem imperandi rationem sequutus est: ἦν γὰρ φιλάργυρος καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τῆς ἁπλότητος καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατος.* [Cf. Aristotel. de Rep. v. 11. 10. *Ex Schedis.*] Lucem hinc fenerantur et alia loca Pyth. ii. et iii. Duplici autem modo sententia constitui potest; aut sic: *Noli te pati circumveniri fraudulentis adulatorum blanditiis, laudibus. Non adulatorum voces, sed gloria post mortem superstes, a poetis et historicis tradita, declarat posteris, qualis aliquis fuerit.* Ita accipiendum (ἐν) λογίοις καὶ ἀοιδοῖς ex perpetuo more pro διὰ λογίων κ. ἀ. Sunt autem λόγιοι historici, puto. Etiam sic N. vi. 51. Commentator sententiæ est Diodor. xi. 38. Ex altera ratione, si λογίοις καὶ ἀοιδοῖς tertius casus sit, quibus traduntur a fama mortuorum regum laudes, sententia exoritur hæc: *ut ea post mortem demum ad poetas et historicos perveniat, iisque declaret, qualis vita regum fuerit.* Hæc interpretatio molestior est, et hoc quoque incommodi habet, quod et *vivientes* reges ab historicis et poetis celebrari possunt et celebrantur. [Contra Gurlitt. *Ex Schedis.*]

184. *Crœsus adhuc laudatur propter benevolentiam et facilitatem.* Videntur hospites eum adiisse plures, exemplo Solonis; et forte eodem spectant munera per urbes et templa Græciæ ab eo dedicata.

Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυ-
τῆρα νηλέα νόον
Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις.
Οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπω-
ρόφιαι κοινωνίαν
Μαλθακὰν παίδων ἀάροισι δέχονται.
Τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἄθλων·
Εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖ-
ρ'. ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
Ὅς ἂν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ,
Στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

idem in φθίνει, monet Pauwius. Scilicet post Homerum φθίνω priore correpta usu habitum, ut ap. Tragicos; v. c. Eurip. Alc. 201. ζητῶν· φθίνει γὰρ καὶ μαραίνεται νόσῳ. Etiam noster corripit sic inf. iv. 471. v. 161. 187. αἰσχρὰ—φήμη Schol. seu ex glossa seu varietate scripturæ. 191. Qui vulgo legitur versus, εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρ. ἄ. a Schmidio, male de metro sollicito, est concinnatus. Librorum et vett. edd. lectio est: τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἀέθλων, proba, etiam Pauwio judice. ἄθλων tamen refingere possis: ut etiam Bodl. γ. exhibet. Scilicet non observatum erat a viris doctis, Mingarello excepto, primum pedem in hoc versu esse Pæonem quartum; quod v. 74. docere poterat; itaque male corrupti fuerunt vss. 113. 152. add. 35. 74.

188.—190. In carminibus juvenum inter epulas cani solitis nulla Phalaridis fit mentio. κοινωνίαν· οὐ δέχονταί μιν κοινωνὸν, quatenus non admittunt ejus nomen in carmine, nec adjungunt aliis quos celebrant; adeoque omnino non eum memorant. μαλθακὰν, *suavem*, (ἐν) παίδων ἀάροισι, *cantibus inter epulas*. hinc epitheton ὑπωρόφιαι.

191. *Bonum successum habere* [εὖ πράττειν. *Ex Schedis.*] *prima est felicitas*. ἄθλον, *præmium, bonum. Præclare factorum laudatores habere proxima felicitas.* εν παθεῖν: conf. ad Pyth. iii. 186. Sententia et ab aliis expressa: forte ante oculos locus fuit Euripidi Hippol. 1016. sq.

[194. ἕλῃ. I. vicerit, I. consequutus fuerit. *Ex Schedis.*]

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ β'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΙΕΡΩΝΙ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Ad Syracusas conversus poeta se eis hymnum ferre propter Hieronis victoriam curulem nuntiat—23. deberi Hieroni hymnum propter summa viri merita: quod illustrat antiquo Ixionis dicto, qui ingrati animi pœnas luit. Inde e v. 89. sententias subjungit, quibus narrationem firmet, et a v. 96. se ab opprobrio male-dicentiæ in heroem purgat. Inde v. 101. ad Hieronis laudes progreditur: contigisse ei sapientiam cum virtutis et fortunæ bonis. A v. 125. bona consilia et monita subjungit.

Σ. ά. Κ. ιέ.

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΕΣΣ ὦ Συρά-κοσαι, βαθυπολέμου

Quibus ludis victoria hæc curulis, nam curulem fuisse dubitari nequit, parta fuerit, disputant grammatici ad v. 9. [Prius in festis epulis in urbe Ætna, deinde Syracusis celebratam esse opinatur Kuithan *Versuch* p. 16. Ad Olympicam refert Gurlitt. nam aliquam obtinuisse narrat Pausanias i. 8. et Ol. i. 176. pollicetur. *Ex Schedis.*] Ex voc. πώλους v. 19. nolim argumentum petere; nam poetice pro ἵππος omnino dicitur sæpe. Constat certe inter eos, Pythicam non fuisse, et carmen aliunde alieno loco esse insertum. Thebis fuisse missum carmen ἐπιστολιμαῖον, e v. 6. et 125. intelligitur; cujus generis tamen fuere plura in hoc ipso volumine. Quam idoneum tale carminis genus sit

Τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
Ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν
Δαιμόνιαι τροφοί·
Υ̓́μμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν
Φέρων μέλος ἔρχομαι
Ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος·
Εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων
Τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρ-
τυγίαν στεφάνοις,
Ποταμίας ἔδος Ἀρτέμιδος·

4. *Ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν.* Debet hoc esse ex *ὁ σιδαροχάρμης*, adeoque *Ἵππων* ab *οἱ Ἵπποι*, non ab *αἱ Ἵπποι*. 6. *λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν* (deb. saltem *Ἀθηνᾶν*) olim emendaverat Dionysius Phaselites, quod non Pythiis, sed in Panathenæis victori Hieroni scripta esse prodebatur a nonnullis hæc Ode. v. Schol. ad v. 1. Perperam. Nam missum a Pindaro Thebis. *ὔμμιν* Oxon. ex ed. Commelin. cett. *ὕμμιν*. Æolice s. Dorice. 7. *μέλος—ἀγγελίαν* pro *τὸ ἀγγέλλον*.

lyricæ poesi, equidem non dicam. Inter *ἐγκώμια* fuisse suspicetur aliquis ex v. 24. sqq. Ad v. 127. *ὑπορχηματικὸν* facit Grammaticus; fuere autem Pindari *ὑπορχήματα*: vid. Fragmenta p. 26. sqq. et p. 7. Ipse poeta *Καστόρειον* appellat v. 127. quod nomen æque obscurum est, et probabile fit, nihil aliud significare quam *ἱππικόν*. Ol. i. 163. *ἱππικῷ νόμῳ*. cf. Pyth. xii. 92. Isthm. i. 21. *ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ὕμνῳ*. Non enim eo modo licet accipere, quo *τὸ Καστόρειον μέλος* dictum fuit apud Lacedæmonios, quod ad rhythmum *ἐμβατήριον* est referendum: carmen quod canebatur instante prœlio. Apud Plutarch. in Lycurgo p. 53. prœlio jam committendo rex jubet *τοὺς αὐλητὰς αὐλεῖν τὸ Καστόρειον μέλος*. v. eund. de Musica Opp. t. ii. p. 1140. C. Pollux, iv. 78. cf. Klotz ad Tyrtæum p. 166. Omnino in Hieronem carmina fuere Pindari plura: ut nolim ariolando otium perdere. v. Fragmenta p. 7. sqq.

3. Syracusæ *τέμενος Ἄρεος*, non, puto, quia in Martis tutela erant, aut ejus cultu insignes; sed simpliciter, quia bellicosi erant Syracusani; ut de Locris Ol. x. 19. *μέλει δέ σφισι χάλκεος Ἄρης*.

12. *Ortygiam* insulam *ποταμίας ἔδος Ἀρτέμιδος*. nam Dianæ fuit ea insula sacra, Diod. v. 3. unde Ortygia Nymphas inter Dianæ inf. Nem. i. 3. Et erat Dianæ templum in insula: v. ap. Dorvill. Sicul. p. 196. sq. *ποταμίας, τῆς Ἀλφειώας* ait Schol.—Noti sunt amores Alphei Peloponnesii fl. et Amthusæ fontis Ortygiæ. Diana Alpheæa colebatur in Elide, Paus. vi. 22. Ambit tamen insulam Anapus fluvius.

Quod v. 16. sq. Diana, Mercurius et Neptunus quadrigas ad certamen adornant, ut ad Isthmia hoc trahatur, vellem esse aliquid, quod cogat ita statuere; etsi et in templo Neptuni Isthmii signa eorum deorum memorantur ap. Paus. ii. 2. At bene Diana memo-

Τᾶς οὐκ ἄτερ κείνας ἀγαναῖσιν ἐν
Χερσὶ ποικιλανίους
'Εδάμασσε πώλους.

Α. α'. Κ. ιε'.

'Επὶ γὰρ ἰοχέαιρα παρ-
θένος χερὶ διδύμᾳ,
Ὅ τ' ἐναγώνιος Ἑρμᾶς,
Αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον,
Ξεστὸν ὅταν δίφρον
Ἐν θ' ἅρματα πεισιχάλινα καταζευ-
γνύῃ σθένος ἵππιον,
Ὀρσοτρίαιναν εὐρυβίαν καλέων θεόν.
Ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ

13. κείνας—πώλους. Suspicari in promtu est, fuisse κλεινάς. 17. χερὶ repetiit ex Ald. Schmid. Alii χειρὶ, quod Iambicum metrum respuit. διδύμα Ald. Rom. et al. ut Diana sit διδύμη. minus bene. 20. Mingarell. conj. ὅτ' ἐν δίφρον ἔν θ'. 21. ἅρματα post δίφρον displicent Pauwio: emendat itaque ἕρματα, ut hæc sint ζυγὰ et lora: quem tamen significatum aliunde non firmat, nisi quod ait, polysemon esse vocem et ab εἴρω ductam. Multa argutantur Scholia; est in his: ὅταν καταζευγνύῃ σθένος ἵππιον (h. τοὺς ἵππους) ἐν δίφρου ξεστὸν ἅρματά τε πεισιχάλινα, ut ἐν æolice et dorice pro εἰς (ἐνς, unde factum ἐς, mox prodnctum εἰς, et ἐν) posita sit. Exempla laudant Maittaire de dialectis et Kœn. ad Gregor. Corinth. p. 163. Eustath. in Il. ε. p. 722. 6. Salmas. ad Inscript. Herodis p. 68. Valken. ad Theocr. p. 364. Expeditior est junctura: ὅταν Hiero ἐγκαταζευγνύῃ σθένος ἵππιον (εἰς) δίφρου ἅρματά τε. 22. Scrib. ἵππιον pro ἵππιον.

rata est, quia ejus templum in Ortygia erat: Mercurius propter certamina, unde ἐναγώνιος dictus, et Neptunus propter equos domitos, ut toties: Pyth. vi. 49. sq. Ol. v. 49.

24. ἐπίλιτσιν pro στιλεῖ. *Alii poetæ celebrant alios. Hiero celebratur a Locris propter merita in eos*: depulso Anaxilao tyranno, qui bello eos oppugnare aggressus erat. Præparat autem sententiam: inter omnes alios Hieronem esse celebrandum. *Resonant*, adeoque *canuntur* φῶμαι ἀμφὶ Κινύραν, *carmina in Cinyram*, ex sollenni vocis usu in hymnis: ut Hymn. in Bacchum: Ἀμφὶ Διώνυσον —μυήσομαι. et xx. Ἀμφὶ Ποσειδάωνα θεὸν μέγαν ἄρχομ' ἀείδειν. Eurip. Troad. 511. et alibi. Sicque ἀμφὶ ἄναχτα et e Terpandro ἀμφί μοι ἄνασσα, sc. cane Musa; ut in Hymn. Hom. xvii. ἀμφί μοι Ἑρμείαο φίλον γόνον ἔννεπε Μοῦσα. Aliter se habet ἀμφὶ ἄναξ h. ἀμφί μοι ἔσο, *ades mihi*: ut in Aristoph. Nub. 595. Ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβε ἄναξ. Confusa pas-

Εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕ-
μνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.
Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων, τὸν ὅ
Χρυσοχαῖτα προφρόνως
Ἐφίλασ' Ἀπόλλων

Ε. ά. Κ. ιδ'.

Ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας.
Ἄγει δὲ χάρις φίλων
Ποί τινος ἀντὶ ἔργων
Ὀπιζομένα· σὲ δ', ὦ Δεινομένειε παῖ,
Ζεφυρία πρὸ δόμων

25. εὐαυχία Pal. C. et Gott. et sic ex Schol. unus: ἢ ἐφ' ᾧ ἐστιν αὐχεῖν. Ad εὐαχὴς pro εὐηχὴς doctæ sunt disputationes Toupii in Epist. crit. p. 144. Emendation. in Suid. t. iii. p. 304. Koppiers. Obss. philol. p. 89. quas omitto, quia ad Pindarum nihil faciunt. 29. χρυσοχαῖτα dorica forma (ut ἱππόστα pro ἱππότης et alia, v. c. μητιέτα, νεφεληγερέτα, apud Homer.) refinxerat post Rittershusium Schmidius, ut ditrochæum recuperaret. Auctoritatem desiderabant Oxonienses: quam suppeditat utique Aldina. Ferri tamen posse ait Pauw spondeum. 33. ποί τινος divisim scripsi, ut par erat, monente quoque Pauwio, et Ald. Romanaque præeunte. Male vulgo ποίτινος, in quo tricantur interpretes. Schmidius Jerem. Spigelii conjecturam in textum receperat, ποίμμον· esse enim ποινὴν poetæ pro retributione. Utique ποὶ jejunum est. Licet substituere τοί. ἄγει δέ τοι (sane τὸν ὕμνον ex 25, 26.) χάρις ὀπιζομένη τινὸς ἀντὶ ἔργων φίλων, grata mens deveneranda aliquem (devenerandi caussa) pro beneficiis acceptis. [solet enim grata in aliquem mens etc. *Ex Schedis.*]

sim hæc. Mingarell. malit Κύπριον—Κινύραν, agi enim de regibus omnino a poetis laudatis, non a poetis Cypriis sigillatim. Occurres, si carmina a Cypriis cani solita intelligas. Idem v. 31. ἱερέα Ἀφροδίτας ad templum Veneris a Cinyra conditum refert, cujus ipse sacerdos fuerit. Fabulæ de Cinyra esse debuere plures et variæ: v. Meurs. in Cypro ii. 11.; modo is Veneris fuit amasius, modo Apollinis, ut h. l. v. Notas ad Apollodor. p. 825. et paullo ante 822. 3. Præferam adeo distinctionem ἐφίλασ' Ἀπόλλων ἱερέα, κτίλον Ἀφροδίτας, tanquam simpliciorem, et credam, Pindarum diversam a vulgari rationem esse amplexum. De voce κτίλος [pr. *cicur. Ex Schedis.*] multa videri possunt ad Hesych. h. v. ad Herod. iv. p. 331. add. Schol. ad Pindar. h. l. ad Nicand. p. 23. ad Iliad γ. 196. Sufficit h. l. esse *amasium, delicias.*

35. πρὸ δόμων, in sollennibus publicis; puellarum choro ducto, aut in choreis puellaribus.

Λοκρὶς παρθένος ἀπύει,
Πολεμίων καμάτων ἐξ ἀμαχάνων
Διὰ τεὰν δύναμιν δρακεῖσ' ἀσφαλές.
Θεῶν δ' ἐφετμαῖς
Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα
Βροτοῖς λέγειν ἐν πτερόεντι τροχῷ

37. ἀμηχάνων ed. Rom. sed ex Ald. statim dorica forma retracta in Crat. 38. δραμεῖσ' Oxonienses ex Bodl. C. reposuerant, ut δραμεῖσα ἀσφαλὲς sit δραμοῦσα ἀσφαλῶς, *libere ante domos discurrens*, ἀπύει. Sed primo forma passiva verbi nota non est; δραμεῖσα vel δραμοῖσα scriptum esse debuit; tum humilis quoque ac pedestris exiret oratio, ut quidem viri docti eam instituunt. Revocanda ea erat ad elegantiorem sententiam: ut δραμεῖν ἀσφαλὲς sit a navium cursu sumtum, εὐριοδρομεῖν h. ἐυτυχεῖν. Vulgata lectio erat δρακεῖσ', quam Pauwius tuetur, ut δέρκεσθαι sit pro *vivere* ex Homerico noto: ἐμοῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο, sed et hoc infringit poeticam vim. Saltem Locra puella, liberata metu, securitatem ore vultuque prodat, adeoque *tueatur fidenter et libere*: ut contra *oculis incertis errare* solent *timentes*. Sic fere Schol. δέρκουσαι ἐλεύθερον. ἀσφαλῶς Pal. C. et Ald. cum Bodl. γ. interpretamentum est. Supra doctius etiam dixerat ὁρᾷν ἀλκάν, Ol. ix. 166. Non tamen aliunde nota est forma ἐδράκην et δρακεῖς, mirumque est poetam non maluisse δρακοῖσα vel δρακεῦσα, ab ἔδρακον, ex δέρκω, dicere. [Non debebam de forma δρακεῖς dubitare. Occurrit ea in Fragment. Scolio ii. 4. p. 11. *Ex Addendis.*] 41. πτερόεντι Rom. ed. haud dubie typographi vitio: retinuerunt tamen edd. sequentes præter Commelin. cum tamen Aldina expresse haberet πτερόεντι, quod recte revocavit Schmid. assentientibus Pal. C. Gott. et Aug. cum Schol. quem v. ad h. l. cf. ad Virg. Ge. iv. 484., ubi *vento* ex eo declarari potest, quod Asclepiades in tertio τῶν τραγῳδουμένων narraverat nonnullos tradere: ὑπὸ γὰρ δίνης καὶ θυελλῶν αὐτὸν ἐξαρπασθέντα διαφθαρῆναι φασίν. unde alii poetæ turbinem procellosum in rotam vento procelloso circumactam, τροχὸν ἀειδίνητον, πτερόεντα, ὑπόπτερον, transformasse videntur; ut factum in aliis fabulis Æolicæ gentis: hoc enim genus fabularum deprehenditur esse minus scitum ceteris et a sequioribus poetis passim immutatum. Ipsa fabula de nube et de Centauris non aliunde orta videtur, quam quod ii, qui Pelion montem inhabitabant, ad Ixionem genus suum referentes, ab aliquo vetere poeta a celeritate cursus κέντανροι, οἱ κεντοῦντες τὴν αὔραν, *aërem secantes*, et ἱπποκένταυροι appellati erant. Ex αὔρα facta νεφέλη,

38. δρακεῖσ' ἀσφαλὲς, metu liberata, adeoque *vultu erecto*, hilari, secura ipsa et rebus fidens. [Anaxilaus, rex Rheginorum, Locros Epizephyrios adortus, Hieronis monitu pacem fecerat. *Ex Schedis.*]

39. seq. φαντὶ δὲ Ἰξίονα κυλινδόμενον ἐφετμαῖς θεῶν etc. Ex dicto Ixionis videtur Virgilius petiisse suum. *Discite justitiam*, Æn. vi. 620. ubi conf. et ad Ge. iv. 424. Ad nostrum v. Schol. Od. φ. 303. et Schol. Eurip. Phœn. 1197. pleniora ap. Musgrav. ad v. 1220. alia apud Morell. ad Aristid. in Leptin. p. 96.

Παντᾶ κυλινδόμενον·
Τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς
Ἐποιχομένους τίνεσθαι.

Σ. β'. Κ. ιέ.

Ἔμαθε δὲ σαφές. εὐμενέσσι γὰρ παρὰ Κρονίδαις
Γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μακρόν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον,
Μαινομέναις φρεσὶν
Ἥρας ὅτ' ἐράσσατο, τὰν Διὸς εὐναὶ
Λάχον πολυγαθέες·
Ἀλλά νιν ὕβρις εἰς ἀάταν ὑπεράφανον

et hinc reliquæ nugæ, de Junonis tanquam aëris amplexibus. Depravatior alia lectio est Bodl. γ. πυρίοντι. forte, πυρόεντι. 44. ἐπιερχομένους Cod. Aug. et Bodl. γ. quæ vulgarior ratio, pro ἐποίχεσθαί τινα χάρισι, vel, χαρίτων ἀμοιβῇ, et h. l. ornatius, ἐποιχομένους τίνεσθαι. 48. γ' male excidit ed. Rom. et hinc aliis. 49. φρασὶν ex φρησὶν, (φρὴν, φρὰν) receperat Schmidius ex Aug. et, ut ait, ex aliis quibusdam, nescio quibus. Vulgg. φρεσίν. Miror eum non vidisse, α produci, nec in φρεσὶ quicquam displicere posse.— 50. ἐράσσατο Schmid. ex Ald. et August. vulgo ἐράσατο. etiam codd. 52. εἰς, quod et Bodl. γ. habet, metro monente subjecit Schmidius pro ἐς. Ita quoque mox ὥρσιν Oxonienses ex Schmidii monito pro ὄρσε receperunt. αὐάταν editum erat Æolicum pro ἄτην, ἀάταν, æolica inter duas vocales adspiratione, quam melius ἀFάταν scripseris, quam, ut nunc exarabatur, αὐάταν. Dawes Miscell. crit. p. 181. ἀwάταν. add. Knight p. 56. Cum tamen in omnibus aliis Digamma neglectum et extritum sit: (qua de re agam alio loco accuratius;) melius, puto, antiqua illa Græcorum ratione omissa, nostram scripturam sequemur, simpliciter ut exaretur ἀάταν. Pauwius ea de caussa vocem damnat, quod subjici ait plane tautologum: ἐξαίρετον ἕλε μόχθον. itaque præclare emendare sibi visus est: ἀπάταν, scilicet, quod alias ille dicere solet, lutea pro aureis subjiciens. Non vidit

43. δεῖν τοὺς βροτοὺς τὸν εὐεργέτην ἐποίχεσθαι (*afficere*, ut Ol. iii. 72.) ἀμοιβαῖς ἀγαναῖς, *benevola retributione*, καὶ τίνεσθαι, h. e. ἀνταμείβεσθαι. Et mox ἔμαθε τοῦτο σαφὲς, σαφῶς, sc. ὅτι δεῖ τοὺς εὐεργέτας ἀνταμείβεσθαι. Nam ipse, quod diis gratiam nullam retulerat, ingrati animi pœnas luit in inferis. Similis carminis color erat sup. Ol. i. 87. sq. ubi καταπέψαι μίγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. Mox 47. ἑλὼν poetæ idem quod ἔχων, ut aliquoties.—51. λάχον itidem pro ἔχουσιν. ἢ ἔχεται ἐν εὐνῇ. Ita verba vulgaria abhorret poeta.

52. *Animi felicitate ferocientis insolentia in magnam calamitatem cum adduxit.* ὑπερήφανον pro *ingens* accipere præstat, quam *stultitiam arrogantiæ plenam*. τάχα δὲ pro γάρ.

Ὦρσεν. τάχα δὲ παθὼν ἐοικότ' ἀνὴρ
Ἐξαίρετον ἔλε μόχθον. αἱ
Δύο δ' ἀμπλακίαι
Φερέπονοι τελέθοντι· τὸ μὲν,
Ἥρως ὅτι τ' ἐμφύλιον αἷμα πρώ-
τιστος οὐκ ἄτερ τέχνας
Ἐπέμιξε θνατοῖς·

A. β'. K. ιέ.

Ὅτι τε μεγαλοκευθέεσ-
σιν ἔν ποτε θαλάμοις
Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶ-
το. χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ
Παντὸς ὁρᾶν μέτρον.
Εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακόταθ' ἁ-
θρόαν ἔβαλον ποτὶ

vir doctissimus, ἄτην h. l. non esse, ut vertunt, *damnum*, sed *scelus*, et hinc contractam *culpam*, *qua pœnam et malum damnumque*, adeoque et μόχθον, *aliquis sibi arcessit*. Notæ sunt omnes istæ notiones ex Homero, interque eas etiam illa *piaculi*, *culpæ*, *facinoris et improbitatis*, ut in illis: Ἀλιξάνδρου ἵνεκ' ἄτης, Ὅς νείκισσε θεάς. Tandem ὑπερφίαλον Cod. Aug. invito metro: referunt scilicet eam vocem grammatici ad νιν. Sed dignius poeta est: ἄτη ὑπερήφανος, *crimen insolens, ingens*. 54. ἔλε bene ex Ald. repetiit Schmidius; est pro ἔλαβε. Sup. Ol. i. 89. κόρῳ δ' ἔλεν ἄταν. *sibi arcessivit, subiit*. A Romana inde vulgg. ἴσχε. saltem deb. ἔσχε. 57. ὅτι γε vel ὅτι τε monet refingendum esse Pauwius, ut tribrachys pro iambo sit, non pyrrhichius. At sic hiatus infertur. 59. ἐνέμιξε in Schol. occurrit. 65. Κακόταθ' 66. ὀρθὰν nonnulli ap. Schol. invito metro.

56. φερέπονοι τελέθοντι. pro ἐγίνοντο. ἔφερον αὐτῷ πόνον. τὸ μὲν, ὅτι τε et v. 60. (τὸ δὲ) ὅτι τε μεγάλοις ἐν θαλάμοις.

57. ἐμφύλιον αἷμα pro φόνον, et οὐκ ἄτερ τέχνης h. σὺν τέχνῃ, *necem ex dolo ac fraude*, accipio, quam *primus intulit inter homines*, primus perpetravit: Deioneo socero, dotem postulante, fossa prunis plena, concremato. v. Schol. ad h. l. Schol. Apollon. Arg. iii. 62. Schol. Eurip. Phœn. 1192. cf. ad Hygin. fab. 57. van Stav. p. 121. [Lustratus tamen et expiatus est a Jove. v. Schol. et Æschyl. Eum. 438. 715. *Ex Schedis.*]

63, 4. Quod vulgari modo diceres: Fecit autem id temere, nec pro conditionis mortalis modulo. Similis sententia Pyth. iii. 106. sq.

66. Constitueram locum sic: εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακόταθ' ἁθρόαν ἔβαλον. ποτὶ καὶ τὸν ἵκοντ'. ἐπεὶ Νεφέλᾳ etc. ut sit: ἔβαλον· (ἐμβάλλουσι·) προσίκοντο καὶ

Καὶ τὸν ἵκοντ'. ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο,
Ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων, ἄϊδρις ἀνήρ·
Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ
Πρέπεν οὐρανίᾳ
Θυγατέρι Κρόνου· ἄν τε δόλον
Αὐτῷ θέσαν Ζηνὸς παλάμαι, καλὸν
Πῆμα. τὸν δὲ τετράκναμον ἔπραξε δεσμὸν,

66, 67. Locus corruptus. Miror, Pauwium ulcus hic latens non attigisse. Turbas interpretum v. ap. Schmid. et Benedict., qui rationem hanc sequuntur, ut καὶ τὸν ποτὶ ἵκοντα sit pro τοθίκοντα, προσίκοντα, *ad* inconcessa *etiam hunc accedentem.* parum commode. Saltem dicendum esset, poetam προσίκειν ponere ut ἐφικέσθαι, pro ἐπιτυχεῖν, *consequi, quod volumus, frui.* Tum vero in metrum peccat ἵκοντ' prima longa: ut saltem aoristo efferendum sit, ἰκόντ'. modo id tempus in usu fuisse constaret. Saltem, quo etiam Ald. et Rom. inprimisque Crat. ducunt, interpunctio mutanda, εἶναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ' ἀθρόαν ἔβαλον. ποτὶ καὶ τὸν ἵκοντ'. (pro ἵκοντα.) ἔπεὶ v. *Illegitimæ vero nuptiæ in magnam sæpe calamitatem conjiciunt* (ἔβαλον, conjicere solem) *homines. Incidit in illas, attigit eas, earum culpam contraxit, etiam hic Ixion, quandoquidem etc.* Ut *pœnam* et *culpam*, sic *crimen*, poetis προσίστειν, προσίσχεσθαι dictum iuvenias. Scholiastes junxit: αἳ καὶ εἰς κακότητα ἐνέβαλον τὸν Ἰξίονα, ut suspiceris, eum legisse ἔβαλόν ποτε καὶ τόν. modo, quod sequitur, ἵκοντ' aut ἰκόντ' attigisset. Jacobs Animadverss. p. 289. conjecturam proposuit: ἔβαλον. ποτὶ κοῖτον ἰκὼν ἔπεὶ N. aut lenius ἔβαλον ποτὶ κοῖτον ἰκόντ' [*ipsum accedentem ad amplexum Junonis.* Probat Gurlitt. *Ex Schedis.* Etiam Heynius in textu posuit κοῖτον.] pro ἰκόντα. ingeniose; modo de aoristo ἰκὼν constaret, ut, priore brevi, metro caveatur. At ubique occurrit ἰκόμην, ἰκόμενος, priore brevi; et ἵκω priore longa, ut præsens sit. 69, 70. ὑπεροχωτάτα et οὐρανία scribunt vett. edd. recte in tertium casum translata ea a Morellio. ὑπεροχωτάτᾳ (κατὰ) εἶδος jungi jubet Pauw: nec tamen minus bene ipsa nubes ἔπρεπε κατὰ τὸ εἶδος τῇ ὐ. Porro οὐρανίου—Κρόνου habet Schol. seu quod sic legit, seu quod Οὐρανίδα (pro -δου) habuit. Bodl. C. et Gott. οὐρανιᾶν: nesciunt, quæ hæc forma sit, Oxonienses; est vero pro οὐρανιῶν θεαινῶν, (Οὐρανιδᾶν alienum esset) adeoque præclara lectio: ὑπεροχωτάτα—Οὐρανιᾶν, *præstantissimæ inter deas.* ut sup. Ol. 3. 33. φέρτατος Κρονιδᾶν de Jove. 71. ἄν γε malit Pauw, quod et ipse malim.

τόν. (ἐπὶ τοῦτον.) Vitium tamen subest. cf. V. L.

70. Nubes ἔπρεπε (κατὰ τὸ) εἶδος, *similis erat Junoni.* ut jam Schol. ὁμοία ἦν. Usum hunc vocis illustrarunt jam viri docti, Jacobs l. c. p. 37. etiam Gedike laudabat Eurip. Alcest. 1121. εἴ τι σοὶ δοκεῖ πρέπειν γυναικί.

73. τὸν δὲ pro γάρ. nam *arcessivit sibi* Ixion *rotam*, cui illigatus est. χαλκέους δεσμοὺς dixit Apollon. iii. 62.

E. β'. K. ιδ'.

Ἐὸν ὄλεθρον, οὔγ' ἐν δ' ἀφύκτοι-
σι γυιοπέδαις πεσὼν,
Τὰν πολύκοινον ἀνεδέ-
ξατ' ἀγγελίαν. ἄνευ δ' οἱ Χαρίτων τέκε
Γόνον ὑπερφίαλον,
Μόνα, καὶ μόνον, οὔτ' ἐν ἀν-
δράσι γερασφόρον οὔτ' ἐν θεῶν νομοῖς·
Τὸν ὀνύμαξε τράφοισα Κένταυρον. ὃς
Ἵπποισι Μαγνη-
τίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἐν Πα-

75. Vulgo major distinctio ante Ἐν δ' ponitur. 76. πισὼν—deb. esse πιτὼν, ut legitur Ol. vii. 126. P. v. 65. At sibi non constat scriptura hac in voce: nam ἴπισον, πίσον, aliquoties occurrunt. 77. ἀνδέ-ξατο legit Schmidius et sic Bodl. γ. sed -ον ἀνε- tribrachys esse potest pro iambo. Bodl. C., omisso ἀνεδέξατο, v. 78. κίν τ' ἀγγελίαν habet. Est autem ἀνεδέξατο pro ἀνεδείξατο, *declaravit*, *pronuntiavit*, illam sententiam (tanquam præconio). Nam antiquis δίκω pro δείκω, δεικνύω. Respicit locum Tzetza Chil. vii. 20. sq. 80. ἐν ἀνθρώποισι Aug. e scholio. 81. ἐν θεῶν νόμοις. Pauw inclinat in δόμοις. quidni νομοῖς, h. *sedes*, *loca* deorum, exquisitius? Habet tamen et νόμοις suam laudem. 82. τραφοῖσα Ald. pro τραφοῦσα, at Romana τράφοισα, et hinc cett. Aiunt Dorum esse, retrahere acutum. Respicit locum Eustath. ad Il. β. p. 338. 84. Apud Galenum lib. iii. de usu part. qui locum hunc lau-

78. Monstrosum illum, ἄχαριν, peperit nubes μόνον, cui similis alius non est natus, et ipsa μόνη, cum nulla alia femina tale monstrum ediderit, οὔτ' ἐν ἀνδράσι γερασφόρον, οὔτ' ἐν θεῶν νομοῖς, *non honoratum*, pro *invisum*, *detestandum*. Virgilianum: *nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.* Hic Centaurus nondum est forma equina: fœdo tantum est adspectu. At ii, quos ex equabus ille suscepit, sunt veri Hippocentauri v. 86. sq. Diverso ergo ab aliis modo mythum narrat Pindarus. Mingarellus a monstrosa forma hoc ipsum ducit, quod, a puellis non admissus, ferarum amores sequi coactus est. Plutarch. Amator. p. 751. D. locum Pindari non accurate inspexit, dum ait: χάρις ἡ τοῦ θήλεως ὕπειξις τῷ ἄῤῥενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν· ὡς καὶ Πίνδαρος ἔφη τὸν Κένταυρον ἄνευ Χαρίτων ἐκ τῆς Ἥρας γενέσθαι. Atque etiam alter Schol. ad h. l. ἔξω συνουσίας exponit et usum vocis exemplis declarat. Dici quidem χάριν de amoris usu, notum satis est: illustratum quoque ad Timæum Lexic. Platon. h. v. at non *sine concubitu* natum est hoc monstrum; [contendit hoc Böttiger *Vasengem.* i. 3. p. 118. scil. non veræ Junonis amplexu usus? an, non vera Juno erat, sed amplexus? atqui vel sic erat concubitus. sic etiam Gurlitt. *Ex Schedis.*] sed natum illud est *invenustum*.

λίου σφυροῖς. ἐκ δ' ἐγένοντο στρατὸς
Θαυμαστὸς, ἀμφοτέροις
Ὁμοῖοι τοκεῦσι, τὰ ματρόθεν μὲν
Κάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός.

Σ. γ'. Κ. ιε'.

Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσ-
σι τέκμαρ ἀνύεται·
Θεὸς, ὃ καὶ πτερόεντα
Ἀετὸν κίχεν, καὶ θαλασσαῖ-
ον παραμείβεται
Δελφῖνα· καὶ ὑψιφρόνων τίν' ἔκαμψε
Βροτῶν, ἑτέροισι δὲ
Κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'. Ἐμὲ δὲ χρεὼν
Φεύγειν δάκος ἀδινὸν, καπαγορίαν.
Εἶδον γὰρ, ἑκὰς ἐὼν, τὸ πόλ-
λ' ἐν ἀμαχανίᾳ

dat et poetam male reprehendit, ἐμίγνυτ' ἂν πο-λισσφύροις legitur, haud dubie librariorum vitio, et mox τὰ ματρὸς μὲν et τὰ δ' ὕπερθεν. 91, 92. Erat —πτερόεντ' αἰ-ετὸν κίχε, καὶ θ. At αἰ-ητὸν Ald. quod Schmidius revocaverat. Sed prima regio hoc versu etiam iambum, seu, ut cum græcis Metricis loquamur, pro Ionico a majore - - υ υ Pæonem secundum υ - υ υ recipit. Cum Mingarello tamen scripsi — πτερόεντα 92. ἀετὸν, ut αι pro una syllaba sit; tum κίχεν καὶ —. 97. ἄδικον nonnullus legere ait Benedictus: qui illi sint, non occurrit.

Vss. 85-88. declarat eos esse διφυεῖς. τὰ μὲν κάτω ἐκ τῆς ἵππου μητρὸς ἔχοντες, τὰ δὲ ὕπερθεν ἐκ πατρὸς Κενταύρου, *corpore equino*, pectore et capite humano, sed fœdo. Non igitur signa Centaurorum venusta ista norat Pindarus, quæ ad nos pervenerunt.

89. Γνωμολογεῖ poeta ἐπὶ τῷ Ἰξίονι, respectu v. 71. sq. *Omnia numen exsequitur pro voluntate, lubitu, et quidem celerrime ac potenter*: [h. l. de ulciscendo scelere: exigit pœnas certissime. Ἄτη eum assequitur. *Ex Schedis.*] hoc 91-96. κίχε pro κιχάνει. Sicque reliqua.

96. De superstitioso metu, ne nimis multus fuerit in probris *herois* Ixionis exponendis, accipiendus locus, similis duobus aliis, Ol. i. 82. sq. et Nem vii. 94. 150. sq.

98. ἑκὰς de tempore. Vixerat Archilochus ante eum cc. fere annis. ἑκὰς ἐών: vulgaris ratio αὐτὸν ὄντα ἑκὰς, *qui*

Ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλό-
γοις ἔχθεσιν παινόμενον. Τὸ πλου-
τεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου
Σοφίας, ἄριστον.

Α. γ'. Κ. ιε'.

Τὺ δὲ σάφα νιν ἔχεις, ἐλευ-
θέρᾳ φρενὶ πεπορεῖν,
Πρύτανι, κύριε πολλᾶν
Μὰν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν
Καὶ στρατοῦ. εἰ δέ τις
Ἤδη κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ

105. Scripti et editi habent *πεπαρεῖν*. Diu hæsi, quid sequerer. Vetat religio critica tam antiquam lectionem mutare; est tamen ea haud dubie vitiosa et ex calami errore propagata. Habet quidem Hesych. *πεπαρεῖν, ἐνδεῖξαι, σημῆναι*, et *πεπαρύσιμον, εὔφραστον, σαφές*. Ductum illud esse deberet ex *παίρω, πέπαρα*, et *πεπαρέω, πεπαρεῖν*. At nec extant talia verba, nec analogia succurrit, nec est tamen unde sensum idoneum elicias. Enimvero agitur de munificentia: ea *πορεῖ, πορίζει, πέπορε, πεπορεῖ*. Sane *πεπορεῖν* supra adscriptum habebat August., quod et Æmil. Portus conjectabat Schmidiusque non improbabat: est enim ad analogiæ normam formatum a *πορέω, πέπορα, πεπορεῖν*. Hesychii auctoritas nil aliud declarat, quam ipsum aut grammaticum, quem exscripsit, in corruptum codicem incidisse. Affert certe et ipse Hesychius alio loco *πεπορεῖν, δοῦναι*. Et Schol. ad nostrum locum *πεπαρεῖν, ἢ πορίζειν καὶ παρασκευάζειν· ἢ παρασχεῖν, καὶ πλουσίους ἀποδεῖξαι*. Atqui hæc sunt interpretamenta *τοῦ πεπορεῖν*. 107. *μὶν* Steph. et al. edd. cum MS. Gott. [Heynius in textu scripsit *μέν*.] 109. *κτεάνοισι* Aug. [*περὶ τ.* pro *ἐν*. l. *περιγενέσθαι*. *Ex Schedis*.]

ante me vixit. Novi eum criminationibus indulgentem sæpe in discrimen esse adductum. ἐν ἀμαχανίᾳ γιγονότα. Paullo ante maledicentiam appellat *infestam belluam, ἀδινὸν δάκος*.

[101. *βαρέα ἔχθη*, odia, pro, odiosæ res, dicta. Huschke de fabb. Archil. in Matthiæ Miscell. philol. i. p. 30. *Ex Schedis*.]

Ab 101. ad laudes Hieronis viam parat generali sententia: *Τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας ἄριστον*. Sententia est expedita; nam sæpe eam recoluit et variavit poeta: *εἶναι σοφὸν, καὶ μετὰ σοφίας πλουτεῖν*. Nunc invertit eam poeta: *πλουτεῖν σὺν σοφίᾳ*. pro hoc ornatius erat: *σὺν πότμῳ σοφίας*. tum ampliavit: *σὺν τύχᾳ πότμου*. Ita *νιν* v. 104. refero ad *τύχαν πότμου σοφίας*. [Heynius correxit: refero ad *τὸ πλουτεῖν*.] De ipsa laude cf. locum Diodori ad Pyth. i. 179. laudatum.

108. Cum his laudibus compara Pyth. i. 95. Ol. i. 165. sq. [*στρατὸς λαός*. ut alibi quoque et apud Æschylum. *Ex Schedis*.]

Λέγει ἕτερόν τιν' ἀ-
νὴρ Ἑλλάδα τῶν πάροιθε γενέσθαι ὑπέρτερον,
Χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ.
Εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι
Στόλον ἀμφ' ἀρετᾷ
Κελαδέων. νεότατι μὲν ἀ-
ρήγει θράσος δεινῶν πολέμων· ὅθεν
Φαμὶ καὶ σὲ τὰν ἀπείρονα δόξαν εὑρεῖν,

Ε. γ'. Κ. ιθ'.

Τὰ μὲν ἐν ἱπποσόαισιν ἀνδρά-
σι μαρνάμενον, τὰ δ' ἐν
Πεζομάχαισι. βουλαὶ
Δὲ πρεσβύτεραι ἀκίνδυνον ἐμοὶ ἔπος
Ποτί ῥα πάντα λόγον
Ἐπαινεῖν παρέχοντι. Χαῖ-

112. κενιὰ emendat Pauw. non male. [Sic in textu Heynius correxit.] κενιᾷ dorica forma edd. vett. usque ad Morell. etsi fere iota subscriptum iis deest. *contendit, contradicit ille temere, mente vana,* (σὺν) χαύνᾳ πραπίδι. — 121. πεζομάχαις vulgo ante Schmidium, qui emendavit ex Ald. et Pal. C. πεζομάχοισι Aug. cum Bodl. γ. 123. ποτὶ ἅπαντα revocaverat Schmidius ex Aldo (sed in habet ποτί ῥ' ἅπαντα et sic Bodl. γ. ποτί ῥα πάντα). Vulgo a Romana inde, ποτὶ πάντα.

113. Ad verbum : *Pulcram* [Pro *Pulcram* Heynius scripsit : *Coronatam propter victoriam.*] *navem conscendam laudes tuas prædicando* h. e. *in altum evectus laudi vela dabo.* [de laude per longinquas terras dispersa. *Ex Schedis.*] cf. sup. ad Ol. xiii. 69.

115. *ἀρήγει, patrocinatur, testatur laudes juventutis, illustrat eam, fortitudo in armis.*

Ad v. 118. Dawes Misc. crit. p. 255. observat, εὑρεῖν nunquam pro *nancisci, consequi,* dici ; sed εὑρέσθαι. Recte vero apud Atticos ; non autem apud Pindarum : vide v. c. Isthm. i. 60. Pyth. ix. 197.

122. *σύνεσις δέ σου, πρεσβυτέρου γεγονότος, vocem mihi, cui nemo repugnet, ἀνέλεγκτον, ad omnem laudem,* (λόγον) *laudanti mihi te, præbet.* ὥστε ἐμὲ ἐπαινεῖν σε pro ἐπαινοῦντι. παρέχειν ἔπος, ut παρέχειν ὕμνον πολὺν Nem. vi. 57.

124. χαῖρε, quæri potest, utrum tanquam in fine epistolæ adjectum sit, ut sit *Vale,* [Correxit Heynius *Salve.*] an interpositum, tanquam jam advenerit et Hieroni adstet cum carmine, *Salve.* Sic et Nem. iii. 132. Si tamen accura-

ρε. τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν
Μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς πέμπεται.
Τὸ Καστόρειον
Δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς
Θέλων ἄθρησον χάριν ἑπτακτύπου
Φόρμιγγος ἀντόμενος.
Γένοι' οἷος ἐσσὶ μαθών. καλός τοι

127. sqq. Sustuli interpunctionem post Θέλων. Misere lancinant poetam interpretes etiam veteres. Si lectio vera est, sententia et ordo, arbitror, est hujusmodi: *mittitur tibi* (Thebis Syracusas) *carmen hoc trans mare mercis more* (et, ut poeta, addit) *Phœniciæ.* (quæ transportari et vehi navibus solet. Nihil amplius.) τὸ Καστόρειον δὲ (τοῦτο τὸ ἔπος), χάριν φόρμιγγος ἑπτακτύπου ἐν (pro διὰ) χορδαῖς Αἰολίδεσσι, ἄνθρησον ἀντόμενος Θέλων. *carmen autem hoc, beneficium, munus, lyræ sonantis septem chordis Æolicis* (h. ad Æolicos modos attemperatis) *adspice benevole occurrens, excipiens,* h. accipe benevole. At mihi probabile fit, post χορδαῖς sententiam esse finiendam; jungenda autem superiora extruso δ' vs. 128. τόδε μὲν μέλος—πέμπεται, τὸ Καστόρειον ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς. [Sic Heynius in textu correxit.] *carmen hoc lyricum ad te mittitur trans mare Thebis Syracusas.* Θέλων ἄθρησον etc. *propitius adspice hymnum.*—Τὸ Καστόρειον, proprie genus certum carminis ad pyrrhichen cani solitum, h. l. hæc ipsa nostra Ode est. Schol. ὑποχηματικὸν μέλος, τὸ Αἰολικῷ ῥυθμῷ συντεταγμένον. Plura de Castoreo carmine docte ibidem exponuntur: hic tamen simpliciter victoriam ἱππικὴν declarare vox videtur. [V. Hermann. de Dial. Pind. p. xix.—De pyrrhiche v. Plato de LL. Plutarch. in Lycurgo. *Ex Schedis.*] [129. Θέλων. Boeckh. Comment. p. xxviii. corr. ἑκών. *Ex Schedis.*] 131. Γένοιο δ' οἷος vulgg. omnes ante Schmid. cum Bodl. C. invito metro. Mingarellus

tius expendo, prior ratio videtur esse verior: *Vale. Mitto hoc carmen ad te—accipe illud animo candido, nec columniis aliorum de me corrupto.* [Sequentes versus loco postscripti, quod dicitur. *Ex Schedis.*] Quam bene autem hæc interponantur et subsidente jam spiritu poetico subjungantur reliqua, præcepta maxime ethica, equidem haud definiam.

In 127. Καστόρειον. v. ad pr. hujus Carm. v. 1. 2. [Isthm. i. 21. *Ex Schedis.*

[129. adspice et accipe carmen propitius. *Ex Schedis.*

131. sq. [Respicit locum Galenus de part. corp. hum. sub fin. *Ex Schedis.*] Locus, qui sequitur, vix unquam satis in luce constitui poterit, quia sunt brevia enuntiata, [sententiarum vel sapientum more. *Ex Schedis.*] abruptim posita et cum respectu ad res, quas ignoramus. Ponam nonnulla, quæ mihi verisimilia visa sunt. [Cf. Huschke l. c. ad v. 101. *Ex Schedis.*] Primo καλός τις est in Steph. et C. Legam itaque: Γένοι', οἷος ἐσσὶ, μαθών, (ἐκ μαθήσεως, *institutione sapientium,* οἷος ἔμαθες εἶναι) καλός τις. *nec sine te corrumpi adulatorum falsis laudibus, qui, ut pueri simium, etiam turpes principum mores laudant.* πίθηκος. *Ex Schedis.*] παρὰ παισὶν ἀεὶ καλός (sc. *habetur, νομίζεται, καλεῖται*). Monet, ne sinat se corrumpi adulatorum assiduis laudibus. At bonus princeps

Πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ

Σ. δ'. Κ. ιέ.

Καλός. ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς εὖ
Πέπραγεν, ὅτι φρενῶν
Ἔλαχε καρπὸν ἀμωμή-
των, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν
Τέρπεται ἔνδοθεν.

em. γινοῦ δ', οἷος. οἷος ἐσσὶ, μαθών. ἐκ μαθήσεως. recte ut Nem. vii. 100. μαθὼν δέ τις ἄν ἐρεῖ. *ipsa re edoctus. qui me norit.* Nec aliter dictum puto in Plat. Apol. S. 26. ὅτι μαθὼν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἦγον. *sciens, monitus*, non per ignorantiam. καλός τις ed. Steph. (Pauli Steph. 1599.) et Bodl. C. Variis iisque diversis modis interpungitur in his et seqq. Longum esset, singula exponere. Sequar quod maxime probo. Videntur vss. 131. 2, 3. sic accipiendi et interpungendi: Γένοι', οἷος ἐσσὶ μαθὼν, καλός τις. πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ (sc. λέγεται) καλός. v. Not. Nisi et hoc per exclamationem dictum accipias. 135. ἀμώμητον, quod legebatur, repugnat metro. Itaque recepi emendationem Jacobsii Animadverss. p. 290. φρενῶν—ἀμωμήτων.

(pro hoc *Rhadamanthus* memoratur) εὖ πέπραγεν h. εὖ πράσσει, *laudem consequutus est*, ὅτι ἀμώμητος, ἀμύμων, ἦν τὰς φρένας, καὶ μὴ ἐξακάστητος ταῖς κολακείαις. nam τέρπεται est pro ἐτέρπετο. Intelligitur autem hinc, Rhadamanthi laudes priscis carminibus frequentatas fuisse. οἷα ἕπεται αἰεὶ (οἷον, ὅ, sc. τὸ τέρπεσθαι ταῖς ἀπάταις), *quod semper contingere solet*, (sic ἕπεσθαι, *adesse*, v. c. Pyth. iii. 190.) παλάμαις (διὰ παλαμῶν) ψιθύρων βροτῶν, *susurronum, adulatorum artibus.* Nunc malim jungere: ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτισς,—ἴκελοι, κέρδει τε. *Sunt utique certissimum malum.*—Durum manet ἀμφοτέροις, quod et *eum quem* et *apud quem calumniantur* respicere necesse est. Sin sit ab ἀμφότερα, *utraque re*, nil commodior fit sententia. *Calumniarum isti vates et interpretes vulpibus plane similes sunt moribus.* κέρδει τε, *suæ utilitatis studio*, ut Pyth. iii. 96. Nunc ex v. 142. seq. manifestum fit universe dicta esse, inde a v. 138. sq. quæ *de se et Hierone* accipi voluit, *non vident illi, se mihi nihil nocere posse.* Constat autem Hieronem indulsisse ὠτακουσταῖς, qui poetæ ψίθυροι, *susurrones*, sunt. v. Aristot. de Rep. v. 11. [pr. ubi ille suspicax ὠτακουστὰς ἐξέπεμπε. f. de Syracus civibus invidis Hieroni. *Ex Schedis.*] Diod. xi. 61. et Wessel. 23.

134, 5. ὅτι φρενῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμωμήτων. ornate pro, ὅτι εἶχε φρένας ἀμωμήτους, *quod præclaram prudentiam habebat*, adeoque se adulatoribus palpandum non præbebat. Sed quid per καρπὸν φρενῶν intelligemus? *experientiam* et *maturitatem animi?* [cf. Æschyl. vii. ad Th. 595. *Ex Schedis.*] Puto λαχεῖν καρπὸν dictum, ut καρποῦσθαι vulgo pro ἔχειν dicitur.

Οἷα ψιθύρων παλάμαις ἔπετ' αἰεὶ
Βροτῶν. ἄμαχον κακὸν
'Αμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτιες,
'Οργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι.
Κέρδει δὲ, τί μάλα τοῦτο κερ-
δαλέον τελέθει;
Ἄτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ὀ-
χοίσας βαθὺ σκευᾶς ἑτέρας, ἀβά-
πτιστός εἰμι, φελλὸς ὡς,
Ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας.

Α. δ'. Κ. ιέ.

'Αδύνατα δ', ἔπος ἐκβαλεῖν

138. οἷα Pauw exclamationem esse volebat. Sic jejuna exoritur oratio. Præstat οἷα ἔπεται: *quod fere solet evenire fraudibus adulatorum.* Quæ sequuntur, aut interpungi possunt, ut expressimus, aut interpungi sic: Ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς—ἔνδοθεν· οἷα ψιθύρων παλάμαις ἔπετ' αἰεὶ βροτῶν, ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέροις. Διαβολιᾶν ὑποφάτιες ὀργαῖς ἀτενὴς ἀλωπέκων ἴκελοι, κέρδει τε. Sic enim puto, legendum esse. Inde nova sententia: τί μάλα etc. Convenit in uno et altero Aldus. 140. Pauw secundam in διαβολιᾶν produci monet. Mingarellus nil novi esse ait, si choriambum tribrachys cum iambo sequitur.— 142. κέρδει δὲ, τί μάλα—esset exponendum cum Schol. *quod autem ad lucrum attinet.* Atqui hoc esset κέρδος δὲ, vel κέρδη δέ. Itaque suspicabar κέρδει τε, ut jungatur ἴκελοι Ὀργαῖς κέρδει τε ἀλωπέκων. [Bene Huschke κερδοῖ, *vulpi.* ἡ κερδώ. *Ex Schedis*] ἀτενὴς, *intente*, adeoque *valde, prorsus.* 144. εἰνάλιον emendavit Schmidius: poterat tamen et ἐνάλιον ferri. v. Pauw. εἰνάλιον πόντον aberratio cod. Aug. 144, 145. ἐ- χοίσας Ald. cum Pal. C. et Aug. 147. ἕρκεος in Schol. legitur. 148. ἀδύνατον δ' ante Schmidium legebatur; is metro postulante ejecit δ'. Quod nunc legitur, ex Augustano codice Schmidius notaverat, receptum ab Oxoniensibus. Sed et alterum ἀδύνατον δ' ferri posse, Pauw contendit.

[139, 140. cf. Herodot. vii. 10. 7. *Ex Schedis.*]

142. Puto esse: τί μέγα τοῦτο κέρδος γίνεται αὐτοῖς; sup. Od. i. 84. ἀκέρδειαν dixerat. *Ego semper superior evado:* h. e. non opprimor his calumniis, *suberi in maris superficie supernatanti similis.*

144-9. Sententia hæc est: ἄτε γὰρ (κατὰ) εἰνάλιον πόνον (*in piscatione*) σκευᾶς ἑτέρας ὀχοίσας βαθὺ, (*reliqua retis parte alte descendente, submersa,*) ἀβάπτιστός εἰμι etc. *ita equidem suberis instar, reti appensi, semper supra maris superficiem nato. fieri enim non potest, ut fraudulentus ejusmodi homo aliquid loquatur, quod viris prudentibus probetur.* [ὀχοίσας pro ὀχουμένης, ergo neutraliter. al. ὀχεῖν πόνον Ol. ii. 122.

Κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς
Δόλιον ἀστόν. ὅμως μὰν
Σαίνων ποτὶ πάντας ἄγαν
Πάγχυ διαπλέκει.
Οὔ οἱ μετέχω θράσεος. φίλον εἴη
Φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἄ-
τ' ἐχθρὸς ἐὼν, λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι,
Ἀλλ' ἄλλοτε πατέων, ὁδοῖς σκολιαῖς.
Ἐν πάντα δὲ νομὸν εὐθύγλωσ-
σος ἀνὴρ προφέρει,
Παρὰ τυραννίδι, χὠπόταν ὁ

151. ἄγαν metro adversatur: prima debebat esse longa. Enervis quoque et exilis est sententia; quid enim διαπλέκει? et ἄγαν nil nisi interpretamentum est τοῦ πάγχυ. Pauw ἄρα reponit. Mingarellus ait æque conjici posse: ἀνήρ. αἰεί. οὕτως. οὕτω. ἀκάν. ἄκων. Attamen vel sic manet διαπλέκων sine sensu idoneo. Paullo melius conjicere me puto ἄταν. *etsi inter bonos auctoritas ejus verbis est nulla: tamen, dum omnibus adulatur, malum utique texit, calamitatem machinatur, noxam facit. Non eadem mihi adest impudentia* etc. 153. οὔχ οἱ Bodl. C. Male. οὔ οἱ usus consecravit: rationem vide ad Homerum.—[155. ἰὼν corrig. Huschk. Anal. Crit. p. 249. de Archil. p. 40. Idem leg. v. 157. νόμον, *civitatem legibus constitutam. Ex Schedis.*] 157. ἀν' Portus conj. non male. Sed aiunt et hic ἐν pro εἰς positum esse. cf. sup. ad v. 21. Forte scriptum fuit: σκολιαῖ- σιν. πάντα δὲ ν. h. κατὰ δὲ π. νομὸν ἐ. ἀ. προφέρει, *præstat.* 159. χ' ὁπόταν et mox χ' ὅταν ed. Commel. et Plantin. ex ed. Steph. pr. quam illæ expressere.

Cf. Æschyl. Choeph. 503. *Ex Schedis.*] Possunt hæc ad certas hominum temporumque rationes esse a poeta dicta. Nunc de iis parum constat. In Bacchylidem, Pindari æmulum et calumniatorem, jaci ea, Scholiastes narrat.

150. *Apud bonos talis homo nullam fidem invenit; at, multitudini assentando, magna mala affert.* Lego: σαίνων ποτὶ πάντας, ἄταν διαπλέκει. v. V. L. *texit mala.*

153. οὔ οἱ μετέχω θράσεος, *impudentia in adulando.* Non ei similis sum simulando. Nulla simulatione utor.—154. ἅτε δὲ ἐχθρὸς ἐὼν πρὸς ἐχθρὸν, ὑποθεύσομαι ὁδοῖς σκολιαῖς. Est ὑποδραμεῖν τινα persequi canis more—*etiam per obliquas semitas subeundo, modo hinc modo illinc irruendo.* πατέων (κατ') ἄλλο ἄλλοτε. Nisi est: ἄλλο ἄλλο τε, pro (κατ') ἄλλο καὶ ἄλλο. [Ex Archilocho esse expressa, monuit Huschk. l. c. *Ex Schedis.*]

157-161. *Omnibus in civitatibus, sit resp. monarchica, democratica an aristocratica, vir verax et probus* προφέρει vel πὰ πράγματα, *auget, beat, prodest,* vel ἑαυτὸν, *eminet auctoritate pollet.*—ὁπόταν λάβρος στρατὸς πηρῇ τὴν πόλιν, *cum turbulentus populus rempubl. administrat, tenet.* οἱ σοφοὶ sunt *optimates.*

Λάβρος στρατὸς χώταν πόλιν οἱ σοφοὶ
Τηρέωντι. χρὴ δὲ πρὸς
Θεὸν οὐκ ἐρίζειν,

E. δ'. K. ιδ'.

Ὃς ἀνέχει τοτὲ μὲν τὰ κείνων,
Τότ' αὖ δ' ἑτέροις ἔδω-
κεν μέγα κῦδος. Ἀλλ' οὐ-
δὲ ταῦτα νόον ἰαίνει φθονερῶν. στάθμας
Δέ τινος ἑλκόμενος

160. λαῦρος, ut solebant librarii superiorum sæculorum exarare, seu, ut Pal. C. λαύρος, ed. Rom. et hinc cett. Schmidius repetiit λάβρος. 161. Vulgo lectum τηρέοντι ab ὅταν pendet: adeoque in grammaticam peccat. Sed leg. τηρέωντι, et sic exaratum video in Ald. 163. τὰ κείνων divisim metro monente Schmidius. τὰ τήνων poetam scripsisse, monet Pauw. Sic tamen mox etiam τόκα pro τοτὲ scriptum esse debet. Vulgo: τἀκείνων. 164. τοτὲ δὲ αὖθ' ἑ. vulgo editum et scriptum; quod et ferri poterat, anapæsto pro iambo posito. Metro metuens refinxit Schmidius, ut nunc legitur. [ποτὲ μὲν—τότ' αὖτ' Hermann. de Dial. Pind. p. xiii. *Ex Schedis.*] 165. κε vulgo ante Schmid. 166. Lectio hæc a Schmidio mutata erat: δὲ ταῦτά γε νοῦν, perperam, ut metrum fulciret. 167. ἑλκόμενοι Oxon. mutarant ex Bodl. C. ut ad φθονερούς referretur. Vulgo ubique: ἑλκόμενος. Movit viros doctos, quod mox omnes inde a Romana edd. exhibent: μηχανῶνται. Sensum vero non eliciunt, sed tanquam fidiculis exprimunt interpretes, quod non vident, ἕλκεσθαι de libripende dictum: *dum enim invidus tanquam in libra trutinat bona, quæ aliis eveniunt, lance quidem plena*

161. Sequitur generalis propositio et nova sententia aditum ad sequentia parans. *Non contendere licet cum providentia* etc. Ad sententiam cf. P. viii. 108. sq. Jam frequentata illa ab Hesiodo Ἔργων pr. et Archiloco ap. Stobæum Frorileg. Gesn. p. 561. 50—v. 163. τὰ κείνων intelligo *adulatorum* Pindarum apud Hieronem calumniantium; ergo ἑτέροις *(probis)* ἔδωκεν, δίδωσι, κῦδος, (κυδαίνει αὐτούς, supra ἀνέχει, ὑψοῖ.) ταῦτά γε. pro τοῦτο, quod improborum istorum caussa superior est, *nec hoc eorum animum explere potest.*

166-170. Invidum se ipsum excruciare, nota est sententia; hanc sic extulit: ὁ νοῦς τῶν φθονερῶν ἐνίσταξε pro ἐμαινόμενος ἕλκος ὀδυναρὸν ἐᾷ πρόσθε καρδίᾳ, *creat sibi dolorem*, arrodit animum. Jam hoc fit, dum dolet, bona aliorum suis bonis majora esse: ἕλκεται, *ponderat, trutinat,* (ὥσπερ κατὰ) στάθμας τινὸς περισσᾶς, *lance, quæ vergit in alteram partem* (dum bona aliena majora esse æstimat). Vs. 171. redit ad 161. 2. et ἀρήγει 173. *prodest, consultum est;* fere ut supra 115. *patrocinatur.*

Περισσᾶς, ἐνέπαξεν ἕλ-
κος ὀδυναρὸν ἑᾷ πρόσθε καρδίᾳ,
Πρὶν ὅσα φρονερῶν μηχανῶνται τυχεῖν.
Φέρειν δ' ἐλαφρῶς
Ἐπαυχένιον λαβόντα
Ζυγόν γ' ἀρήγει. ποτὶ κέντρον δέ τοι
Λακτιζέμεν, τελέθει
Ὀλισθηρὸς οἶμος. ἀδόντα δ' εἴη
Με τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν.

et depressa, pectori ille suo vulnus infligit acerbum, πρόσθε πρὶν τυχεῖν (ἐκείνων,) ὅσα μηχανῶνται (ille φθονεροί. Scilicet νοῦς φθονερῶν modo jungitur cum singulari ἑλκόμενος, modo subjicitur pluralis spectans ad φθονερῶν.) φρονερίδι. hæc sollicitudo haud dubie eo tendit, ut felicitati alterius detrahat. 168. ἐνέπαξεν. etiam hoc mutandum fuit Oxoniensibus in ἐνέπαξαν. 171. μηχανᾶται emendaverat Ceporinus in Crat. et hinc Schmidius. Romana et hinc vulgg. μηχανῶνται. v. ad v. 167. Aldus et Bodleiani: μητίονται. nec male. 173. γ' fulcrum Oxon. et Bodl. γ. restituerunt. Deerat in cett. Schmidius μ' inseruerat, minus bene. 175. ἄδοντα Ald. ἀδόντα Rom. Crat. Brub. tandem ᾀδόντα, vel ᾄδοντα, tanquam ab ᾄδειν, ἀείδειν, Morell. Steph. et al. Schmidius refinxit ἀδόντα, *placentem*, recte haud dubie. Sed Oxonienses putarunt, ἄδοντα posse esse ab ἄδω, quod nunc ἀδίω est. At non viderunt, primam in ἄδω, etiamsi in usu esset, esse longam, in ἀδίω esse brevem. Et ἀδεῖν, ἀδῶν toties in Pindaro occurrit.

173, 4. Nota res vel ex Act. Ap. ix. 5. 6. v. Valken. Orat. p. 380. — Sententiarum igitur ordo inde ab 131. ad f. ita procedere videtur. Poeta monet Hieronem, ne deliniri se patiatur ab adulatoribus, qui, dum eum demereri videri volunt, alios calumniantur; quod ipsi poetæ accidisse videtur; — 142. etsi ipse, vitæ integritate munitus, opprimi eorum calumniis nequeat. — 147. Apud viros enim probos nullam istorum criminatorum esse auctoritatem, etsi illi assentando cunctis magna mala creare possunt, — 152. se contra nec simulare amicitiam nec odium dissimulare. — 156. Nec se sibi in hoc more displicere; viros enim simplicibus et candidis moribus in omnibus civitatibus probari. — 161. Quod si fortuna modo bonis modo malis propitia esse solet: est id æquo animo ferendum; — 165. etsi ne hoc quidem (puto: quod ipsi secundis rebus utuntur) hominum istorum, dum alienis bonis invident, cupiditates exsatiat: aliorum enim bona semper trutinantes et potiora suis esse opinantes, animum arrodunt, donec ea, quæ machinantur, assequuti fuerint: (ut adversarios bonis suis exuant) — 170. ad extr. Præstat sua sorte esse contentum.

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ γ'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΙΕΡΩΝΙ,

ΚΕΛΗΤΙ.

ARGUMENTUM.

Hiero, cum victor Pythiis renuntiabatur, gravi morbo laborabat. Ab hoc processit poeta, dum in votis habet, ut bonæ valetudini ille restitui possit. Vota hæc ita eloquitur: Chironem adesse vellet, qui Æsculapium educavit: poetico spiritu abreptus fabulam interponit 14 — 78. de Æsculapii natalibus, tum 79 — 110. de ejus arte et fortuna; nunc redit ad vota sua, et precatur deos — 140. Subjungit consolationem a conditione humana petitam, in quam omnibus numeris perfecta felicitas haud cadit; — 190. tandem exemplum æqui animi in se ipso proponit.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

ΗΘΕΛΟΝ Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν,
Εἰ χρεὼν τοῦθ' ἁμετέρας ἀπὸ γλώσ-

κίλητι. Victoriam esse Pythicam dubitari nequit. Bis Hieronem victorem Pythiis fuisse aiunt Pyth. xxvi. et xxvii. Atqui tum ille nondum erat rex; quo nomine non nisi Olymp. lxxv. 3. adeoque Pyth. xxvii. ornatus fuit: Diod. xi. 38. et 67. Dicendum igitur, carmen serius scriptum esse. [aut, quod præstat, loco suo motum esse ex alio Carmiuum genere. *Ex Schedis.*] cf. Gedik.

σας κοινὸν εὔξασθαι ἔπος,
Ζώειν τὸν ἀποιχόμενον,
Οὐρανίδα γόνον εὐ-
ρυμέδοντα Κρόνου,
Βάσσαισί τ' ἄρχειν Παλίου
Φῆρ' ἀγρότερον,
Νόον ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον· οἷ-
ος ἐὼν θρέψεν ποτὲ
Τέκτον' ἀνωδυνίας
Ἄμερον γυιαρκέος Ἀσκλαπιὸν,
Ἥρωα, παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νούσων.

5. *εὐρυμίδοντος* in Schol. occurrit, quod metrum non fert. 9. *νοῦν* Schmid. refinxit; sicque mss. Bodlei. sed et *νόον* recte. v. Pauw. Interpunctionem Oxonienses secundum ed. Rom. post *φῆρ'* collocatam volunt. Chiron *φὴρ ἀγρότερος, monstrum silvestre*, h. *Centaurus*. 10. *Θρέψεν ποτὲ* ex Ald. et Aug. revocavit Schmid. A Romana inde: *ἔθρεψέ ποτε*. 11. *τέκνον ἀνωδυνίας* omnes edd. et scripti, quod emendavit Schmidius *τέκτον'* ex Schol. qui *ὑγείας κατασκευαστὴν* interpretatur, et ex Pal. C. ubi illud supra adscriptum erat. Nec equidem dubito ita recte a Schmidio esse scriptum. Defendit tamen vulgarem scripturam Pauw, ut *τέκνον ἀ*, ipse sit Chiron. Equidem non assequor, ex veteris sermonis genio quomodo Chiron, tanquam medicus, *filius bonæ valetudinis et salutis* dici possit: ita enim explicandum esset. Codicum quidem Pindari multo minor est auctoritas quam Scholiastæ; nam quantum intelligo, omnes sunt admodum recentes, et omnes, quotquot habemus, editiones non nisi duorum codicum auctoritate nituntur, adeoque pro binis tantum codd. sunt habendæ. Exhibet tamen Bodl. *γ.* quoque *τέκτονα* et *τέκτονα ἀωδυνίας* Gott. 12. fulcrum *γ'* post *γυιαρκέος* inserit Pauw. ad v. 26. 13. *ἄρωα* ex Rom. edebatur: at *ἥρως* ubique alibi. *ἀλκτῆρα* vulgo omnes ante Schmidium, prave. Emendavit ille, ut nunc est, metro, etymo et Pal. C. Augustanoque suffragantibus.

3. *κοινὸν ἔπος* s. sollenne ac vulgare, s. commune omnium. Gedikius de *publicis votis* accipit; etsi loca laudata Ol. vii. 170. x. 15. xiii. 69. Nem. iv. 20. id haud arguunt: ubique enim est *commune cum aliis*; hoc tamen ipsum potest accipi et reddi *publicum*. A v. 9. digressio fit; nec redit ad suas preces Pindarus nisi v. 111. *Utinam*, ut dixi, *Chiron adhuc viveret, et ego eum ad te adducere possem!*

7. *ἄρχειν*. Habitabat in Pelio Chiron; sed, utpote in heroe, in majus auget; ut et *εὐρυμίδοντα* adjecit. et 9. *νόον ἀνδρῶν φίλον* pro *ἀνδράσι*.

[12. *γυιαρκὴς*, *validus*. ut *γυιαλϑής*. *Ex Schedis.*]

A. ά. K. ιγ'.

Τὸν μὲν εὐίππου Φλεγύα θυγάτηρ
Πρὶν τελέσσαι ματροπόλῳ σὺν Ἐλει-
θυίᾳ, δαμεῖσα χρυσέοις
Τόξοισιν ὑπ' Ἀρτέμιδος,
Εἰς Ἀΐδα δόμον ἐν
Θαλάμῳ κατέβα,
Τέχναις Ἀπόλλωνος. χόλος
Δ' οὐκ ἀλίθιος
Γίνεται παίδων Διός. ἀ
Δ' ἀποφλαυρίξαισά μιν
Ἀμπλακίαισι φρενῶν,
Ἄλλον αἴνησεν γάμον, κρύβδαν πατρὸς,
Πρόσθεν ἀπερσεκόμᾳ μιχθεῖσα Φοίβῳ,

E. ά. K. ιέ.

Καὶ φέροισα σπέρμα θεοῦ καθαρόν.

14. φλεγυία vet. edd. usque ad Steph. item Bodl. γ. prave. Sustuli interpunctionem post θυγάτηρ, quæ Schmidio laqueos induebat. Jungendum: τὸν μὲν πρὶν τελέσσαι h. πρὶν τελέσαι αὐτὸν h. ἐκτελέσαι, τεκεῖν, partui maturum, σὺν Ἐ. μ. *Lucina adjuvante.* 18. Ἄϊδα Oxonienses ex Bodl. C. Antea: Ἄϊδαο, contracte legendum. porro ἐκ θαλάμων Pauw emendat, non invenuste. Vulgo interpretes hyperbaton esse volunt, pro, δαμεῖσα ἐν θαλάμῳ. Ego sic poetam accipio. Volebat et debebat dicere: *telo percussa mortua est*, adeoque ex veteris Græciæ disciplina, et Homerico more, ἐν θαλάμῳ ἀπέθανε ut femina. [Gurlitt. in puerperio. *Ex Schedis.*] Pro hoc dixit: ἐν θαλάμῳ εἰς Ἄϊδα δόμον κατέβα. Ita, si non probandum, excusandum saltem est. 23. ἀποφλαυρίξασα ante Schmid. 26. ἀκειρικόμα Bodl. γ. 26, 27. Pessime hic erat distinctum post Φοίβῳ. Im-

14. Phlegyæ filia, *Coronis.* v. Apollod. iii. 10. 3. conf. Not. p. 695. [In numo Pergami. Choiseul *Voy. en Grece* t. ii. pl. v. 11. *Ex Schedis.*]

17. ὑπὸ τόξοις pro ὑπὸ τόξων, διά. vid. inf. 64. h. ex partu mortua est.

25. Varie interpungi potest. Rationem receptam firmat Apollodor. l. l. τὴν δὲ παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην Ἴσχυϊ συνοικεῖν. [v. Clavier ad Apollodor. p. 427. *Ex Schedis.*] αἴνησεν, *probavit, consensit in alium amorem.* Inf. iv. 396. καταίνησάν τε κοινὸν γάμον.

27. καθαρὸν h. l. *sacrum*, θεῖον. Quæ sequuntur, de primo amoris sensu dicta accipe. Nam v. 43. demum Ischys ad-

Οὐκ ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν,
Οὐδὲ παμφώνων ἰαχὰν
Ὑμεναίων· ἄλικες
Οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
Ἐσπερίαις ὑπὸ κου-
ρίζεσθ' ἀοιδαῖς· ἀλλά τοι
Ἤρατο τῶν ἀπεόν-
των. οἷα καὶ πολλοὶ πάθον.
Ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀν-
θρώποισι ματαιότατον,
Ὅστις, αἰσχύνων ἐπιχώ-
ρια, παπταίνει τὰ πόρσω,
Μεταμώνια θη-
ρεύων ἀπράντοις ἐλπίσιν.

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Ἔσχε τοιαύταν μεγάλαν ἀάταν

mo vero μιχθεῖσα Φοίβῳ καὶ φ.—καθάρειν. Præire tamen poterat viris doctis Aldus. Neque sequentia accipienda puto, ut omnes faciunt, de nuptiis ab ea occupatis: quorsum enim: ἀλλά τοι ἤρατο τῶν ἀπεόντων? sed illa, amore saucia, vitavit omnes æqualium congressus; nec intererat sollennibus epulis et festis, ut, quoties deducenda erat sponsa; sed amore absentis amatoris tabescebat Ischyis Arcadis, quem mox, ubi ille advenit, in amplexus suos recepit. 28. Novum exorditur locum; itaque non refingendum est οὐδ' ἔμειν', quod Aldus habet. νυμφιδίαν Bodl. C. et omnes edd. ante Schmidium, qui de metro sollicitus νυμφίαν refinxit: Pauw improbat; versus sane alterum fert; versibus tamen 69. 110. 151. convenit alterum, quod sequor. 32. Erat ὑποκουρίζεσθαι in edd. more grammaticorum composita effingendi. Est κουρίζεσθαι ὑπ' ἀοιδαῖς, agere juveniliter, ludere, inter cantus, παίζειν, saltare. [38. Gilb. Wakefield mutat ὅστις ἀσχάλλων ἐπιχ. (Silv. Part. iii. p. 175.) *Ex Addendis.*] 42. Scriptum et editum erat αὐάταν. Immo ἀϜάταν. Scribitur melius ἀάταν, quandoquidem digamma hoc uno in verbo servatur temere. Iterum Pauw suum ἀπάταν inculcat. perperam. v. sup. ad Pyth. ii. 52. Porro τοι ταύταν Ald. idem ἀϜάταν.

venit et ejus amoris fructu illa potitur. vid. V. L. cf. inf. Pythi. ix. 35. sq.

35. πάθον. πάσχουσι. *ut multi animo affecti esse solent.* [at illa exarserat amore Ischyis. *Ex Schedis.*]

Καλλιπέπλου λῆμα Κορωνίδος. ἐλ-
Θόντος γὰρ εὐναισθη ξένου
Λέκτροισιν ἀπ' Ἀρκαδίας.
Οὐ δ' ἔλαθε σκοπόν· ἐν
Δ' ἄρα μηλοδόκῳ
Πυθῶνι τόσσ' εἰσάϊεν
Ναοῦ βασιλεὺς
Λοξίας κοινῶνι παρ' εὐ-
Θυτάτῳ, γνώμαν πιθὼν,

43. λῆμμα vitiose Pal. C. et cum Schol. Ald. et Rom. sed emendatum in Crat. λῆμα Κορωνίδος, ut Τηλεμάχου, noto more, pro Κορωνὶς ἀάσθη. λῆμα a λῶ, (unde θέλω,) φρόνημα, θράσος, τόλημα. 48. εἰσάϊε refinxit Schmidius, ut par esset metrum antithetico. vulgo ἰσάϊε. Firmatur vestigiis in Aldina lectione: τόσσας, ἄϊεν. 50. κοινῶνι Gott. cum Schol. ξυνῶνι emendabat Valken. ad Theocrit. p. 227. quæ forma occurrit apud Xenoph. in Cyrop. Vide vii. 5. 35. et ibi Hutchins. Est ea Attica. In Pindaro tamen infra quoque v. 84. ἑλκέων ξυνάονες est; et occurrit promiscue in Pindaro ξυνὸς et κοινός. At h. l. metrum requirit κοινῶνι. 51. πιθὼν Schmidius refinxit pro πεπιθὼν ex metri lege, recte, Pauwio quoque judice, ut sit: παραπιθὼν γνώμαν κοινῶνι εὐθυτάτῳ, πάντα ἴσαντι νόῳ, interpretationem non addit Pauwius: erit illa forte hæc: *inducens, judicium*, h. e. *se, ad credendum*, (non alieno teste, sed) *sua mente, quæ omnia statim sibi communicat, ad se refert*, h. *animadvertit et videt*. Utut hæc mitiges, dura sunt; duriora etiam apud Schmidium. Oxonienses vero ne vident quidem, diversa esse πιθεῖν et πείθεσθαι, *adducere ad credendum* et *adduci*. Quid? si, sublata interpunctione post Λοξίας, jungamus cum antecedentibus: Ἐν δ'- εἰσάϊεν γ. β. Λοξίας κοινῶνι παρ' εὐθυτάτῳ, γνώμαν πιθὼν, πάντα ἴσαντι νόῳ. *sensit, percepit id, apud animum suum* etc. Et sic jam Schol. accepisse videtur: ἐν δὲ Πυθῶνι ὢν ὁ Ἀπόλλων ἐπήσθετο τῷ ἱερῷ νόῳ τὸ ἁμάρτημα. Aldus dedit: γνώμα (pro γνώμᾳ) πεπιθών. Sic quoque Bodl. γ.

46-54. Enimvero Apollo Delphis speculans hoc rescivit, et furtum puellæ deprehendit. [potius: non latuit aliquem qui resciscere. deprehensa illa est, sc. ab ipso Apolline, deo omniscio. *Ex Schedis.*] εἰσάϊεν pro ἤσθετο. σκοπὸν de Jove ultore haud diverso sensu vid. in Æschyl. Suppl. 386. Si σκοπὸν non de *Apolline*, verum de *corvo* esse accipiendum dixeris, cum verbis luctaris. Quoquo te vertas, ne contortis quidem modis melius quid efficias, quam naturali interpretatione, quam dedi: *non ab alio Apollo, verum a se hoc didicit*: εἰσάϊε παρὰ νόῳ πάντα ἴσαντι (pro παρὰ νόου, vel ἐν νόῳ, σὺν ν. ut P. ii. 159. παρὰ τυραννίδι pro ἐν), κοινῶνι εὐθυτάτῳ, *qui ipsi veracissime omnia communicat*. Sententias quidem facile, hæc esse nimis ornata; multo magis adjecto, εἰσάϊε, γνώμαν πιθὼν, *animum adducens*, h. e. *se ad credendum adducens*. Corvum indicem Pindarus ignorat. κοινὸν est idem qui κοινωνὸς, qui communicat aut aliis aut sibi, est ergo *animus arbiter, conscius cogitatorum*.

Πάντα ἴσαντι νόῳ,
Ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται· κλέπτει τέ μιν
Οὐ θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις οὔτε βουλαῖς.

A. β'. K. ιγ'.

Καὶ τότε γνοὺς Ἴσχυος Εἰλατίδα
Ξεινίαν κοίταν ἄθεμίν τε δόλον,
Πέμψεν κασιγνήταν μένει
Θύοισαν ἀμαιμακέτῳ
Ἐς Λακέρειαν. ἐπεὶ
Παρὰ Βοιβιάδος
Κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος.
Δαίμων δ' ἕτερος
Ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμάσατό νιν. καὶ γειτόνων
Πολλοὶ ἐπαῦρον, ἁμᾶ
Δ' ἔφθαρεν, πολλάν τ' ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς
Σπέρματος ἐνθορὸν αἴστωσεν ὕλαν.

56. Vulgo ante Schmidium: ξενίαν. [63. Heynius in textu scripsit ἐδαμάσ-.] 66. ἔφθαρεν pro ἐφθάρησαν. quis dubitet? male Rom. et al. ἔφθαρε. [probat ἔφθαρεν Gilb. Wakefield Silv. P. iii. p. 175. *Ex Addendis.*] π. δ' ἐν ὄρει Pal. C. et Aug. metro non invito; etiam sic Aldus. 67. ἐνθορόν. Schneider conj. ἔνθορον, quæ vox rarior pro ἔγκυον, *prægnans*, est ap. Nicandr. Ther. 99. Ita esset *flamma ex uno semine* (scintilla) *gravida*, concepta *consumsit silvam*. Paullo tumidius. ἐνθορὸν est, *ex una scintilla ignis invadens silvam consumsit.*

59. *Lacerea* fuit in Pelasgiotide Thessaliæ, haud longe a Pelio: cf. Not. ad Apollod. p. 695. sq.

62. Duplex modus est accipiendi hæc; aut: *Idem malum fatum, quod eam ad furta pellexerat, etiam interitum ei adstruxit.* δαίμων ἕτερος, *adversus, infestus.* Copiose illustravit Bentl. ad Phalar. s. ix. tum Lennep. ad Phalar. Epp. 23. Valken. in Diatr. p. 112. quod Latinis est, *non suus deus:* ut Tibull. iii. 3. 28. aut: δαίμων δ' ἕτερος ἐδαμάσατό νιν, τρέψας ἐς κακόν: *fortuna iniqua illam perdidit adducendo in perniciem.* [sc. κακὸν potest esse *culpa, flagitium*, et *pœna, pernicies.* — 65. ἐπαῦρον. l. τοῦ κακοῦ. l. αὐτῆς. hoc melius, ut Il. α. 410. βασιλῆος. *Ex Schedis.*]

E. β'. K. ιέ.

Ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλίνῳ
Σύγγονοι κούρᾱν, σέλας δ' ἀμφέδραμε
Λάβρον Ἀφαίστου, τότ' εἶει-
πεν Ἀπόλλων· οὐκ ἔτι
Τλάσομαι ψυχᾷ γένος ἀμὸν ὀλέσσαι
Οἰκτροτάτῳ θανάτῳ,
Ματρὸς βαρείᾳ σὺν πάθᾳ.
Ὡς φάτο. βάματι δ' ἐν
Πρώτῳ κιχὼν παῖδ' ἐκ νεκροῦ
Ἄρπασε. καιομένα
Δ' αὐτῷ διέφαινε πυρά.
Καί ῥά μιν Μάγνητι φέρων
Πόρε Κενταύρῳ, διδάξαι
Πολυπήμονας ἀν-
θρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους.

Σ. γ'. K. ιγ'.

Τοὺς μὲν ὤν, ὅσσοι μόλον αὐτοφύτων

70. τότε εἶπεν Gott. 72. Male Schmid. refinxerat ὀλέσθαι. 75. Aristarchus scripserat: βάματι δ' ἐν τριτάτῳ. v. Schol. mirum Grammatici acumen! Simpliciter poeta dicit, etsi splendide, utpote de deo, uno gressu facto Apollinem eripuisse flamma puerum, quem mater utero gestabat. 78. διέχαινε Schmid. emendavit; Pauw διέβαινε. Utrumque durius quam vulgatum, ut exprimatur, *flammam dissiliisse, diffissamque deo viam fecisse, qua incolumis transiret.* διεσχίσθη, διέστη. Namque hoc ipsum διαφαίνειν vi etymi esse potest. Et quam multa alia a poeta audacter novata passim occurrunt! Audiendus erat saltem h. l. Scholiastes. 80. πόρε ex Ald. et Pal. C. Schmidius. Romana et sqq. πόρεν.

83. Locus classicus de veterum medicina, quæ verius chirurgia fuit. Sunt, qui *ulcere sponte nato* laborant, tum qui *vulnere* seu cominus seu eminus illato; tandem qui *ex æstu* vel *ex frigore vitium* corporis contraxerunt. Medicinæ autem *carminæ, potiones, amuleta* et *sectio*. Amuleta non modo superstitiosa, sed et radices herbæque salutares, collo appensæ, sane conveniunt genio istarum ætatum. Non male tamen Gedike de herbis accipit, quibus illigantur partes corporis seu vitiatæ ac læsæ, seu ex morbo, v. c. rheumatismo, morbo arthritico, œdemate laborantes.

Ἑλκέων ξυνάονες, ἢ πολιῷ
Χαλκῷ μέλη τετρωμένοι
Ἢ χερμάδι τηλεβόλῳ,
Ἢ Θερινῷ πυρὶ περ-
θόμενοι δέμας ἢ
Χειμῶνι, λύσαις ἄλλον ἀλ-
λοίων ἀχέων
Ἔξαγεν· τοὺς μὲν μαλαπαῖς
Ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
Τοὺς δὲ προσανέα πί-
νοντας, ἢ γυίοις περιάπτων πάντοθεν
Φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς.

Α. γ'. Κ. ιγ'.

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.

84. Bodl. C. ξυνάορς. saltem esse deberet ξυνάορσι. At ξυνάων, quod Ionibus ξυνήων, Atticis ξυνῶν. v. Valken. ad Eurip. Phoen. p. 161. et sup. ad 50. 94. περάπτων Schmidius induxit male metro ruenti timens. Præstat vulgaris lectio: περιάπτων. conf. Pauw. Induxere τὸ πὲρ pro περὶ etiam in alia loca. vid. Schneid. ad Demetr. p. 156. [περιάμματα, περίαπτα. Strab. xv. p. 1047. A. *Ex Schedis.*] — 97. ἔτραπεν Oxon. et MSS. Vulgg. ἔτραπε. Vide laudatum hunc locum ab Athenag. pro Christian. 25. p. 116. Clem. Alex. pag. 25. [Cyrill. c. Julian. vi. p. 201. *Ex Schedis.*] —

84. ἑλκέων ξυνάονες sunt οἱ σὺν ἕλκεσιν ὄντες, ἕλκος ἔχοντες. ξυνάων, κοινωνὸς, supra κοινῶν v. 50. ξυνήων ap. Hesiod. Theog. 590. 601. ξυνήονας ἔργων ἀρχαλίων. [add. Coluth. 278. *Ex Schedis.*]

In v. 87. 88. *febres* quærebam aliquando et ipse, seu frigidam et ardentem seu æstivas et auctumnales: sed græca in hanc notionem deflecti posse non videntur: περθόμενοι δέμας, *populatum corpus habentes*, πυρὶ θερινῷ ἢ χειμῶνι, *igni æstivo aut hieme.* Et sunt reliqua omnia ejusmodi, ut *chirurgicam* operam desiderent, non clinicam.

96. Mira fabulæ novatio, qua Æsculapius pro ope medica ab ægrotis sostra iniqua exegerit, ita ut etiam promissa magna auri vi a morte revocaverit aliquem. [Attingit Tertull. Apolog. c. 14. cf. Creuzer *Symbolik* t. ii. p. 357. *Ex Schedis.*] Habebunt igitur nostri medici, si qui sunt, qui lucro inhiant, qua se tueantur, auctoritatem auctoris artis medicæ. Prorsus diversa antiquiores narraverant. v. Apollod. p. 234. sq. et Not. p. 701. sq. Similem novationem vides apud Horat. ii. 18. 34. *nec satelles Orci* (Charon) *callidum Promethea Revexit auro captus.* — δίδεται, pro νικᾶται. ἥττων ἐστὶ τοῦ χρυσοῦ. Mox ἀλωκότα, *morti damnatum.*

Ἔτραπεν κἀκεῖνον ἀγάνορι μι-
σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανεὶς
Ἀνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι,
Ἤδη ἁλωκότα. χερ-
σὶ δ' ἄρα Κρονίων
Ῥίψαις δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰν
Στέρνων καθέλεν
Ὠκέως· αἴθων δὲ κεραυ-
νὸς ἐνέσκηψεν μόρον.
Χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ
Δαιμόνων μαστεύεμεν θναταῖς φρεσὶ,
Γνόντα τὸ πὰρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν αἴσας.

E. γ'. K. ιέ.

Μὴ, φίλα ψυχὰ, βίον ἀθάνατον
Σπεῦδε· τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν.

99. *κομίσσαι* vulgo ante Schmidium, qui et mox *ἁλωκότα* mutavit, quod in vulgg. erat. *κομίσαι* jam Ald. exhibuerat. 102. *ῥίψας*, vulgare, Ald. et alii apud Schmidium. Interpungi malit *ῥίψας δ' ἀμφοῖν*, Pauwius, ut jungantur *καθέλεν ἀμφοῖν ἀμπνοὰν*, *ῥίψας* διὰ pro *διαῤῥίψας*. Non minus bene junges *ῥίψας διὰ στέρνων*, vel *ῥίψας δ' ἀμφοῖν καθέλεν ἀμπνοὰν στέρνων*. Vulgare erat, *διαῤῥίψας ἄμφω τῷ κεραυνῷ*. Trajectus est uterque, et Æsculapius et is, quem in vitam restituerat, eodem fulmine. Aliud est fulmen in medium inter duo jactum ap. Apollod. ii. 5. 11. p. 137. et ii. 6. 2. 103. *καθέλεν* a Schmidio est. Vulgo invito metro *καθεῖλεν*. idem ex Clemente Alex. qui h. l. repetiit, laudat *ἀμπνοάς*. 105. *ἐνέσκηψεν* scribendum, Pauwio monente, pro —*ψε*. 108. *γνόντα* cod. Aug. et, metro monente, Schmidius, repudiato vulgari: *γνόντας*. 111. *ἄντρον ἔναιεν* vulgo ante Schmidium, quod in metrum peccat. Bodl. C. *ἔναι*— 112. *ἐν ἔτι*. Pauw mavult: *ἄντρ' ἔναιεν*, vel: *ἄντρα ναῖεν*, duplici vocali ante vocalem correpta: quod parum placet.

106. *χρὴ (τινὰ) μαστεύειν παρὰ δαιμόνων τὰ ἐοικότα θνηταῖς φρεσὶ, γνόντα.* Similis sententia sup. ii. 63.

111. Redit poeta ad primos carminis versus. Antecedentes versus 109. et 110. adhuc ad superiora refero, et jungo cum *χρὴ τὰ ἐοικότα*. *Itaque non est vita immortalis affectanda*; (exemplo Æsculapii moniti sumus) *sed aggrediendæ res quæ fieri possunt. μηχανὴ*,

Εἰ δὲ σώφρων ἄντρον ἔναι᾽
Ἔτι Χείρων, καί τί οἱ
Φίλτρον ἐν θυμῷ μελιγάρυες ὕμνοι
Ἀμέτεροι τίθεν· ἰ-
ατῆρά τοί κέν μιν πίθον
Καί νυν ἐσλοῖσι παρα-
σχεῖν ἀνδράσιν θερμᾶν νόσων
Ἤ τινα Λατοΐδα
Κεκλημένον ἢ πατέρος.
Καί κεν ἐν ναυσὶν μόλον Ἰ-
ονίαν τέμνων θάλασσαν,
Ἀρέθουσαν ἐπὶ
Κράναν, παρ᾽ Αἰτναῖον ξένον,

115. Impediti nescio quid in seqq. Unus ex Schol. aliter legisse videtur, nam, ἐκήλησα ἂν αὐτὸν, ἰατρὸν ὄντα, παρασχεῖν τῷ Ἱέρωνι τῶν καυστικῶν νόσων ἀπόλυσίν τινα. Ordinem verborum, ut nunc se habent, apposui in nota. Καλεῖν τὸν ἰατρὸν bene dicitur: unde hic proprie acceptum malo κεκλημένον ἰατῆρα. (nam ad μὶν Chironem referre, durius esset.) non, ut volunt, κεκλημένον υἱὸν Λατοΐδα. sin vero ita vel maxime jungerem, dicerem esse pro ὄντα dictum, non, ut Pauwius vult, ut poeta se parum credulum illis deorum stirpibus innuere velit. Tale quid quis in simili loco cogitet? [ut medicum, ipsum venientem præbere vocatum tibi θερμᾶν νόσων ἤπια.—ἐσλοῖσι pro σοὶ ἐσθλῷ. *Ex Schedis.*] 116. Καὶ νῦν vulgg. ante Schmid. 117. ἀνδράσιν scribendum, monente Pauw. et v. 120. ἐν ναυσίν. Vulgo sine ν. 122. ἐπὶ κράναν hoc versu editum erat ante Schmidium. prave. Emendate legebatur in Bodl. γ.

instrumentum, *opera*, ars, *opus ipsum*, *res*. Sup. P. i. 79. μαχαναὶ πᾶσαι, *quicquid efficitur*, *omne cœptum*, *ausum*. ἀντλεῖν, *exhaurire*, *tolerare*, *perficere*, τελεῖν ἀνύσιν. [*adhibe operam*, *effice opus*, *rem in tuis viribus positam*. *Ex Schedis.*]

[112. *si carmine meo instillare ipsi voluntatem*, *eum movere possim*. *Ex Schedis.*]

115—119. Juncturam teneo: τοὶ, ἔπιθόν κέν μιν (*exoraturus essem eum*) παρασχεῖν καὶ νῦν ἀνδράσιν ἐσλοῖς ἰατῆρά τινα κεκλημένον (*arcessitum*) θερμᾶν νούσων, ἢ (παῖδα) Λατοΐδα (Apollinis, qualis Æsculapius fuit, quem in disciplina habuit) ἢ πατέρος (erit: *Jovis filium*: atqui is esset ipse Apollo). Alia via si tentes, τινὰ esse potest neutrum, ut sit παρασχεῖν τινα, *remedia*, ἢ Λ. ἢ πατέρος, *aut Apollinis aut Jovis*. Ita tamen mihi displicet nude positum τινά. [Hermann. et Gurlitt. κεκλημένον Λαΐοΐδα ἢ παΐδος esse ut τίνος κεκλημένος ap. Euripid. *cujus filius*. Admodum frigide. *Ex Schedis.*]

Σ. δ'. Κ. ιγ'.

Ὃς Συρακόσσαισι νέμει, βασιλεὺς
Πραΰς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς,
Ξείνοις δὲ θαυμαστὸς πατήρ.
Τῷ μὲν διδύμας χάριτας,
Εἰ κατέβαν, Ὑγίειαν ἄγων χρυσέαν
Κῶμόν τ', ἀέθλων Πυθίων
Αἴγλαν στεφάνοις,
Τοὺς ἀριστεύων Φερένικος ἔλεν Κίρρᾳ ποτέ·
Ἀστέρος οὐρανίου,
Φαμὶ, τηλαυγέστερον κείνῳ φάος
Ἐξικόμαν κε, βαθὺν πόντον περάσσαις.

Α. δ'. Κ. ιγ'.

Ἀλλ' ἐπεύξασθαι μὲν ἐγὼν ἐθέλω

124. In edd. interpungitur Σ. *νέμει*, recte si ἐν Σ. accipis; non vero, quasi *νέμειν* cum tertio casu jungi possit. Primæ edd. exhibent Σ. *νέμει βασιλεὺς*, quod esset *νέμει*, (absolute) *βασιλεὺς* Σ. 130. Etiam hic prava interpunctio seriorum editionum Κῶμόν τ' ἀ. Πυθίων, Αἴγλαν στεφάνοις, molestiam faciebat. 133. *ποτὲ* sane otiosum: etiamsi carmen interjecto post victoriam tempore missum esse dixeris. Pauwius conj. ἵλεν Κ. *ποσὶ* vel ἵλ' ἐν Κίρρᾳ *ποσὶ*, non invenuste. 136. *περάσαις* Rom. —*σας* Ald. Metrum requirit *σσ*. [In textu Heynius alterum *σ* delevit.]

124. Interpungendum: ὃς (ἐν) Σ. *νέμει* [*τὰ πράγματα*. *Ex Schedis.*] *βασιλεὺς πραῢς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς, ξείνοις δὲ θ. π. Si venirem adducens ad ipsum δύο χάριτας, χάρματα,* Ὑγίειαν (nam est in personam mutata) Κῶμόν τε. In seqq. turbat *τὸ στεφάνοις*. Inter plures jungendi rationes præferenda videtur hæc: Κῶμον, *hymnum* αἴγλαν *στεφάνοις* (pro *τῶν στεφάνων*) ἀέθλων Πυθίων, *qui illustrat victorias Pythicas.*

[134. *ἀστέρος οὐρανίου*, solis. *Ex Schedis.*]

137—140. Ante ædes Pindari fuit sacellum Magnæ Deæ, et signum Panis. In hac ædicula, vel ante eam, hymnos a puellarum choris cani sollenne esse debuit, et quidem sacris seu teletis nocturnis. In Schol. ex Aristodemo narratio exstat, qua ipse Pindarus con-

Ματρὶ, τὰν κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον
Σὺν Πανὶ μέλπονται θαμὰ
Σεμνὰν θεὸν ἐννύχιαι.
Εἰ δὲ λόγων συνέμεν
Κορυφὰν, Ἱέρων,
Ὀρθὰν ἐπίστα, μανθάνων
Οἷσθα προτέρων·
Ἓν παρ' ἑσλὸν, πήματα σὺν
Δύο δαίονται βροτοῖς
Ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν
Οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,
Ἀλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

139. μέλπονται emendationi Schmidianæ debitum, metro poscente. vulgo: μέλποντι. 143. ἐπίστα ex h. l. notatur pro ἐπίστῃ. Non est enim ex ἐπίστασαι. tum esset α breve. 145. σύνδυο Schol. et edd. fere habent præter Cratand. Immo vero: συνδαίονται. aut σὺν absolute, *una* διανέμουσι. Tum apud Plutarch. de consolat. p. 107. B. δαίνυνται legitur, sed et reliqua ibi depravata. Quod vero Homericum locum Il. ω. 527. sqq., parum congruente sententia, huc vocant veteres et alii intpp., parum recte faciunt. (Aliter nunc video acutissimum Knight statuere p. 79.) Ad Homericum autem locum illustrandum Scholion Pindari negligendum non est.

didisse ædiculam fertur. Est præterea locus huc faciens ἐν Παρθενίοις, quem v. in Fragmentis. *Pan* autem σύνεδρος τῆς Ῥέας: ut monent Schol. et ex iis Wessel. ad Diodor. tom. i. p. 227. 31.

141. εἰ δὲ, forma Pindarica, pro vulgari: *quandoquidem tu.* λόγοι sunt *litteræ, carmina, sapientia, doctrina* in Pindaro, quatenus doctrina et sapientia e *priscis poetis* tum hauriri solebat. κορυφὰ λόγων, ut κορυφὰ ἀρετῶν, ἄθλων, κτεάνων, dictum esse potest non uno modo: vel ut sit *summa* λόγων, *doctrinæ*, vel *quod summum est* ac præstantissimum in λόγοις. Tum vero omnino ornat, et κορυφὴ λόγων est idem quod simpliciter λόγοι, adjuncta notione, *præclara* sapientia, doctrina. Tandem κορυφὰν ὀρθὰν λόγων dictum pro eo, quod proprie erat κορυφὰν λόγων ὀρθῶν, *vera sapientia ac doctrina.* εἰ ἐπίστα συνέμεν pro εἰ συνίεις, et οἶσθα μανθάνων, ἔμαθες, (παρὰ) προτέρων, *a priscis poetis.* Fuit scilicet carmen, e quo sententia, quæ sequitur, depromta est; nec tamen locus Homericus Iliad. ω. 527. sqq. cf. V. L. 145.

149. οἱ ἀγαθοὶ vi oppositi sunt σοφοί. *sapientes.* τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω, Scholiis præeuntibus, a veste ducunt. Non necesse est; Pindaro est: bona, quæ in re sunt, *evolvere, explicare, eruere,* et in luce collocare, nec, animo in adversa fata tantum defixo, se excruciare. Mox 151. δέρκεται σύραννον πότμ ες, *respicit, eum comitatur, adest ei.*

E. δ'. K. ιε'.

Τὶν δὲ μοῖρ' εὐδαιμονίας ἔπεται.
Λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται,
Εἴ τιν' ἀνθρώπων, ὁ μέγας
Πότμος. αἰὼν δ' ἀσφαλὴς
Οὐκ ἔγεντ' οὔτ' Αἰακίδᾳ παρὰ Πηλεῖ,
Οὔτε παρ' ἀντιθέῳ
Κάδμῳ· λέγονται μὰν βροτῶν
Ὄλβον ὑπέρτατον οἱ
Σχεῖν, οἵτε καὶ χρυσαμπύκων
Μελπομενᾶν ἐν ὄρει
Μοισᾶν καὶ ἐν ἑπταπύλοις
Ἄϊον Θήβαις, ὁπόθ' Ἁρ-
μονίαν γᾶμεν βοῶπιν,

151. Ex Scholiorum auctoribus unus aliam lectionem habuisse videtur: *τὸν γὰρ δὴ τῶν λαῶν ἡγούμενον πλοῦτον καὶ τύραννον ἡ ἐξ ἀρχῆς ἐδωρήσατό σοι καταβολή.* Ut nunc legitur, et recte, puto, universa accipienda sententia: *εἴ τινα ἀνθρώπων, τοὺς τυράννους δέρκεται* (*ὁρᾷ, respicit, adest ipsis*) *ὁ μέγας πότμος.* 154. ἐγένετ' et παρ ante Schmid. legebatur, qui metro consuluit. sed in verbis tricatur. haud dubie dictum est pro *παρεγένετο οὔτε Πηλεῖ Αἰακίδᾳ, οὔτε παρεγένετο Κάδμῳ.* Bodl. γ. Τέ-νετ' οὔθην et παρά. Mingarello ἔγεντ' durum videbatur: mavult ergo οὐκ ἐγένετ', ut in Syzygia trochaica pes secundus sit anapæstus. Occurrit tamen ἔγεντ' alibi quoque, ut in Theocr. i. 88. *ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.* 156. λ. γε μὰν edd. ante Schmidium, qui expulit γε. deest etiam MSS. Oxon. 161. ὁπόθ', sc. ὁ μὲν, quod facile intelligitur ex sequente ὁ δέ. Pauwio tamen hæc nimis impedita videntur; itaque emendat: ὅ γ' ὅθ'.

153. sq. At non potes ab omni parte felix esse; quæ sors nemini unquam contigit. Hæc ut poeta exsequitur ad duo heroes rem revocando.

154. *οὐ παρεγένετο οὔτε Πηλεῖ, οὔτε Κάδμῳ.*

159. ἐν ὄρει, in Pelio monte, inter nuptias cum Thetide. cf. Nem. v. 40. sq. Quæ quis non meminerit ex Catullo? Et 161. ὁπόθ' (ὁ μὲν) Ἀ.—ὁ δὲ Νηρ. —Videtur ante oculos h. l. habere Isocr. Encom. Evag. 4. Similis locus fuit in Fragm. Pindari (p. 35. vi. Schneid.). cf. Theogn. 15. et laudd. a Wernsdorf. Poet. min. Lat. tom. iv. p. 463. Summæ autem *felicitatis* declaratio apud antiquos: *cum diis versari, in deorum convictum admitti*, ut supra de Tantalo et Ixione vidimus.

Ὁ δὲ Νηρέος εὐ-
βούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.

Σ. ε'. Κ. ιγ'.

Καὶ θεοὶ δαίσαντο παρ' ἀμφοτέροις·
Καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον
Χρυσέαις ἐν ἕδραις, ἔδνα τε
Δέξαντο· Διὸς δὲ χάριν
Ἐκ προτέρων μεταμει-
ψάμενοι καμάτων
Ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν.
Ἐν δ' αὖτε χρόνῳ,
Τὸν μὲν ὀξείαισι θύγα-
τρες ἐρήμωσαν πάθαις
Εὐφροσύνας μέρος αἱ
Τρεῖς· ἀτὰρ λευκωλένῳ γε Ζεὺς πατὴρ
Ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνᾳ.

167. pronuntiandum χρυσαῖς. 168. Male interpunxisse videntur veteres, si Scholia inspicias. cf. Pauw. Eundem tamen miror malle jungere, μεταμειψάμενοι χάριν Διός: vellem addidisset interpretationem commodam.

165. conf. inf. Nem. iv. 106. sq.

167. ἕδνα, munera et Thetidi et Harmoniæ allata a multis poetis celebrantur.

168. (διὰ) Διὸς δὲ χάριν (*beneficio Jovis*) ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν (ἀνώρθουν τὸν νοῦν) ἐκ προτέρων καμάτων μεταμειψάμενοι, *vicissim e prioribus calamitatibus* (nam uterque exulabat) *animum* vel *receperunt, recrearunt*, vel *confirmarunt*.

173. Duplex est hujus loci interpretatio. Alia antiquior, quam naturalis verborum ordo suppeditat, quamque veteres sequuntur: τὸν μὲν θύγατρες αἱ τρεῖς (Ino, Agave, Autonoe, sup. Ol. ii. 39.) ἐρήμωσαν εὐφροσύνας μέρος (ἀφείλοντο αὐτὸν μέρος ex poetico more: ἐρημοῦν τινά τι, pro κατά τι) πάθαις ὀξείαις (pro διὰ παθῶν). Sic supra dictum erat Ol. i. 94. εὐφροσύνας ἀλᾶται, *felicitate caret, infelix est.* εὐφροσύνας autem μέρος haud dubie *ex pristina felicitate partem*; nam non omni felicitate exciderat Cadmus. Altera ratio a Schneidero proposita et a Gedikio probata hæc est: τὸν μὲν θύγατρες ἐρήμωσαν ὀξείαις πάθαις, εὐφροσύνας μέρος αἱ τρεῖς, *ipsæ lætitiæ paternæ pars*. Moneri potest: primo non erant pars, sed ipsæ totam *paternam felicitatem* constituebant: nulli alii erant Cadmo liberi; tum vero non *orbarunt eum*: non enim mortuæ sunt, sed in calamitates inciderunt, duæ autem (*Ino* et *Semele*) deæ factæ.

A. ε'. K. ιγ'.

Τοῦ δὲ παῖς, ὃν περ μόνον ἀθανάτα
Τίκτεν ἐν Φθίᾳ Θέτις, ἐν πολέμῳ
Τόξοις ἀπὸ ψυχὰν λιπὼν
Ὧρσεν πυρὶ καιόμενος
Ἐκ Δαναῶν γόον. Εἰ
Δὲ νόῳ τις ἔχει
Θνατῶν ἀλαθείας ὁδὸν,
Χρὴ πρὸς μακάρων
Τυγχάνοντ' εὖ πασχέμεν. ἄλ-
λοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ
Ὑψιπετᾶν ἀνέμων.
Ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται,
Ὃς πολὺς εὖτ' ἂν ἐπιδρίσας ἔπηται.

185. Impeditus locus; v. Not. 189. In Schol. et edd. ante Schmidium ὄλβος δ' οὐκ. Forte: ἀνέμων, ὄλβος οὐδ' ἐς μ. 190. Alter Scholiastarum ver-

182. Novus sententiarum ordo. Vss. 185. sq. χρὴ πρὸς μακάρων τυγχάνοντ' εὖ πασχέμεν. non adeo proclive est, grammatice hæc expedire. εὖ πάσχειν nihil aliud est nec esse potest, quam *bene res gerere, bonum successum habere, felicem esse, laudem consequi.* v. P. i. 191. Nem. i. 46. Isthm. v. 17. Jam τυγχάνοντα potest esse neutrum plurale, ut sit: χρὴ εὖ πάσχειν (κατὰ τὰ) τυγχάνοντα πρὸς μακάρων, *sapiens felix est in iis quæ a diis ipsi contingunt.* Potest et esse χρὴ εὖ πάσχειν (αὐτὸν) τυγχάνοντα (h. ἐπιτυγχάνοντα, *si consequitur* aut *hoc ipsum, ut æquo animo ferat fortunam,* aut *si consequitur id quod voluit, si successu utitur*; nam τυχεῖν, τυγχάνειν absolute sic ponitur, v. c. Ol. ii. 93.) πρὸς μακάρων (παρὰ θεῶν). Nisi dixeris, esse ornate dictum τυγχάνοντα εὖ πάσχειν pro simplici εὖ πάσχειν, aut pro τυγχάνειν πρὸς (παρὰ) μακάρων, καὶ εὖ πάσχειν. Dura est ellipsis in omnibus his modis. Restat tamen tertia ratio, ut sit tertius casus τυγχάνοντι, ut sit εὖ πάσχειν τῷ τυγχάνοντι πρὸς θεῶν, h. ἐν τῷ τυγχ. *in eo quod obtingit a diis.* In hoc dura est elisio τοῦ ι. Sententia enim omnino sic procedere videtur inde a v. 182. εἰ δέ τις. *si quis* (h. e. quisquis) etc. *Sapiens bene fert utramque fortunam; felicitate fruitur, quatenus a diis hoc ipsi obtingit; at* (187.) *alio tempore aura mutatur; nimis magna felicitas hominum non diu persistit eodem in loco.* ὁδὸς ἀλαθείας v. 184. *via sapientiæ, vera ratio,* nescio an jungenda sit cum θνατῶν, *quantum quidem illa ad mortale genus spectat.*

186. ἄλλοτε δ' ἀ. prorsus ut Ol. vii. f. ὑψιπετᾶν non esse potest ab ὑψιπέτης, ες, sed ab ὑψιπέτης, ου.

190. Corrupta est lectio; nec pre-

E. é. K. ié.

Σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν μεγάλοις
Ἔσσομαι· τὸν δ' ἀμφέπονθ' αἰεὶ φρεσὶ
Δαίμον' ἀσκήσω κατ' ἐμὰν
Θεραπεύων μαχανάν.
Εἰ δέ μοι πλοῦτον θεὸς ἄβρὸν ὀρέξαι,
Ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὑ-
ρέσθαι κεν ὑψηλὸν πρόσω.
Νέστορα καὶ Λύκιον

sum cum supp. conjunxit; v. Not. 192. *φρασὶ* Rom. Crat. et *φρισὶ* Ald. Brub. et al. quod revocavi. v. mox ad iv. 194. 198. Intulit sequentibus facem Schmidius, prælucente uno ex grammaticis. [195. Ad *μοι* Heynius adscripsit *σοι* et 196. ad *εὑρέσθαι parare tibi.* v. Not.] Vulgo 198. sq. legitur: Νέστορα καὶ Λ. Σ. ἀνθρώπων φάτις ἐξ ἐ. κιλαδεννῶν, τέκτονες οἷα ἄρμοσαν. Γινωσκομένα δ' ἀρετὰ etc. Obscura et deficiens oratio, quam explent Grammatici supplendo in prioribus ἔχει. Sed *Nestorem et Sarpedonem, ἀνθρώπων φάτις*, h. *φάτιας, fabulas hominum, de quibus viris tam multa fabulantur poetæ, γινώσκομεν* ἐξ ἐπέων etc. *notos habemus ex carminibus* etc.

cedit, quocunque te verteris. Ne cum seqq. jungas, sententia ipsa intercedit. Igitur ad antecedentia referre necesse est; sententia est perspicua: *nimis magna felicitas non est stabilis.* ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς Eurip. Or. 340. cf. Med. 1228. 9. *Non durat felicitas humana, quæ nimis magna obvenerit.* ἐπιῤῥίσας ἵσταται est idem ac ἐπιῤῥίσῃ, de magna *copia abruente.* Verum molesta sunt ὅς et εὖτ' ἄν. in his vitium latet. Jam propter ἵσταται tenendum erit εὖτ' ἄν pro ὅταν. Restat igitur vox ὅς, corruptelæ sedes. Exputabam multa; sed nondum vidi, quod pro Pindarico habere possem.

191-7. Nunc, quod universe pronuntiare voluit, more suo *ad se* transfert: *Fortunæ meæ modulo accommodabo mores meos; in rebus modicis modice, in lautis vivam laute. Fortuna præsente utar pro facultate. Sin autem mihi* [*tibi. Ex Schedis.*] *lauta fortuna obtigerit, spero in posterum laudem et famam magnam me consequuturum esse* [*spero me tibi carminibus meis laudem paraturum esse insignem.* Hoc sibi tribuere solent poëtæ. *Ex Schedis.*] Ita de se dixit, quæ universe accipi vult. *ἀσκήσω θεραπεύων* (pro *ἀσκήσω καὶ θεραπεύσω, colam, utar.* ut *ἀσκεῖν ἀρετήν.*) *φρισὶ κατ' ἐμὰν μαχανὰν, pro meo modulo, pro facultate mea, τὸν δαίμονα ἀμφίποντα*, h. *παρόντα μοι.* In seqq. 195. olim in Additam. alienam sententiam inferre volebam; at enim videndum est, quid poeta senserit, non, quid sentire debuerit, ad nostrum quidem sensum ac morem. Scilicet cum v. 198. novam sententiam subjicere putandus est poeta; qua tacite suis carminibus honorem asserit.

Σαρπηδόν', ἀνθρώπων φάτις,
Ἐξ ἐπέων κελάδεν-
νῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ
Ἅρμοσαν, γινώσκομεν. ἃ
Δ' ἀρετὰ κλεινᾶις ἀοιδαῖς
Χρονία τελέθει.
Παύροις δὲ πράξασθ' εὐμαρές.

200. κελαδεννῶν omnes priscæ edd. defecit Brub. et hinc aliæ : κελαδεινῶν.

205. *At paucis facile est hoc consequi,* litatem (saltem duraturam famam) con-
sc. ut eorum virtus carmine immorta- sequatur.

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ Γ'.

ΑΡΚΕΣΙΛΑΩ ΚΥΡΗΝΑΙΩ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

In Arcesilai, regis Cyrénes, honorem carmen se aggredi professus, statim, Cyrenes mentione facta, quasi numine afflatus, ad origines coloniæ progreditur, et Medeæ vaticinium memorat Euphemo, uni ex Argonautis, datum—94. subjuncta simul interpretatione ex oraculo Delphis Batto dato de colonia in Libyam deducenda—118. Inde fabulam de Argonautarum profectione orditur;—438. ubi occiso dracone et vellere recuperato reliqua brevibus complectitur ad 467. Inde bona monita subjungit. Est carmen solito longius, fabulam argumento substernens, quæ ad originem gentis Battiadarum præclare accommodata est, et ad hoc consilium unice spectare videtur. Carmina longiora, in quibus Mythi exponerentur, fuere plura, inprimis Stesichori. Subjecta autem a 467. bona consilia et monita haud parum a natura carminis lyrici recedunt; nec satisfacit ratio viri docti alioqui ingeniosa, qua carmen ita defendit, ut Damophili persona comparetur cum Jasone, et ad hunc summa carminis referatur; eam refellit totum carminis argumentum et consilium ad Arcesilaum spectans. Sunt vero similia carmina adjectis sub finem monitis Pyth. i. ii.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

ΣΑΜΕΡΟΝ μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ
Στάμεν, εὐίππου βασιλῆϊ Κυρά-
νας, ὄφρα κωμάζοντι σὺν Ἀρκεσίλᾳ,
Μοῖσα, Λατοίδαισιν ὀφειλόμενον
Πυθῶνί τ' αὔξῃς οὖρον ὕμνων.
Ἔνθα ποτὲ χρυσέων
Διὸς ὀρνίχων πάρεδρος,
Οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλ-

Ἀρκεσιλάᾳ. Est Arcesilaus iv. inter reges octavus: in Arcesilao v. regnum desiit Ol. 87. 1. v. ad Diod. to. ii. p. 550. 1.— 4. Ante Schmidium: Λαΐδαισιν, quod et ipsum ferri posse ait Pauw. idem ὀφειλομένων malit ad ὕμνων. equidem vulgatum præferam ut exquisitius. Pompæ victoris et incessui, tum et choro cum hymno, qui canitur, tribuitur a lyrico πλοῦς, στόλος, et tandem οὖρος. Is, qui pompæ et choro interest, cantum adjuvat tanquam cursum navis, adeoque αἴξει οὖρον. 7. αἰητῶν ex Ald. Schmidius intulerat: ut supra quoque Pyth. ii. 91. fecerat, pro αἰετῶν, cum longa syllaba requiratur. Ait tamen etiam Metricus, dimetrum Ionicum esse a minore ἀνακλώμενον· quod ad syllabam correptam spectat. Similis versus infra 48. cf. Pauw. itaque bonum esset αἰετῶν. Mingarellus tentabat ἀετῶν Ζηνὸς πάρεδρος. At novum et insolens: *Jovis aquila*, Διὸς ἀετός. Requiritur Διὸς ὄρνις. Oritur sic suspicio, glossema locum veræ vocis occupasse. Et videtur fuisse ὀρνίχων. Inciderunt in hoc jam Mingarell. et Dawes pag. 55. ex Ol. ii. 159. Addi potest Isthm. vi. 77. add. Valken. ad Theocr. pag. 402. et Burgess pag. 359.

1. Σάμερον μὲν Musa παραστῆναι, *adesse*, debet, ut adsit ipsi pompæ victoris, in qua hymnus canitur. Similis locus Ol. vi. 46. sq.

5. αὔξῃς οὖρον ὕμνων, *adjuves, secundes, cantum.*

6 15. ἔνθα (ἐν ᾗ Πυθῶνι) ποτὲ ἡ ἱέρεια ἔχρησεν, ὡς—κτίσειεν (sc. Βάττος)—καὶ ἀνακομίσαιτο τὸ Μηδείας ἔπος τὸ περὶ Θήβας, *vaticinium in memoriam revocaret*, ut inf. 96. quippe quod nunc eventum habebat.—7. *Duæ* illæ *aureæ aquilæ*, juxta tripodem Delphicum collocatæ, videntur locum dedisse notæ fabulæ de binis aquilis a Jove volare jussis (apud Schol. et Strab. ix. p. 643. A. unde in Fragm. Pind. p. 40.), ut de medio continentis constaret. In eodem templo Pindarus Κηληδόνας aureas canentes finxerat in fragmento Pæanum apud Pausan. v. Schneid. Fragm. p. 38. Ad seqq. de *Batto* legendus Herod. iv. 155.—8. οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλλωνος τυχόντος, quia, quoties Pythia vaticinatur, deus ἐπιδημεῖ, *præsens est.*

λωνος τυχόντος, ἱέρεα
Χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον
Καρποφόρου Λιβύας, ἱερὰν
Νᾶσον ὡς ἤδη λιπὼν
Κτίσσειεν εὐάρματον
Πόλιν ἐν ἀργινόεντι μαστῷ,

Α. ά. Κ. ιδ'.

Καὶ τὸ Μηδείας ἔπος ἀγκομίσαι-
σ' ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ
Θήραιον, Αἰήτα τό ποτε ζαμενὴς
Παῖς ἀπέπνευσ' ἀθανάτου στόματος,
Δέσποινα Κόλχων. εἶπε δ' οὕτως
Ἡμιθέοισιν Ἰά-
σονος αἰχματᾶο ναύταις·
Κέκλυτε, παῖδες ὑπερ-
θύμων τε φωτῶν καὶ θεῶν·
Φαμὶ γὰρ τᾶσδ' ἐξ ἁλιπλάγ-

9. τυχόντος ἱέρεα Ald. Rom. cum seqq. Steph. prima cum ceteris ἱέρεια. Schmidius retraxit alterum, quod et Scholiastes in suo codice habuit, sed, ut fulciat metrum, γ' interseruit. Præfert tamen Pauw τυχόντος ἱέρεια, ut tribrachys pro spondeo vel iambo sit. 10. Sustuli interpunctionem importunam χρῆσεν, οἰ. — Λιβύας· pravæ interpretationis caussam. Est notissimus græcismus pro vulgari: χρῆσεν, ὡς οἰκιστὴρ Βάττος λιπὼν etc. 13. Scripsi κτίσσειεν, metro jubente, pro κτίσειεν. 14. ἀργινόεντι est quatuor syllabarum. 20. ἡμιθέοις τοῖς Ἰ. Bodl. C. 21. Erat αἰχμητᾶο. Quidni αἰχματᾶο cum Aldo et Gott. ut Ol. vi. 147. et al. 24. ἁλιπλάκτου, *a mari percussæ*, pro quo putant ἁλιπλάγκτου quoque dictum esse, quod a πλάζεσθαι melius ducitur.

14. Cyrene in colle erat posita: vid. ad Pyth. v. 31. quem λευκόγειον, *cretaceum*, fuisse, ex epitheto ἀργινόεις appareret.

24. sq. Puta hoc vaticinium a Medea pronuntiatum fuisse in reditu Argonautarum per mare Ægæum, juxta insulam Theram, gleba in mari dilapsa, v. 67. sq. cujus tamen pars adhæserat littori. φαμὶ, *prædico*, ex hac gleba in mari natante κόραν Ἐπάφου, Libyen, φυτεύσεσθαι (pro κτίσειν) ῥίζαν ἀστείων, *esse parituram*, edituram, *germen urbium*, Cyrenen, metropolin aliarum urbium in Libya. [h. *in Libya orituram esse Cyrenen.* μελησίμβροτον i. e. μέλησιν ἔσαν, μέλεσαν,

κτου ποτὲ γᾶς Ἐπάφοιο κόραν
Ἀστέων ῥίζαν φυτεύ-
σεσθαι μελησίμβροτον
Διὸς ἐν Ἀμμωνος θεμέθλοις.

Ε. α'. Κ. ιγ'.

Ἀντὶ δελφίνων δ' ἐλαχυπτερύγων
Ἵππους ἀμείψαντες θοὰς,
Ἀνία τ' ἀντ' ἐρετμῶν
Δίφρους τε νωμάσοισιν ἀελλόποδας.
Κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτά-
σει, μεγάλαν πολίων ματρόπολιν
Θήραν γενέσθαι, τόν ποτε
Αὐτίκα συντελέθειν
Ἔννομον δωρήσεται,
Οὔτε παγκάρπων φυτῶν
Νήποινον, οὔτ' ἀγνῶτα θηρῶν.

Α. γ'. Κ. ιέ.

Τόθι παῖδα τέξεται, ὃν κλυτὸς Ἑρμᾶς
Εὐθρόνοις Ὥραισι καὶ Γαίᾳ, ἀνελὼν
Φίλας ὑπὸ ματέρος, οἴσει.
Ταὶ δ', ἐπιγουνίδιον
Κατθηκάμεναι βρέφος αὐταῖς,
Νέκταρ ἐν χείλεσσι καὶ ἀμ-
βροσίαν στάξοισι, θήσον-
ταί τέ νιν ἀθάνατον,

97. Non assequaris, unde Oxon. hic εὐκλειέα invexerint ad metrum corrumpendum. Vulgo ubique εὐκλέα, recte. 98. χρυσέοις in loco, qui duas breves postulat. Est tamen spondeus pro dactylo. 100, 1. Distinctionem αὐτίκα, σ. ἔννομον, sustuli, Pauwii quoque auctoritate. Libya donabit Cyrenæ portionem terræ: δωρήσεται (ὥστε) συντελέθειν (*ut sit illi ea secum*, ut communem eam habeat Cyrene cum Libya dea: τελέθειν pro εἶναι, et δωροῦμαι τελέθειν, ὥστε εἶναι, simpl. pro δωροῦμαι) ἔννομον (pro ἐννόμως, ut quoque Schol. ad sensum bene: ὥστε συντελεῖν ἐννόμως αὐτῇ). 104. παῖδά γε vel τε emendat Pauw, ut anapæstus sit. Mingarellus δὴ, vel τετέξεται. πλητὸς Ald. perperam. 108. κατθηκάμεναι bene ex Bodl. γ. dederunt Oxonienses. vulgo θηκάμεναι, quod Schmidius emendaverat ἀνθηκάμεναι. Vox utraque sollennis ea in re. 111. νιν Oxon. cum Aldo. Cett. μιν.

91. κᾶπος Διὸς, antiquo sermone, *amœnæ terræ*. Potuit ergo et sup. v. 31. κᾶπος Ἀφροδίτας simpliciter Cyrene esse, non locus proprie sic dictus.

94. ἐς ὄχθον ἀμφίτιδον, Cyrenen: sup. iv. 14.

98. Libya, tanquam dea, suam habet regiam, ad quam advenam Nympham ea deducit. Inf. 122. θάλαμος.

100, 1. δωρήσεταί οἱ συντελέθειν (εἶναι) ἔννομον, *jure possidendam*. Mox νήποινον, a ποινὴ, præmium ut P. i. 113. adeoque ἄμοιρον. [pro ἄτερ φυτῶν, ἄδενδρον. *Ex Schedis.*]

110-6. Pro καλεῖν desideratur καλεῖσθαι. Mingarellus refingit καλεῖσθ'.

Ζῆνα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλω-
νʼ, ἀνδράσι χάρμα φίλοις
Ἄγχιστον, ὀπάονα μάλων,
Ἀγρέα καὶ Νόμιον,
Τοῖς δʼ Ἀρισταῖον καλεῖν.

112. Oxoniensis editionis vitium est inimicum metro: Ἀπόλλωνα Ἀνδράσι. 114. [Ἄγχιστον præstat disjungere a cæteris, ut sit unum e nominibus Aristæi. *Ex Addendis.*] μήλων. at Ol. vii. 116. erant μᾶλα. 116. τοῖσδε, ἐπὶ τοῖσδε, *propter hæc*, exponunt Viri docti. Pauw præfert τούσδ', ut ἀνδράσι φίλοις respiciat. Sed nec hoc satisfacit, et impedita est et suspecta oratio inde a v. 110. Nam θήσονται (h. ποιήσονται) νιν—καλεῖν continuare debebant orationem; ita vero καλεῖσθαι requirebatur. Non eget res exemplo: ita tamen Ol. vi. 93, 4. τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖ-σθαί μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ Τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον. Suspicor κλύειν legendum esse. Sic θήσονταί μιν κλύειν (*facient eum appellari, imponent nomen*) ἀθάνατον. Porro Ζῆνα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλωνα,—[(τοῖς μὲν) *Ex Schedis.*] Ἀγρέα καὶ Νόμιον, τοῖς δὲ Ἀρισταῖον (*ab aliis vero A.*) Unus e Scholiorum auctoribus potest videri θήσονται a θάομαι, θηλάζω, ductum accepisse, nam θρέψουσι δὲ αὐτὸν interpretatur v. 110. sed forte sententiam omnino expressit. Mox alius ἄγχιστον per εὐκίνητον reddere videtur. Ἀγρεὺς utique ad venationem spectat. v. Nonnum

ὡς—. Est sane ad locum grammatice expediendum haud paullo accommodatius κλύειν, hac quidem verborum junctura: *nectare instillato facient eum deum*: θήσονταί νιν ἀθάνατον, (ὥστε αὐτὸν) κλύειν Ζῆνα καὶ Ἀπόλλωνα. *ita ut appelletur Jupiter et castus Apollo, Agreus, Nomius* (h. e. *venator* et *pastoritius*) *et Aristæus.* Manent tamen in seqq. plura, quæ displiceant. Primo laudes Aristæi, tanquam dei facti, male inter se junctæ sunt, interpositis illis: ἀνδράσι χάρμα φίλοις, ἄγχιστον ὀπάονα μήλων. vel ἀνδράσι χάρμα, φίλοις ἄγχιστον, ὀπάονα μήλων, Ἀγρέα καὶ Νόμιον. Tum ἄγχιστον non satis expedio, inter laudes herois proprias; [f. ἄγχιστον per se solum. ἀγχιστὴς, *auctor*. Sophocl. Trachin. 256. *Ex Schedis.*] tum τοῖσδε vel τοῖς δὲ languet, quocunque tandem modo accipias. Ex Scholiis nil proficias. Etiam Mingarellus variis modis locum tentat. In his ingeniosum est hoc: θήσονταί τε νιν ἀθάνατον Ζῆν τε καὶ Ἀπόλλων, obstat tamen, quod vere Ζεὺς et Ἀπόλλων appellatus fuit Aristæus. Incidit quoque in id, ut jungat κἄγχιστον (scil. θήσονται) ὀπάονα μήλων καλεῖν νιν Ἀγρέα καὶ Νόμιον, *facient, ut pastor eum vocet Agreum et Nomium.* Ad totum tamen locum nihil satis convenit. Ceterum de Aristæo nota sunt narrata; v. ad Virg. Ge. iv. 314. et ad Apollod. p. 558. Exhibitus ille attributis divinis; etiam in numis. cf. Eckhel. num. vet. anecd. p. 108. add. Tyrwhitt. de Decreto in Timoth. p. 27. Sic Ζεὺς Ἀγαμέμνων ap. Lycophron. 1123. Clement. Cohort. p. 32. Ζεὺς Ἀσκληπιὸς apud Aristid. Or. vi. pag. 167. Pan Ζεὺς κεράστης in Hymn. Orphic. ix. [Ζεὺς Ἡρακλῆς Sophocl. Philoct. 943. Scilicet Ζεὺς nunc est simpliciter pro θεός. Æneas *Jupiter indiges* Liv. i. 2. pro deus indiges. Sollennius Ἀγαμέμνων, Μενέλαος θεός. v. Meurs. Misc. Lac. i. 4. Cf. Zinserling *Pythagoras* p. 99. *Ex Schedis.*]

Ὡς ἄρ' εἰπὼν ἔντυεν
Τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευτάν.

E. γ'. K. ιδ'.

Ὠκεῖα δ' ἐπειγομένων ἤδη θεῶν
Πρᾶξις, ὁδοί τε βραχεῖαι.
Κεῖνο κεῖν' ἅμαρ διαίτασεν. θαλάμῳ δὲ μίγεν
Ἐν πολυχρύσῳ Λιβύας·
Ἵνα καλλίσταν πόλιν
Ἀμφέπει κλεινάν τ' ἀέθλοις.
Καί νυν ἐν Πυθῶνί νιν ἀγαθέᾳ Καρνειάδα
Υἱὸς εὐθαλεῖ συνέμιξε τύχᾳ·
Ἔνθα νικάσαις ἀνέφανε Κυράναν.
Ἃ νιν εὔφρων δέξεται
Καλλιγύναικι πάτρᾳ
Δόξαν ἱμερτὰν ἀγαγόντ' ἀπὸ Δελφῶν.

late lib. v. 229. sqq. Nomina illa Ἀγρεὺς καὶ Νόμιος sollennia Aristæi et propria. v. Diod. iv. 81. et Schol. Apollon. ii. 500. uterque hunc locum exscripsit. Apud alterum etiam Aristæus Ζεὺς et Ἀπόλλων ex h. l. memoratur. Nomen hoc, Ἀπόλλων Νόμιος, primum inventum ab Hesiodo. v. Serv. ad Ge. i. 14. cf. Probus. Varie autem et a multis tractata fuit fabula de Aristæo, domestica Thebanis, Thessalis et inprimis Cyrenensibus. 127. Καρνειάδα vulgo ante emendationem Schmidii ob metrum factam; ab eodem v. 128. εὐθαλεῖ, ut τὸ α produceret, pro vulg. εὐθαλεῖ. perperam; nam ducendum hoc ab εὐθηλής, ut νεοθηλής, ἐριθηλής. v. Pauw, qui 132. δόξαν γ' fulcrum inserit; Mingarell. δόξαν ἀν' ἱμερτὰν ut sit ἀναγαγόντ', male ad primam Epodum vs. 14. reliquos antitheticos refingendo.

117. ἔντυεν scil. τὸν Διὸν, κραίνειν—*fecit his verbis, ut Apollo sua gaudia properaret.*

[118. τέλος γάμου.—121. διστίλισιν. l. Apollo. l. τὸ ἅμαρ—125. ἀμφέπει. Cyrene. *Ex Scheaïs.*]

126. Nunc Telesicrates συνέμιξέ νιν (Cyrenen) τύχᾳ, *evexit urbem ad fortunam lautam victoriæ Pythicæ*, cujus laudem urbs cum victore communicat.

Σ. δ'. Κ. ιέ.

Ἀρεταὶ δ' αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι.
Βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοὰ
Σοφοῖς. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως
Παντὸς ἔχει κορυφάν.
Ἔγνων ποτὲ καὶ Ἰόλαον
Οὐκ ἀτιμάσαντά νιν ἐ-
πτάπυλοι Θῆβαι· τὸν, Εὐρυ-
σθῆος ἐπεὶ κεφαλὰν
Ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ,
Κρύψαν ἔνερθ' ὑπὸ γᾶν
Διφρηλάτα Ἀμφιτρύωνος

137. ἔγνων—Θῆβαι pro ἔγνωσαν. Aldus sic interstinguit: ἔγνων ποτὲ καὶ Ἰόλαον, οὐκ ἀτιμάσαντά νιν. ἑ- πτάπυλοι Θῆβαι τὸν, Εὐρυ - σθῆος ἐπεὶ κ.—ἀκμᾷ, Κρύψαν ἔνερθ' etc. Sic ἔγνων est, *novi ego nec Iolaum aliquando opportunum tempus neglexisse, sed diligenter observasse.* 141. Emendatum ex Pal. C. Vulgo legebatur ante Schmidium: ἔπραθεν ἐν φ. ἀ.

133. sqq. **Ambigi** potest, præmuniantne hæc seqq. vss. 160. an ad superiora sint referenda, ut videatur et hic longæ digressioni patrocinari velle. *In copiosa,* ait, *materia non licet paucis defungi; se tamen vel sic brevem in narrando fuisse.* Sententiarum autem nexus: Cyrenæi materiem carminum satis copiosam præbent. Nam *res magnæ multa oratione indigent* (ἀρεταὶ) et h. l. facta). *Cum voluptate tamen vel sic audiunt docti, grata doctis oratio est, acroama aliquod, si quis in magna rerum copia pauca dicat.* Pro βραχυλογίᾳ dixit βαιὰ, ὀλίγα, ποικίλλειν, adjuncta notione artis et sollertiæ. *At in omni re,* pergit, *videndum est, quid consentaneum sit loco et tempori,* quid tempus postulet. ὁ καιρὸς, ἡ εὐκαιρία, ἔχει κορυφὰν ὁμοίως παντὸς, *summam omnis rei facit:* quod Sophocl. Elect. 75. καιρὸς, ὅστις ἀνδράσι μέγιστος ἔργου παντὸς ἵστ' ἐπιστάτης, extulit. cf. sup. i. 157. sq. Ol. xiii. 67. Patet tamen late in his ac similibus locis notio τοῦ καιροῦ. est *justum, opportunum tempus, modus, locus; ipsum temporis momentum, quod res postulat.* Quantum referat, *hoc* arripere, *docet exemplum Iolai, qui,* cum, jam in inferis degens, audiisset, Eurystheum Herculis familiam ad summas angustias redegisse, a Jove id consequutus, ut unum saltem diem vel horam reviviscere liceret, *hoc vitæ munere ita est usus, ut in pugna Eurystheum aggressus occideret, tum statim hinc in sepulcrum reverteretur.* Sic Pindarus fabulam narratam acceperat. Alii aliter; v. Schol. et Eurip. Heraclid. 844. sq. Attigerat eam jam Pherecydes, apud Antonin. lib. 33. cf. ad Apollodor. p. 497, 8. et Fragm. Pherecyd. ap. Sturz.

Σάματι· πατροπάτωρ
'Ενθα οἱ Σπαρτῶν ξένος
Κεῖτο, λευκίπποισι Κα-
δμείων μετοικήσας ἀγυιαῖς·

Α. δ'. Κ. ιέ.

Τέκε οἱ καὶ Ζηνὶ μιγεῖσα δαΐφρων
'Εν μόναις ὠδῖσιν 'Αλκμήνα διδύμων
Κρατησίμαχον σθένος υἱῶν.
Κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς 'Η-
ρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει,
Μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων
'Αεὶ μέμναται, τά νιν θρέ-
ψαντο καὶ 'Ιφικλέα·
Τοῖσι τέλειον ἐπ' εὐχᾷ

148. Mingarell. emendat τέκε δ'_οἱ. [V. Hermann. ad Orph. p. 788. *Ex Schedis.*] vel 146. *κεῖτο. λευκίπποις δὲ Κ. μ. ἀγυιαῖς τέκε οἱ.* Jungenda sunt 148—150. cum antecedentibus. *μισεῖσα* sphalma Ald. 151. *τις, ὃς* Mingar. accipit pro *ὅς τις.* Non sequar. 152. *παραβάλλει* Pal. C. et Schol. 154. Metrum in capite versus laborat: nisi pro dactylo bacchius est. Schmid. emendavit tacite: *ἀεί*, quæ forma vix occurrit; v. Kœn. ad Greg. p. 160. Pauw: *ἀναμίμνα-ται.* 155. Sustuli *στιγμὴν τελείαν* post 'Ιφικλέα, nam, id quod non animadversum tot turbas inter interpretes dedit, sequentia cum superioribus jungenda sunt usque ad v. 160. ubi ad propositum redit celebrandi victoris Telesicratis, quod v. 1. sqq. orsus erat, et v. 126. sqq. repetitum iterum manibus dimiserat. 156. *ἐπ' εὐχᾷ* Oxonienses reposuerunt ex Bodl. γ. poterant pro se etiam Aldum laudare. Sed quid inde lucrentur, equidem nullus video. In ceteris *ἐπ' εὐχᾷ. τελείᾳ ἐπ' εὐχᾷ* conj. vir doctus apud Gedik. *τέλειον* etiam melius, quod Scholiastes quoque facit, ad *ἑσλὸν* referri videtur: scilicet est *bonum, res grata, quæ eventum habet, evenit.* ut sit sensus: *quibus heroibus indigetibus ego* (ut Thebanus) *carmina canam*, h. eos hymno celebrabo, dummodo Musa lyrica me non destituat, *quoties bono aliquo, quod mihi contigit, ex voto beor, afficior.* Verbo: ad quos ego omnia

144—150. mera est descriptio loci, in quo res gesta, sc. Thebarum; quod ipsum docet interpunctio minor in Pindari verbis a me posita.

151—155. *Indoctus is esset poeta, qui non Herculis et Thebarum mentionem in carmine faceret frequentem.*

156. *παθών τι τέλειον ἐπ' εὐχᾷ.* [*τέλειον, ἑσθλόν. quoties faustum quid mihi contigerit. Ex Schedis.*]

Κωμάσομαί τι παθὼν
Ἑσλόν. Χαρίτων κελαδεννᾶν
Μή με λίποι καθαρὸν
Φέγγος. Αἰγίνᾳ τε γὰρ,
Φαμὶ, Νίσου τ' ἐν λόφῳ
Τρὶς δὴ πόλιν τάνδ' εὐκλεΐξεν

E. δ'. K. ιδ'.

Σιγαλὸν ἀμαχανίαν ἔργῳ φυγών·
Οὕνεκεν, εἰ φίλος ἀστῶν,
Εἴ τις ἀντάεις, τό γ' ἐν ξυ-
νῷ πεπονᾰμένον εὖ
Μὴ, λόγον βλάπτων ἀλίοι-
ο γέροντος, κρυπτέτω.
Κεῖνος αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν

læta, quæ mihi eveniunt, tanquam auctores referam, iisque laudem nunquam non debebo. Trahebantur hæc vulgo ad victorem Telesicratem; sic nexus sententiarum perierat. 161. Νίσσου perperam ante Schmid. De Megaris autem loquitur. Mox πόλιν τάνδε Cyrenen int. 162, 3. Hæc de Telesicrate agere manifestum est: manifestum quoque hoc, grammaticæ repugnare, quod vulgo lectum: φαμὶ—πόλιν τάνδ' εὐκλεΐξαι—φυγών. Potest hoc mutari in φυγόνθ' et scribi Αἰγίνα, σὲ γὰρ φαμὶ—. Verius, quod et Pauwius conjecit: εὐκλείξε—φυγών. mutatum, quia ad φησὶ referri et εὐκλεΐξαι scribi cœpit. Scholia utrique rationi fidem faciunt; deserui igitur id, cujus emendatio certa satis suppetebat. h. νίκη ἐκφυγὼν τὴν ἀπαῤῥησίασστον αἰσχύνην τῶν ἡττηθέντων. v. Schol. Rem illustrat Olymp. viii. 91, 92. Pyth. viii. 119. sqq.

158. seq. Cohærent hæc cum antecedentibus: se Herculis laudes nunquam esse præteriturum in carmine, si modo ingenio et facultate non destituatur. τοῖσι κωμάσομαι παθών τι ἑσλὸν τέλεισν ἐπ' εὐχᾷ, *in omni re læta, quæ ex voto eventum habuit.* Debebat subjicere: qualis et hæc est victoria Telesicratis. Nam illustrem reddidit Cyrenen victoria ex Ægina et ex Megaris, præter hanc Pythicam victoriam.

160. Αἰγίνᾳ τε γὰρ, *ut ad victorem redeam:* ad 126—132. Ultima 163. ornate dicta sunt de victo: φυγὼν σιγαλὸν ἀμαχανίαν, *taciturnitatem, ut hiscere non audeat*, ille ἔφυγεν ἔργῳ, ἀγῶνι, νίκῃ. cf. Schol. et adde loca: Ol. viii. 90. seq. Pyth. viii. 119—125. Sequentia 167. sq. de Nerei dicto iterum ex antiquo carmine petita esse probabile fit. cfr. Nem. iii. 50. ix. 15. *Virtus et in hoste laudanda.* αἰνεῖν παντὶ θυμῷ καὶ σὺν δίκᾳ, *ex merito.*

Παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ
Καλὰ ῥέζοντ' ἔννεπεν.
Πλεῖστα νικάσαντά σε καὶ τελεταῖς
Ὡρίαις ἐν Παλλάδος εἶδον, ἄφωνοί
Θ' ὡς ἑκάστα φίλτατον
Παρθενικαὶ πόσιν ἢ
Υἱὸν εὔχοντ', ὦ Τελεσίκρατες, ἔμμεν,

Σ. ἑ. Κ. ιέ.

Ἐν Ὀλυμπίοισί τε καὶ βαθυκόλπου
Γᾶς ἀέθλοις ἔν τε καὶ πάντεσσ' ἐπιχω-
ρίοις. Ἐμὲ δ' οὖν τις, ἀοιδᾶν

172. *κινήσαντα* ante Oxonienses. 174. *ἑκάσται* Pal. C. sed doctius alterum. 176. *υἱόν γ'* fulcrum desiderat Pauw, Mingarell. *υἱέα* vel *υἱόν σ'*. Malim *υἱέα σ' εὔχοντ'*. 177. In *Ὀλυμπίοισι* tertiam syllabam longam esse debere putabant, ut legeretur: *Ὀλυμπείοισί*. Pauwius *Ὀλυμπιακοῖσί*, quod et Mingarell. adoptat; at v. ad vs. 16. 178. Præstat *ἐν δὲ καί*. Mingarell. *πᾶσιν ἐπιχ.* vulgo lectum metro infestum erat. Bene emendarunt Oxon. ex Bodl. *γ*. 179—183. Vulgo lectum: *ἐμὲ δ' οὖν τις ἀοιδᾶν Δ. ἀ. Πράσσει χρέος, αὖτις ἐγεῖραι Καὶ παλαιῶν δόξαν πεῶν Προγόνων*. Ultima officiunt me-

172—9. Nunc de domesticis Cyrenæorum festis et certaminibus agit poeta. et *εἶδον ἄφωνοί τε εὔχοντο* jungendum cum *παρθενικαί*. etiam jungendum *ἐν τελεταῖς ὡρίαις Παλλάδος (in festis Palladis, statis, anniversariis) ἐν Ὀλυμπίοισί τε* etc. et mox *ἐν δὲ καὶ*, ut Mingar. bene emendat. Fuere adeo Cyrenis *sacra et ludi Palladis, Olympia*, et *festum Telluris* seu Rheæ. In hunc modum si constitueris, est splendidus locus. Jungenda autem: *εἶδόν σε—ἄφωνοί τε εὔχοντο αἱ παρθενικαὶ, ὡς ἑκάστη, σὲ εἶναι πόσιν ἢ υἱόν—*. Et ad *σὲ νικήσαντα ἐν Παλλάδος τελεταῖς ἐν Ὀλυμπίοισί τε* etc.

179. Fit transitus novum in modum variatus ad novam fabulam domesticam Cyrenæorum attexendam. Verum verba nondum sunt satis emendata. v. Var. L. Donec certiora aderunt, utemur iis, quæ ad manum sunt. *πράσσει τίς με χρέος*. *Ecce est qui exigit a me promissum, debitum*, saltem *munus*, fere ut Horatianum: *Poscimur, si quid* etc. Sic Ol. iii. 11, 12. *ἐστί—στέφανοι πράσσοντί με τοῦτο διόδματον χρέος, hunc hymnum exigunt a me*; alias expeditum esset *κλέος* pro *χρέος* legere: *ut majorum suorum factum antiquum rursus in memoriam revocem, postulat aliquis*. *ἐγεῖραι* de re in memoriam ex oblivione revocata. v. inf. Isthm. iv. 39. *ἀκτῖσθαι δίψαν*, pro *sitim restinguere*, dixit quoque Homerus Iliad. *χ*. 2. *πίον τ' ἀκέοντό τε δίψαν*. [*ἀκτιόμενον*. ita ut sitim, desiderium laudum expleam, *Ex Schedis.*] *οἷοι* pro *οἷον, ὡς*.

Δίψαν ἀπειόμενον,
Πράσσει χρέος αὖτις ἐγεῖραι,
Καὶ παλαιῶν δόξα τεῶν
Προγόνων. οἷοι Λιβύσσας
Ἀμφὶ γυναικὸς ἔβαν
Ἴρασα πρὸς πόλιν, Ἀνταί-
ου μετὰ καλλίκομον
Μναστῆρες ἀγακλέα κούραν.
Τὰν μάλα πολλοὶ ἀρι-
στῆες ἀνδρῶν αἰτέον
Σύγγονοι, πολλοὶ δὲ καὶ
Ξείνων. ἐπεὶ θαητὸν εἶδος

A. ε. K. ιε.

Ἔπλετο· χρυσοστεφάνου δέ οἱ ἥβας
Καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι ἔθελον.

tro: δόξαν τεῶν. Itaque Schmidius emendaverat δόξα τεῶν et supra ἐμὲ δ' οὖν τι. ut sit χρέος τι (male cum hiatu) καὶ δόξα. ἐγεῖραι sic saltem non ad δίψαν referrem, sed ἐγεῖραι ἀοιδάς intelligerem. Non improbat Schmidii acumen, quod alias solet, Pauwius, mavult tamen scribere: ἐμὲ δ' οὖν τις—Καὶ παλαιῶν δόξα τεῶν Πρ. ut sit: ἐμὲ πράσσει καὶ δόξα τις παλαιῶν τεῶν προγόνων ἐγεῖραι χρέος. quod multo contortius. Mingarell. pro τις v. 179. conj. τοι vel τιν, et reddit: *me debitum meum et majorum tuorum gloria rursus cogit excitare* (sitim) *eam*. Oxonienses dederunt: παλαιὰν δόξαν ἑῶν ex ingenio. Teneat, quod tenere locum jussi, donec verum repertum fuerit. 179. οὔτις excusum erat in Schol. 181. αὖθι Bodl. γ. αὔθις Ald. 182. παλαῖαν Ald. παλαιῶν Rom. et cett. 183. Λιβύσας Bodl. γ. 185. Legebatur Ἴρασσαν πρός. Ita dactylicon colon laborabat. Bene Schmidius edidit: Ἴρασαν ἐς πόλιν Α. Pauw, perpetuus popularis nostri obtrectator, hoc damnat et mavult: Ἴρασσαν πόλιν Α. At vera lectio latet in Schol. Fuit urbs τὰ Ἴρασα. Nam ex Pherecyde laudatur: ἀπὸ τῶν Ἰρασσῶν τῶν ἐν νῇ Τριτωνίδι λίμνῃ. Ergo et sic accipiam in Herodoto ἔστι δὲ τῷ χώρῳ τούτῳ οὔνομα Ἴρασα, iv. 158. Debuit definitius aliquid poni in Steph. Byz. ubi et est Ἴρασα editum; quod h. l. Bodl. γ. habebat Ἴρσσαν. 192. πίλετο Schmid. χρυσοστεφάνου δέ οἱ ἥβας editum inde a Romana: (in Ald. deerat οἱ) quod cur Oxonienses in deterius χρυσοστιφάνοιο δὲ ἥβας mutarint, non apparet. 193. Dawes Misc. crit. pag.

190. σύγγονοι, nunc οἱ ἀστοὶ, *populares*. Antæus hic diversus ab eo, quem Her. cules prostravit; puella Barce, vel, ut Pisander ediderat, Alceis. v. Schol.

Πατὴρ δὲ, θυγατρὶ φυτεύων
Κλεινότερον γάμον, ἄ-
κουσεν Δαναόν ποτ' ἐν Ἄργει,
Οἷον εὗρεν τεσσαράκον-
τα καὶ ὀκτὼ παρθένοισι,
Πρὶν μέσον ἅμαρ ἐλεῖν,
Ὠκύτατον γάμον. ἔστα-
σεν γὰρ ἅπαντα χορὸν
Ἐν τέρμασιν αὐτίκ' ἀγῶνος·
Σὺν δ' ἀέθλοις ἐκέλευ-
σεν διακρῖναι ποδῶν,
Ἄντινα σχήσοι τις ἡ-
ρώων, ὅσοι γαμβροί σφιν ἦλθον.

E. é. K. ιδ'.

Οὕτω δ' ἐδίδου Λίβυς ἀρμόζων κόρα
Νυμφίον ἄνδρα. ποτὶ γραμ-

58, 9. emendat ἀποδρέψασθ' ἦθελον: postulare id sermonis rationem. Recte utique in scriptore Attico; non in Lyrico; occurrit δρέπων, ἀποδρέπων aliquoties. Pyth. i. 95. τιμὰν, οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει. iv. 231. ἀποδραπὰν εὖ ζωᾶς ἄωτον. vi. 48. δρέπων ἥβαν. add. Olymp. i. 20. Idem tamen δρέψασθαι dixit Nem. ii. 13. Et eundem promiscuum usum et in aliis verbis observavimus. At quod Dawesium prorsus refellit, est, quod δρέπειν etiam Hesiodus dixit Ἔργ. 609. ἀπόδρεπε οἶκαδε βότρυς. Et quid? si jam Eustathio observatum hoc, δρέπειν dixisse *veteres*, δρέπεσθαι *recentiores?* 196. Δαναόν τε ἐν Ἄ. Ald. cum Bodl. γ 199. ἰλθεῖν, ex Scholio, vulgo editum, quod emendavit Schmid. ex Pal. C. a m. pr. 205. σχήσει Ald. (cum Bodl. γ.) et mox 207. οὕτω δὲ δίδου.

195. sqq. Sunt xlviii. filiæ Danai, exclusa Amymone, jam antea a Neptuno compressa, et Hypermnestra, quæ Lynceum servaverat: cf. Apollod. ii. 1. 4. p. 86. et Not. p. 273. Expiatus a cæde Belidarum sponsorum Danaus filias elocavit eo modo, qui h. l. narratur. cf. ad Nem. x. 10. [Similis mos Indorum elocandi filias. Strabo xv. pag. 1044. A. *Ex Schedis.*]—199. πρὶν μέσον ἅμαρ ἐλεῖν sc. αὐτὰς, *antequam medius dies iis supervenerat.*

203. ἐκέλευσε διακρῖναι (τοὺς γαμβροὺς), ὅσοι σφιν ἦλθον. γαμβροὶ sunt *spe*, μνηστῆρες. σὺν ἀέθλοις, δι' ἄεθλον ποδῶν. σχήσοι τις pro ἕκαστος.

207. Simili modo Antæus ἐδίδου ἁρμόζων, ἥρμοσε.

μᾷ μὲν αὐτὰν στᾶσε κοσμή-
σαις, τέλος ἔμμεν ἄκρον.
Εἶπε δ' ἐν μέσσοις, ἀπάγε-
σθαι, ὃς ἂν πρῶτος θορὼν
Ἀμφί οἱ ψαύσειε πέπλοις,
Ἔνθ' Ἀλεξίδαμος, ἐπεὶ
Φύγε λαιψηρὸν δρόμον,
Παρθένον κεδνὰν χερὶ χειρὸς ἑλὼν
Ἆγεν ἱππευτᾶν Νομάδων δι' ὅμιλον.
Πολλά μιν κεῖνοι δίκον
Φύλλ' ἔπι καὶ στεφάνους·
Πολλὰ δὲ πρόσθεν πτερὰ δέξατο νικᾶν.

209. *αὐτὸς στᾶσε* Bodl. *γ.* 212. — *ὃς ἄν.* *ἂν* exciderat in ed. Oxon. operarum, puto, vitio. *θαρὼν* vitiose Bodl. *γ.* cum Aldo et v. 217. *δ' ὅμιλον.* 213. *πέπλοιν* vel *πέπλων* emendat Pauw, *ψαύσειε πέπλων.* Quid tamen? si *ψαύσειεν αὐτῆς* intellexit, sc. *ἐν τοῖς πέπλοις ἀμφί οἱ.* pro vulgari: *τῶν πέπλων αὐτῆς.* 220. Πολλὰ δέ *γε* Pauwius, aut *π. δέ τε.* At v. ad vs. 88. *νικᾶν* bene ex Aldo repetierunt Oxonienses. vulgo inde a Rom. *νίκας* cum Schol. et Gott.

212. Ordo verborum erit: *εἶπε δὲ, jussit, ὃς πρῶτος ἐκθορὼν οἱ, ψαύσειε (αὐτῆς) ἀμφὶ πέπλοις,* pro *ψαύσειε τῶν πέπλων αὐτῆς.* Mox *δρόμον φυγεῖν,* ut *δρόμον τρέχειν* dictum.

220. *πτερὰ νικᾶν* pro ipsis *νίκαις.* Scilicet victoria victorem facit *μετέωρον.* Sup. viii. 128. *πέτασαι ὑποπτέροις ἀνορίαις* pro *ἀνορίᾳ, animo evolat, sublimis fertur,* h. exultat, *gloria et gaudio.* Itaque *πτερὰ νίκας,* respectu exultationis, gloriæ, superbiæ. et Ol. xiv. extr. *πτερὰ ἀέθλων* eodem modo dicta; et *στεφανοῦν χαίταν πτεροῖς ἀέθλων,* h. e. *νικῶν,* pro *decore ac præmio victoriæ, corona.* Forte et hinc intelligi dicas, *quo consilio alæ* tributæ sint *Victoriæ:* scilicet *propter elatos victoris spiritus.*

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ *ί*.

ΙΠΠΟΚΛΕΑ ΘΕΣΣΑΛΩ,

ΔΙΑΥΛΟΔΡΟΜΩ.

ARGUMENTUM.

Victoris originem ab Aristomacho Heraclida quum attigisset, consilium aperit celebrandi ejus victoriam, quam beneficio Apollinis (15) et patris Phriciæ exemplo (19) consequutus est—25. Bona subjungit vota pro felicitatis, quæ patri et filio contigit, perpetuitate, quæ tanta est, ut major mortali obtingere nequeat, non magis quam ut, quod aiunt, ad Hyperboreos perveniat; quo memorato ad Hyperboreos mythice exspatiatur 46—78. unde revocat se—84. subjicitque laudes victoris et gentilium.

Σ. *ά*. Κ *ί*.

ΟΛΒΙΑ Λακεδαῖμον·
Μάκαιρα Θεσσαλία· πατρὸς

Ἱπποκλεῖ Ald. quod idem nomen est, sed communi forma; cf. Munker. ad Antonin. lib. 34. Thessalica fuisse videtur Ἱπποκλείας et Ἱπποκλέας, quam Scholiastes firmat ad pr. Pelinna seu Pelinnæo, Thessaliæ ultra Peneum urbe, oriundum (vide tamen inf. v. 85.) et cum Alevadis, qui tum Thessalicarum urbium dominatum habebant (v. Herodot. inpr. vii. 6. et ibi Valk.) genere conjunctum fuisse ex v. 7, 8. intelligitur. conf. Schol. Victor Hippocleas diaulo (ἐν σταδίῳ v. 14.) et eodem die stadio, etsi hujus alterius victoriæ in carmine memoria nulla fit, Pyth. xxii. Quæ si Scholiastes recte tradit, debet hoc carmen prima poetæ

Δ' ἀμφοτέραις ἐξ ἑνὸς
Ἀριστομάχου γένος Ἡρακλέος βασιλεύει.
Τί; κομπέω παρὰ καιρόν;
Ἀλλά με Πυθώ τε καὶ τὸ
Πελινναῖον ἀπύει
Ἀλεύα τε παῖδες, Ἱπποκλέᾳ
Θέλοντες ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν
Ἀνδρῶν κλυτὰν ὅπα.

Α. ά. Κ. ί.

Γεύεται γὰρ ἀέθλων·
Στρατῷ τ' Ἀμφικτυόνων ὁ Παρ-

ætate, et anno quidem xxii. esse elaboratum, adeoque inter prima ingenii experimenta est habendum; siquidem natus fertur Pindarus Ol. lxv. Pythias autem xxii. incidit in Ol. lxx. 3. Addit Grammaticus, Hippocleam vicisse quoque Ol. lxxii. et iii. Pater Phricias bis Olympicus victor fuerat cursu armato Olympiadibus incertis, et in Pythiis, Pythiade incerta, v. inf. v. 19. sqq. Metrum multas creat molestias viris doctis. Mingarellus plura cola aliter dispescit; quibus conatibus parum confido. 1. Λακεδαίμων Bodl. γ. 2. 3. Μάκαιρα Θεσσαλία· πατρὸς δ' ἀμ- φοτέραις ἐξ ἑνός. Ita distinxerat versus vetus metricus. v. Pauw. 4. Ἀριστομάχου ἐπιθετικῶς, τοῦ ἀρίστου κατὰ τὰς μάχας jam vetus Grammaticus exposuerat: male, ut etiam Schmid. monuit. Aristomachi, qui unus ex Heraclidis fuit, filii Laconicam sortiti sunt. Ex hujus ejusdem Aristomachi posteris Alevam fuisse, Alevadarum progenitorem, ex. h. l. probabile fit. Aliam auctoritatem adhuc desidero. Ἡρακλέος trinis syllabis. 5. κομπέω trinis syllabis efferendum: quod docent antithetici 15. 37. 71. [Hermann. de emend. rat. gr. gr. p. 95. τὶ κ. π. κ. *quidquamne temere prædico? Ex Schedis.*] 7. Emendatior lectio debetur Pal. C. accedit alterum Scholium: βοᾷ καὶ προσκαλεῖται. Vulgo: ἀπύειν. 8. Ἀλευάδαι παῖδες olim prave lectum. v. Schol. 9. Antispasticum colon trimetrum brachycatalectum ex Pauwii sententia. cf. v. 37. 47. itaque fulcrum h. l. inserit: Θέλοντές γ' ἀ. Malim dispescere 8. Ἀλεύα τε παῖδες 9. Ἱπποκλέᾳ θέλοντες 10. ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν. 10. Νέων substituerat pro ἀνδρῶν Schmidius, propter antitheticum colon 20. At cf. v. 38. 94. 12. Στρατῷ τ' Ἀμφικτυόνων edebatur. Ἀμφικτιόνων metro

5. τί; κομπέω παρὰ καιρόν; *quid? temere ne hæc loquor?* nulla de caussa? sc. de Herculis stirpe. Minime. ἀλλά με—ἀπύει, *poscit.*—8. ἄγειν κῶμον victori Hippocleæ. [Quod vulg.: Jussus hymnum victori condere, memoro primo loco originem ab Hercule per Aristomachum: ex cujus filiis Aristodemus Eurystheum et Proclem reges Laced. reliquit. Ab his genus ducere debuit Alevas. Apollod. ii. 8. *Ex Schedis.*]

12. (ἐν) στρατῷ, pro, ἐν συνόδῳ τῶν Ἀμφικτυόνων.

νάσσιος αὐτὸν μυχὸς
Διαυλοδρομᾶν ὕπατον παίδων ἀνέειπεν.
15 Ἄπολλον, γλυκὺ δ' ἀνθρώ-
πων τέλος ἀρχά τε, δαίμο-
νος ὀρνύντος, αὔξεται,
Ὅ μέν που τεοῖσι μήδεσι τοῦ-
τ' ἔπραξε· τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβα-
20 κεν ἴχνεσιν πατρὸς

E. α', K. η'.

Οὐλυμπιονίκα
Διὶ ἐν πολεμαδόκοις Ἄρεος ὅπλοι-
σιν· θῆκε καὶ βαθυλείμω-

consulturus rescripserat Schmidius. Pauw: Ἀμφικτυόνων στρατῷ τ' ὁ Π. Nihil mutandum. Altero loco Iambus abiit in spondeum. 14. διαυλοδρομᾶν est ab ὁ διαυλοδρόμης. 15. Possunt (γλυκὺ δ'—αὔξεται) in parenthesi posita scribi. [Parentheseos signa in textu Heynius apposuit.] 18. τεοῖς γε Bodl. γ. nec male. τεοῖσί τε μ. Ald. μήδεσι Schmid. emendavit ex Pal. C. et Ald. Nam Rom. et rel. μήδεσσι. 19. τ' ἔπραξεν scribit Pauw. v. ad v. 9. 22. πολειμοδόκοις aberratum primum in ed. Crat. et hinc in cett. 23. Θῆκεν καὶ vulgg. inde a Rom. Schmidius emendavit: ὅπλοι-σιν Θῆκε καὶ β. At Aldus præbebat alterum: ὅπλοις. Ἐθηκε καὶ β. In fine vero turpiter metrum infractum ab Oxoniensibus, qui cur βαθυλείμωνα iterum intulerint, nescio. Leg. βαθυλείλω- ν' ὑπὸ K. quod jam Schmidius dederat.

[14. διαυλ. Pausan. v. 17. p. 420. *Ex Schedis.*]

15. γλυκὺ — αὔξεται pro γίνεται: sed cum notione prosperitatis, copiæ, magnitudinis: ut passim. Ita αὔξειν pro διδόναι: ut αὔξης οὖρον ὕμνων. Etiam apud Homer. ut Iliad. ρ. 139. μέγα πένθος ἐνὶ στήθεσσιν ἀέξων, *habens, fovens*, sed cum notione magnitudinis. In v. 19. accipitur τὸ συγγενὲς, h. e. τὸ ἀπὸ γένους ἔμφυτον. ἐμβέβακεν (sc. αὐτὸν) ἴχνεσι πατρὸς, ut transitive dictum sit pro ἐπιβῆναι πεποίηκεν. Monet Mingarellus, transitive dicturum fuisse ἐμβί-βασεν. esse itaque accipiendum: (κατὰ) τὸ συγγενὲς ἐμβέβακεν ἴχνεσι, *incedit vestigiis*. Docte hæc. At ἐμβάω, ut βάω, transitive sæpe ap. Homerum, ut statim Od. λ. 4. ἐν δὲ τὰ μῆλα λαβόντες ἐβήσαμεν, *in naves imposuimus*. Est autem junctura: ὦ Ἄπολλον, ὁ μέν που τεοῖσι μήδεσι τοῦτ' ἔπραξε. reliqua in parenthesi: γλυκὺ δ', pro γὰρ, ἀ.—αὔξεται. τὸ δὲ συγγενὲς altera ex parte innata virtus—.

23—25. βαθυλείμωνα πέτραν, quia sub Parnasso campus erat, in quo ludi habebantur.

ν' ὑπὸ Κίρρας ἀγὼν
Πέτραν κρατησίποδα Φρικίαν.
Ἔσποιτο μοῖρα καὶ ὑστέραισιν
Ἐν ἀμέραις ἀγάνορα
Πλοῦτον ἀνθεῖν σφίσιν·

Σ. β'. Κ. ι'.

Τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν
Λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δόσιν,
Μὴ φθονεραῖς ἐκ θεῶν
Μετατροπίαις ἐπικύρσαιεν. θεὸς εἴη
Ἀπήμων κέαρ. εὐδαί-
μων δὲ καὶ ὑμνητὸς οὗτος
Ἀνὴρ γίνεται σοφοῖς,
Ὃς ἂν χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ
Κρατήσας τὰ μέγιστ' ἀέθλων ἔλῃ
Τόλμᾳ τε καὶ σθένει,

Α. β'. Κ. ι'.

Καὶ ζώων ἔτι νεαρὸν

24. Parendum erat metro et tenendum, quod Schmidius refinxerat: ν' ὑπὸ Κίρρας ἀγών. Ne Pauw quidem dissentit. 27. εἰν ἀ. Oxonienses, non dicam unde et quare, in Iambico. cf. v. 33. Omnes alii ἐν. Pal. C. ἀν'. 29. δ' abest Bodl. γ. 30. ὀλίγαν Oxon. (cum Aldo). vulgo ὀλίγην. 37. Κρατήσας τὰ μέγιστ'—claudicat metrum. Κράτησε, τὰ μ. ἀ. ἑλὼν et mox v. 40. ἰδὼν Schmidius. 38. Θράσει τε, pro τόλμᾳ τε, idem Schmid. minus bene. 39. In νεαρὸν duæ breves pro una longa.

26. ἔσποιτο μοῖρα, (ὥστε), *adsit, faveat fortuna, ut.* πλοῦτον ἀνθεῖν σφίσιν, *τὴν εὐημερίαν, εὐτυχίαν, παρεῖναι αὐτοῖς.* Mox 33. ἀπήμων κέαρ pro, *sit propitius, qui nullam noxam infert*, pro eo, *qui bene vult.* [εὔφρων. *Ex Schedis.*]—Et in v. 33. sq. εὐδαίμων ante oculos fuit Homericum Od. 9. 147. Οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος, ὄφρα κεν ᾖσιν, ἢ ὅ τι σοσσίν τε ῥέξῃ καὶ χερσὶν ἑῇσι. Generaliter autem enuntiat quæ de victoris patre Phricia dicturus erat. Itaque et in fine subjicit αὐτοῖς.

Κατ' αἶσαν υἱὸν ἴδῃ τυχόν-
τα στεφάνων Πυθίων.
Ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔπω ἀμβατὸς αὐτοῖς.
Ὅσαις δὲ βρότεον ἔθνος
Ἀγλαΐαις ἁπτόμεσθα,
Περαίνει πρὸς ἔσχατον
Πλόον. ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν
Εὕροις ἂν ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶ-

40. ἴδει Bodl. γ. ἴδοι Ald. ἰδὼν Schmidius (v. ad v. 37.) et ἴδειν Bened. emendarunt. 42. οὔπω a Schmidio illatum: ut syllaba producta sit. vulg. οὔποτ'. 43—46. ὅσας—ἀγλαΐας pro ὅσης ἀ. ad grammaticam rationem τοῦ ἅπτεσθαι legendum esse censebam olim cum Pauwio; firmat quoque id Scholiastes; sed perperam: nam est ab ἅπτειν, *nectere*. ἐφάπτεσθαί τινι, *admovere se, adire*. v. Not. 43. βροτὸν Schmid. pro βρότεον. non bene, ait Pauw. Non aliter tamen antitheticis respondet. 46. Nulla locus emendatione eget. Naturalis verborum ordo erat: ὁδὸν δὲ ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα (οὐχ) εὕροις ἂν οὔτε ναυσὶν ἰὼν οὔτε πεζός. Sive οὐδὲ scribas, sive οὔτε, idem est: igitur relinquamus quod invenimus exaratum. 47. Ἂν εὕροις mirum commentum Oxoniens. pro vulg. εὕροις ἂν ἐς. quod tenere

40. κατ' αἶσαν. *αἰσίως. propitia fortuna.*

42—46. χάλκεος οὐρανὸς proprie epitheton Olympi, ut et inf. Isthm. vii. 62. χαλκόπεδον Διῶν ἕδραν. Poetæ ἅπτεσθαι, ἐπάπτεσθαί τινι dicitur ab ἅπτειν, *nectere, injungere se*, adeoque *accedere, assequi, potiri*. Sensus: *quam felicitatem nos mortales consequi possumus*, ejus fastigium ille consequutus est; pro hoc dixit: *eam, ad extremam usque metam, emetitur*: (τόσας) περαίνει (εἰς πέρας διέρχεται, ut περαίνειν ὁδόν,) πρὸς ἔσχατον πλόον· immixta comparatione cum Oceano *quousque ille navigari potest*. Sententia Pindaro frequentata et variis modis enuntiata: v. inf. Nem. ix. 109. sq. et sup. ad Ol. iii. 77. et loca ad e. l. laudata. At, pergit, ulterius ad majorem felicitatem evehi nemo potest; hoc, ut lyricus, extulit: *At nulli mortalium patet via ad Hyperboreos, ad quos heros Perseus pervenisse fertur*. Tum abreptus hoc phantasmate, in eo persequendo sibi indulget: cf. Schneid. Vita Pind. pag. 86. In exornandis autem Persei rebus fuisse necesse est, qui ad Hesperides per Hyberboreos iter eum fecisse narrarent, quod idem de Hercule fabulati sunt alii: v. ad Apollod. pag. 409. seq. ubi ad occidentales Europæ partes Hyperboreos revocatos videri ex fabulosa geographia observatum est. Unus est Simmiæ locus, in quo Persei ad Hyperboreos iter memorari memini, ex Apolline, carmine, ap. Stephan. Byz. quod et in Analect. Brunck. tom. ii. pag. 525. legitur. Etiam in his versibus Perseus supervenit Hyperboreis sacrum celebrantibus. Templum Apollinis apud eos memorabat Pherenicus in Schol. Ol. iii. 28. In Pindaro pro victimis sunt asini: cujus ritus meminit præter Callimach. fr. 187, 188. Antoninus lib. c. 20. Alia v. in V. L. ad v. 48.

να θαυμαστὰν ὁδόν.

Ε. β'. Κ. ή.

Παρ' οἷς ποτε Περσεὺς
'Εδαίσατο λαγέτας, δώματ' ἐσελθὼν,
Κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας
'Επιτόσσαις θεῷ
'Ρέζοντας· ὧν θαλίαις ἔμπεδον

præstat. Pauw fulcrum inserit εὕροις ἄν γ' ἐς vel ἄρ' ἐς. vide ad v. 9. Gott. εὕρῃ. 48. Mediam in θαυμαστὰν pro brevi habere, vel θαυματὰν scribere malit Schmidius, ut Iambico bene sit. Pauw: θαυμασίαν. ἀγῶνα 'Υπερβορέων sollicitat Pauw, et miro modo emendat ἄλωνα, nova voce, pro ἄλωα, ab ἄλως. 'Υπερβορίων ἀγυι- ὰν Mingarellus. Condonem hoc aliis minus in Pindaro versatis. Non meminerant viri docti, ἀγῶνα esse consessum, proprie spectantium, tum omnino cœtum, hominum multitudinem, populum, λαὸν, quem etiam στρατὸν, στόλον, effert; inf. 72. ὅμιλον dixit. Vocabulo isto autem tanto magis uti potuit poeta, quod *perpetuis choris, tripudiis epulisque fruuntur* beati illi Hyperborei v. 59. sqq. Itaque et Perseus ipsis supervenit *epulantibus sacro facto*. *Sacra* autem ea gens erat *Apollini*, quod satis notum, *cui asinis eos litasse* manifestum fit ex h. l. v. 51. add. Notam. Apud eosdem *asini* videntur *deo consecrati fuisse*, ἀνιμένοι, nam *iis delectari* ait *deum* v. 55, 56. Hoc *ornate extulit* poeta. Ita saltem accipere licet verba, ut nec ad mactationem ipsam referas hos vss. quasi inter mactandum se exerexerint, neque meros jocos secteris cum Gesnero de asinorum honestate v. 34. Comment. Soc. Reg. Scient. tom. ii. An loco et poeticæ rationi consentanea videatur αἰσχρολογία Toupii Emendat. Suid. tom. iii. pag. 51. dijudicent alii ad sensum quisque suum. Errores autem tributi olim fuisse videntur Perseo per incognitas tunc terras, non minus quam Argonautis. Hyperboreos h. l. occidentales Pindarum respexisse puto; apud quos, si quidem extremi Europæ occidentis populi fuere, asinorum usus esse, quosque adire probabili aliqua ratione potuit Perseus, cum insulas ultra extremum occidentem Africæ in Oceano positas peteret, quas Gorgones inhabitabant. Non enim Pindarus Gorgones ad Hyperboreos relegat vss. 72. sq. sed rem suo more strictim exponit. Nec Æschylus huc advocari potest Prometh. 790. sqq. nam is plane diversam rationem sequutus Inus errores in extremi Orientis plagas rejicit, ita ut illa a Bosporo Cimmerio inde per boreales et orientales fines extremos errore facto ad Nilum pervenerit. 50. δώματ' ἐλθὼν Ald. prave. et mox ἐπιτόσσας cum Bodl. γ.

52. ἐπιτόσσαις h. e. καταλαβὼν, v. sup. ad Pyth. iv. 43. incidit in eos sacrum facientes Apollini asino pro victima cæso.

53. *Delectatur* Apollo eorum *festis et hymnis* (ὑφαμίαις) *et asinis victimis*. pro γελᾷ τι ὁρῶν τοὺς ὄνους, *bestias lascivientes*, ὑβρίζοντας, dixit ὕβριν ὀρθιᾶν κνωδάλων. Est autem vel ἡ κνώδαλος, vel ὁ κνώδαλος ὀρθίας, pro ὀρθιάζων, *sese erigens*. Spectat ad victimæ laudem, si bene pasta sit, ludat et exultet. Insigniter in religionem versam rem v. ap. Pausan. ii. 30. pag. 195. conf. V. L. [Utinam in tabula efficta essent! *Ex Schedis.*]

Εὐφαμίαις τε μάλιστ' Ἀπόλλων
Χαίρει, γελᾷ δ' ὁρῶν ὕβριν
Ὀρθιᾶν κνωδάλων.

Σ. γ'. Κ. ι'.

Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ
Τρόποις ἐπὶ σφετέροισι· παν-
τᾶ δὲ χοροὶ παρθένων
Λυρᾶν τε βοαὶ καναχαί τ' αὐλῶν δονέονται·
Δάφνᾳ τε χρυσέᾳ κό-
μας ἀναδήσαντες εἰλα-
πινάζουσιν εὐφρόνως.
Νόσοι δ' οὔτε γῆρας οὐλόμενον
Κέκραται ἱερᾷ γενεᾷ. πόνων
Δὲ καὶ μαχᾶν ἄτερ

Α. γ'. Κ. ι'.

Οἰκέοισι, φυγόντες
Ὑπέρδικον Νέμεσιν. θρασεί-

56. ὀρθιᾶν κνωδάλων debet ductum esse ab ἡ κνώδαλος. aut ὀρθιᾶν ab ὀρθίας, quod apud Hesych. occurrit. Gott. ὠρθιᾶν. Pauw conj. ὀρθίαν sc. ὕβριν. Mavult idem onagros intelligere, quod quantum ad rem faciat, ex superioribus intelligi potest. 61. χρυ locum tenet quem brevis syllaba in ceteris occupabat. 64. νοῦσοι Bodl. γ. cum Ald. 68. Videtur unus ex Schol. prave legisse: μέμψιν.

57. Μοῖσα οὐκ ἀποδαμεῖ, pro, Μοῖσα ἐπιδημεῖ. οὐκ εἰσὶν ἄμουσοι.

[60. δονέονται. κινοῦνται, ἠχοῦσι, καναχοῦσι. *Ex Schedis.*]

64. οὔτε νόσοι οὔτε γῆρας κέκραται, pro πάρεστι, παραγίνεται, ut μίγνυται, μίμικται, αὐτοῖς: pro hoc ἱερᾷ γενιᾷ, Apollini sacræ.

67, 8. — φυγόντες ὑπέρδικον Νέμεσιν. Si hæc est dea Δίκη, vindex et ultrix sceleris, videtur ὑπέρδικος optime accipi *justa*, ut ὑπὲρ augeat; velut in ὑπέρθυμος, *animosus*, ὑπερμήκης; sic Lapithæ ὑπέροπλοι, *fortes*, Pyth. ix. 24. *Nemesin effugiunt*, ab ea nil habent quod metuant, recte faciendo et ὕβριν vitando. Potest tamen et *de magna felicitate Hyperboreorum* accipi, *cui non invidet et adversa infert Nemesis*, ut solet, ex vulgari opinione. Sic eadem sententia Ol. viii. 113. 4. ubi in magna felicitate deprecatur Nemesin poeta. Mox θρασσία δὲ πνίων παιδία pro πνίων θράσος.

α δὲ πνέων καρδίᾳ
Μόλεν Δανάας ποτὲ παῖς, ἀγεῖτο δ' Ἀθάνα,
Ἐς ἀνδρῶν μακάρων ὅ-
μιλον· ἔπεφνέν τε Γοργό-
να, καὶ ποικίλον κάρα
Δρακόντων φόβαισιν ἤλυθε να-
σιώταις λίθινον θάνατον φέρων.
Ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι,

Ε. γ'. Κ. ή.

Θεῶν τελεσάντων,
Οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον.
Κώπαν σχάσον, ταχὺ δ' ἄγκυ-
ραν ἔρεισον χθονὶ
Πρώραθε, χειράδος ἄλκαρ πέτρας.
Ἐγκωμίων γὰρ ἄωτος ὕμνων
Ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον, ὥστε μέ-
λισσα, θύνει λόγον.

Σ. δ'. Κ. ί.

Ἕλπομαι δ', Ἐφυραίων

75. Non video, quomodo metrum constet, nisi legeris- *σιώταισι*, prioribus syllabis *σιω* in unam contractis. 76. Sive *οὐδὲν ἄπιστον* (*ὥστε*) *θαυμάσαι*, sive *θεῶν τελεσάντων* (*ὥστε*) *θαυμάσαι*. [pro *θαύματα*. *Ex Schedis*.] Dura ratio. Aldus, quem Melanchthon sequitur, sic interpunxerat; *ναυσιώταις λίθινον θάνατον φέρων, ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι. Θεῶν τ.* Si sic *ἔμοιγε* scribas, commodior oratio erit. 78. Schmidius nimis licenter metrum mutarat: *οὔ τι ποτὲ ἔμμεναι φαίνετ' ἄπιστον*. 83. *ὥστε* Gott.

72. *ἔπεφνέν τε Γοργόνα*. melius esset *δὲ*, nam discessu hinc facto ad Gorgones pervenisse putandus.—In v. 76, 77, 78. verba sunt expedita; sed quorsum *θαυμάσαι* referendum sit, et *quam vim* hic habeat, non assequor, v. V. L.

79. *remum inhibe*. *χειράδες, πέτραι ἴφαλοι*, notæ sunt: v. Hesych. cf. Munk. ad Anton. lib. 34.

82. *ἄωτος ὕμνων*, h. *ὕμνος ἐπικώμιος, θύνει ἄλλοτε ἐπ' ἄλλον λόγον*, modo ad hoc, modo ad aliud *argumentum*, nec in una re, digressione, tam diu moratur; ut Æschyl. Prometh. 276. *πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ ἰζάνεται*.

Ὅπ' ἀμφὶ Πηνειὸν γλυκεῖ-
αν προχεόντων ἐμὰν,
Τὸν Ἱπποκλέαν ἔτι καὶ μᾶλλον σὺν ἀοιδαῖς,
Ἑκατι στεφάνων, θα-
νητὸν ἐν ἄλιξι θησέ-
μεν ἔν τε παλαιτέροις,
Νέαισίν τε παρθένοισι μέλη-
μα. καὶ γὰρ ἑτέροις ἑτέρων ἔρως
Ἐκνιξέ γε φρένας.

A. δ. K. ί.

Τῶν δ' ἕκαστος ὀρούει,
Τυχών κεν, ἁρπαλέαν σχέθοι

86. Πηνειὸν. diæresin tolli jubet Pauw; esse enim colon iambicum. 87. ἐμάν. ut ita Pindari carmen chorus apud tribules repetat et decantet. 88. τὸν Ἱπποκλέαν Schmid. emendavit bene meo sensu, e Schol. et ad metri legem, pro vulg. Ἱπποκλέα. Sed Pauw etiam hic arrodit. Mavult Ἱπποκλεῖ esse et sup. v. 8. Ἱπποκλεῖ. 90. ἄλιξιν invito metro Oxon. forte ex Aldo. ἄλιξι Rom. et cett. 91. Peccat syllaba τε. an fuit ἔν σ' αὖ π.? Schmidius -μεν εἰνί τε π. παλαιστέροισι -μναι καὶ π. scite utique præ Pauwii commentis: -μεν εἰνί τε π. παλαιστέροισι Rom. et seqq. edd. prave. 92. νέαισίν τε παρθένοισι μέλημα. ut eæ ejus amore incendantur; ut *curæ* iis sit, h. amori. Malim δὲ, nam hoc ad puellas tantum spectare potest. Nec νέαισι vacat; nam puerili ætate ille est. 94. γε ex Aldo bene repetierunt Oxonienses. In vulgg. abest: itaque Schmidius supplevérat: ἔκνιξε τὰς φρ. 96. σχέθοι Ald. cum Bodl. γ. et Gott. quod nunc præfero: v. Not. vulgg. σχέθει. quod sane defendi potest: *tenet*, sc. si

96. Alteram lectionem, σχέθοι, prætuli cum Gedik. qui locum, ut tot alia, præclare vertit. Nam sententia est: *multis adhuc hymnis materium per novas victorias suppeditabis* 85—93. At tu fruere felicitate præsenti; *est enim fructus summæ felicitatis ex victoria.* Hæc sic effert v. 93—98. καὶ γὰρ—*nam studium aliarum rerum aliorum animos sollicitat, versat* (ἔκνιξε pro κνίζει). ἕκαστος δὲ, τυχών κεν ἂν ὀρούει (pro τυχὼν ἐκείνων, ἐφ' ἃ ὀρούει) σχέθοι φροντίδα ἁρπαλέαν τὰν πὰρ ποδὸς, *sensum præsentem* (præsentis felicitatis) *teneat vividum*; de futuris nec cogitet, (hoc respectu v. 88. ἔτι καὶ μᾶλλον) *nam ea incerta sunt, nec prævideri possunt.* Verbo: spero te multas adhuc victorias esse consequuturum: est enim hoc studium certaminum in te maximum: (cum alii sectentur alia 93, 94.) Interea fruere victoria præsenti. [vel: At ego acquiesco in

Φροντίδα τὰν πὰρ ποδός·
Τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαρτον προνοῆσαι.
Πέποιθα ξενίᾳ προσ-
ανεῖ Θώρακος, ὅς περ
Ἐμὰν ποιπνύων χάριν
Τόδ' ἔζευξεν ἅρμα Πιερίδων
Τετράορον, φιλέων φιλέοντ', ἄγων
Ἄγοντα προφρόνως.

Ε. δ'. Κ. η'.

Πειρῶντι δὲ καὶ χρυ-
σὸς ἐν βασάνῳ πρέπει καὶ νόος ὀρθός.
Ἀδελφεοὺς δέ τ' ἐπαινή-

sapit. Ad sensum cf. Isthm. viii. 25, 6. [*φροντίζοι τούτων ἀρπαλίως, actutum occupet ea, cupide iis fruatur.* — An *τῶν πὰρ ποδός? Ex Schedis.*] 100. *-ανεῖ* Schmidius bene dispunxit pro *-ανεῖ*. debet enim choriambicum esse. 103. Non convenit versus cum antitheticis. Schmidius refinxerat: *Τετράορον, ἄγοντα ἄγων, Φιλέων φιλεῦντα πρ.* Antispasticum, non epionicum, esse nonum strophæ colon Pauw contendit ad v. 9. et cett. — 107. Fuit haud dubie quod scripsi. Vulgo habat *ἀδελφεούς τε ἐπαινή-*. *Καδελφεοὺς δὲ* Schmidius. Idem melius rescripsit *πα-*

præsenti victoria. *Ex Schedis.*] Poterat de hoc ipso hymno locus accipi: Spero meum hymnum a tribulibus Ephyræis cantatum sæpius adhuc victorem esse illustraturum. Verum reliqua minus conveniunt. *ἀρπαλίως* simpl. *impetuosus*, ut Pyth. viii. 93. adeoque *vehemens, magnus.*

99. *πέποιθα ξενίᾳ Θώρακος* pro *ξένῳ Θώρακι*, h. e. *ἔχω πιστὸν ξένον Θ.* Nova sententia. *Utor amico certo ac fido Thorace, qui meum carmen ambiens me Musarum currum conscendere fecit.* De Musarum curru vid. sup. Ol. ix. 120. Isthm. ii. 2. Nem. ix. 17.

103. *ἄγων ἄγοντα προφρόνως* accipio de summo studio, *qui* quasi *præit præeuntem;* ut dicimus *currenti calcar addere.*

105, 6. Ad superiora debet referri, et ad Thoracem, amicum, cui *πέποιθε*, utpote viro *probato rerum usu.* *πειρῶντι* pro *ἐν τῷ πειρᾶν, τῇ πείρᾳ. πρέπει, splendet, διαπρέπει* Ol. i. 3. Comparatio multis frequentata; gravitate antecellit Bacchylides ap. Stobæum de veritate Serm. xi. it. in Brunck. Analectis to. i. p. 149. *Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν· ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σοφίαν τε παγκρατὴς ἐλέγχει ἀλάθεια.* Occurrit quoque versus in gemma (ap. Com. de Caylus to. vi. *Recueil* pl. l. 4. 5). Inde a v. 107. nova particula carminis sequitur. *Ἀδελφεούς*, quos *victoris* potius quam Thoracis esse existimo: eos laudat, *quod instituta seu rempubl. Thessaliæ*, h. civitatum, quibus ipsi præsunt, *ὑψοῦ φέρουσι, claram et illustrem reddunt*, i. q. *αἴρειν, ἐπαείρειν* (Ol. ix. 31.), *βαστάζειν* (Ol. xii. 27.), *αὔξον-*

σομεν ἐσλούς· ὅτι
Ὑψοῦ φέροντι νόμον Θεσσαλῶν
Αὔξοντες. ἐν δ' ἀγαθοῖσι κεῖνται
Πατρῴϊαι κεδναὶ πολί-
ων κυβερνάσιες.

πρώϊαι pro vulg. πατρῷαι. esse vult, Pindarico more.

110. κεῖται Gott. et Schol. qui pro κεῖνται dictum

σις, *felicitatem eorum provehendo; etenim* (δὲ pro γὰρ) *ipsi se viros bonos præstant in administranda rep.* Videntur aristocratia hæreditaria usæ esse civitates; igitur Alevadarum κυβερνάσιες πολίων πατρῴϊαι. et illæ κεῖνται ἐν ἀγαθοῖσι, ἔγκεινται, ἐπίκεινται, *mandatæ sunt* (αὐτοῖς οὖσιν ἀγαθοῖς) *viris bonis.*

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ιά.

ΘΡΑΣΥΔΑΙΩ ΘΗΒΑΙΩ,

ΠΑΙΔΙ ΣΤΑΔΙΕΙ.

ARGUMENTUM.

Invocat deas patrias, Semelen, Ino et Alcmenam, ut adsint pompæ victoris in templum Apollinis Ismenii ducendæ; cumque locum ludorum declarasset per campum Pyladis v. 23., digreditur ad fabulam de Oreste—57. Redit ad propositum; victoris et patris priores victorias memorat;—75. comparata eorum fortuna cum opibus tyrannorum, laudatque amorem libertatis.

Σ. ά. Κ. Υ'.

ΚΑΔΜΟΥ κόραι, Σεμέλα
Μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις,
Ἰνὼ δὲ Λευκοθέα ποντιᾶν

2, 3. Mutavit metrum secundi et tertii versus cujusque strophæ et antistrophæ Schmidius, ita ut syllabam unam ex secundo in fronte tertii coli collocaret, ut h. l. pro eo, quod antea editum erat: —ἀγυιᾶτις, Ἰ-νὼ δὲ Λ. π. et v. 11.—θῶκον, ὦ.

1. Heroinæ ac deæ Thebanæ, Cadmi et Harmoniæ progenies, *Semele σύνοικος* θεῶν ἐν Ὀλύμπῳ, et *Ino*, nunc dea marina, Leucothea. Cum his *Alcmena* invo-

Ὁμοθάλαμε Νηρηΐδων,
Ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ
Ματέρι πὰρ Μελίαν χρυσέων
Ἐς ἄδυτον τριπόδων
Θησαυρὸν, ὃν περίαλλ' ἐτί-
μασε Λοξίας,

Α. ά. Κ. Ϛ'.

Ἰσμήνιον δ' ὀνύμα-
ξεν, ἀλαθέα μαντεῖον θῶκον,
Ὦ παῖδες Ἁρμονίας, ἔνθα καί

Pauw acriter increpat. Molitur alia Mingarell. Conject. pag. 51. et in schedis; etiam in v. 6. Relinquam ei definiendum, qui totam rem metricam Pindari constituerit. Scrupulum injicit v. 74. qui sic in fine correpta syllaba laboraret:— ξαν Ἑλ- cum v. 11.— 3. Ἰνώ τε Bodl. γ. 5. ἵστε Pal. C. ἀριστογόνω pro ἀριστογόνου Ἡρακλέος legerat Schol. sicque ed. Rom. Crat. al. nec minus nec magis commode. 6. παρὰ metri caussa emendaverat Schmidius, pro vulgato πάρ. Malo cum Pauw. credere, fuisse olim scriptum Ματέρι πὰρ M. quod metrum dactylicum postulat. In fine χρυσέων est dissyllabum. 7. ἷς etiam a Schmid. pro vulg. εἷς. 8, 9. Fuisse olim τάξιν horum colorum aliam Pauw putabat: Θησαυρὸν, ὃν περίαλλ' ἐ- τίμασε Λοξίας, et sic in ceteris strophis et antistrophis. 11. μαντεῖον ex Ald. retraxit Schmid. vitium intulerat Romana: μαντείων θῶκον. Supra βωμὸς μαντεῖος Ol. vi. 7. et μυχὸς μαντήϊος Pyth. v. 92. Est tamen difficultas metrica, quod in μαντεῖον media brevis esse debebat. Mingarell. em. μάντιον vel μαντικόν. Ad totum locum cf. Pausan. ix. 10. et Ammon. pag. 70. e Didymo.

catur, ut pompæ victoris intersint. Continuatur oratio, lyrico spiritu circumducta, usque ad v. 24. adeoque v. 11. post θῶκον non plene interpungendum est, nec v. 18. post ἐσπέρᾳ. Jungenda quoque sunt: Κάδμου κόραι, et v. 12. ὦ παῖδες Ἁρμονίας, quæ junctim essent: παῖδες Κάδμου, καὶ Ἁρμονίας. *Jubentur autem adesse ad templum Apollinis Ismenii, ut pompæ victoris ad illud ducendæ intersint et hymno victoris accinant.* Templum Apollinis egregie ornavit v. 6—11. παρὰ Μελίαν. Scilicet fuit in eodem templo religio aliqua Meliæ et Ismeni, quem ex ista nympha Apollo susceperat; unde et nomen h. l. *templi Ismenii*, ut vulgo Apollinis Ismenii. Tripodes, quos, a sacerdotibus dedicatos æreos, Pausanias memorat ix. 10. non huc spectant; sed Pindaro sunt *aurei, antiqua illa donaria*, in quibus etiam litteris Cadmeis inscripti tres illi versus sunt, quos Herodotus v. 59. memorat. Fuisse in eodem templo μαντεῖον ex v. 11. discimus.

12—14. ἔνθα καὶ νῦν—καλεῖ ὁμηγυρέα στρατὸν συνίμεν, pro: ἔνθα καὶ νῦν καλεῖ ὑμᾶς [l. Apollo l. Melia. hoc melius Sch. *Ex Schedis.*]. itaque sequitur 17. ὄφρα πιλαδῆτε, *ut canatis Themi-*

Νυν ἐπίνομον Ἡρωΐδων
Στρατὸν ὁμηγυρέα καλεῖ συνίμεν,
Ὄφρα Θέμιν ἱερὰν Πυθῶνά τε καὶ ὀρθοδίκαν
Γᾶς ὀμφαλὸν πελαδῆτε ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ,

Ε. ά. Κ. ς'.

Ἑπταπύλοισι Θήβαις
Χάριν ἀγῶνί τε Κίρρας·
Ἐν τῷ Θρασυδαῖος ἔμνασεν ἑστίαν
Τρίτος ἐπὶ στέφανον πατρῴαν βαλών,
Ἐν ἀφνειαῖς ἀρούραισι Πυλάδα νικῶν,
Ξένου Λάκωνος Ὀρέστα.

Σ. β'. Κ. ϛ'.

Τὸν δή, φονευομένου
Πατρὸς, Ἀρσινόα Κλυταιμνήστρας
Χειρῶν ὑπὸ κρατερᾶν ἐκ δόλου

13. Νῦν ante Schmidium scribebatur. 15. Θέμιν. ultima esse debet producta ex cæsura; nisi excidit Θέμιν ϑ'. 17. πελαδῆτε ἀ-. Non est hiatus a Pindaro. Fuit πελαδήσετ' ἀ-. Nam solet ὄφρα cum futuro jungere Pindarus: Ol. vii. 28. ὄφρα αἰνέσω. vi. 39. ὄφρα βάσομεν. 22. Τρίτον Ald. Pal. C. et Bodl. γ. cum Schol. sed τρίτος doctius. [Heynius in textu vocis primæ literæ finali superscripsit ν, et post βαλὼν delevit punctum.] 23. νικῶν in fine versus turbat metrum priore longa; nec video auxilium, nisi aliter versum dispescas: Ἐν ἀφνειαῖς ἀρούραισι Πυλάδα νι- 24. κῶν ξένου Λάκωνος Ὀρέστα. sicque in ceteris. 26. Ad h. v. respicit Schol. Æschyl. Choeph. 731. 27. Ante Schmidium; χε- ρῶν ὑ. κρ. χειρῶν ὑπὸ κρ. jungit Mingarell. cum φονευομένου. Equidem ἔνιλεν

dem, Pythonem et oraculum, χάριν (per apposit.), *hymnum,* qui sit hymnus, *in honorem Thebarum et Pythiorum.* ἐπίνομον στρατὸν v. 13. audacter dixit *consortem turbam;* ut σύννομοι, *qui una pascuntur vel una habitant.* ὀρθοδίκαν 16. *veridicam.* 24. Λάκωνος Ὀρέστα. unde Laco, cum esset Mycenæus? Puto, quia factus est rex Spartæ. v. Pausan. ii. 18. pag. 150. iii. 1. p. 205. Digressio, quæ sequitur, a lusu ingenii, ex notionum associatione fortuita, est profecta; similis ei, quæ in superiore carmine erat, de Hyperboreis.

Τροφὸς ἄνελε δυσπενθέος·
Ὁπότε Δαρδανίδα κόραν Πριάμου
Κασσάνδραν πολιῷ χαλκῷ
Σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ
Ψυχᾷ πόρευ' Ἀχέροντος ἀ-
κτὰν παρ' εὔσκιον

Α. β'. Κ. ϑ'.

Νηλὴς γυνά. πότερόν
Νιν ἄρ' Ἰφιγένει', ἐπ' Εὐρίπῳ
Σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας, ἔκνισε
Βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον;
Ἢ ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν
Ἐννύχιοι πάραγον κοῖται;
Τὸ δὲ νέαις ἀλόχοις

ὑπὸ χ. pro ἐκ. Similis fere locus illis Ol. vi. 73. ἦλθεν δ' ὑπὸ ἅπλάγχνων ὑφ' ὠδῖνός τε, si altero loco ἀπ' pro ἐξ legeris. 29. Δαρδανίδα a Δαρδανὶς ductum Schmidius recte ait; ut ultima brevis sit. Posse tamen et longam ferri, pronuntiat Pauwius, ut sit Δαρδανίδα Πριάμου. 30. Κασάνδραν vett. edd. recte, si prisco more. Est autem spondeus pro dactylo, ut 54. 36. Schol. ἐκίνησε καὶ ἐλύπησε. prius vitiose. 37. λέχον Oxonienses ex Bodl. γ. exhibuerunt: vulgo χόλον, quod Pauw retinendum fuisse clamat. Sane utrumque lyrico dignum: βαρυπάλαμος tamen χόλος, pro simplici, βαρεῖα ὀργή, magis consentaneum videri potest. 38. Ut antitheticis responderet hic versus, Schmidius pro λέχει scripserat τινί, exagitatus a Pauwio. Poterat leniore opera scribi: λέχεϊ δαμαζομέναν. 39. ἔννυχοι ante Schmid. qui recte emendavit, ut nunc est; minus bene idem dedit: ἀπάγον. 40. Erat τὸ δὴ—. ut Pæonico metro succurreret, Schmidius legit: ὅ, τι, vel τό τι, Pauw: τὸ δή γ.

34. πότερον, lyrica forma pro vulgari, *seu quod—seu quod.*

36. σφαχθεῖσα sive de conatu accipiendum, sive ut vere mactata sit, quod alii sequi videntur, ut Lucret. i. 85. sqq. et ipse Propert. iii. 5. 54. *Pro qua mactata est Iphigenia mora.*

38, 39. *An eam alieno amore domitam adulter corrupit?* Omissa altera propositio quod ne maritus resciscceret, illa timuit.

40—46. *Quod sane novarum nuptarum flagitium odiosissimum est; nec facile illud occultari potest, quo minus alii id divulgent. Omnino enim homines maledici sunt. Magna enim fortuna habet, sustinet, magnam invidiam,* invidiæ obnoxia est; οὐ μείονα, pro οὐ μικρὸν φθόνον· ὃ δὴ χαμηλὰ

Ἔχθιστον ἀμπλάκιον, καλύ-
ψαι τ' ἀμάχανον

Ε. β'. Κ. ς'.

Ἀλλοτρίαισι γλώσσαις.
Κακολόγοι δὲ πολῖται.
Ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον·
Ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων, ἄφαντον βρέμει.
Θάνεν μὲν αὐτὸς ἥρως Ἀτρεΐδας ἰκὼν
Χρόνῳ κλυταῖς ἐν Ἀμύκλαις,

Σ. γ'. Κ. θ'.

Μάντιν τ' ὄλεσσε κόραν,
Ἐπεὶ ἀμφ' Ἑλένᾳ πυρωθέντων
Τρώων ἔλυσε δόμους ἀβρότα-
τος. ὁ δ' ἄρα γέροντα ξένον,
Στρόφιον, ἐξίκετο νέᾳ κεφαλᾷ,

41, 42. Erat κα- 42. λύψαι; dedi καλύ- ψαι τ' ἀμήχανον. Ita necessario versus dispescendi, ut semel receptum metrum servetur. 45. οὐ μείονα Mingarell. accipiebat *parem opibus*. 46. βρέμει durum esse agnoscit Pauw et conj. βρόμῳ, h. κακολογία, φθόνῳ, eleganter, ut ipse quidem addit. Malo pati βρέμει. *At sordidum vulgus occulte fremit*, obtrectat potentum famæ. 47. Erat θάνε. Ἀτρεΐδας vulgo ante Schmidium; qui Ἀτρείδας, consentiente Aldo. 51. ἔλυσε vulgg. inde a Romana. Schmidius perperam mutavit in ἔσυλε. ἔλυσσε Oxon. ex Bodl. γ. et sic quoque Aldus exhibet: male; nam media natura est longa, ut sæpe in Homero λῦσε, λύσατο. nec aliter ms. Gott. 52. ξένον γέροντα vulgo: transposuit Schmidius recte cum Aldo. 53. ἐξίκετο νέᾳ κεφαλᾷ. plus quam lyricum tumorem habet: (σὺν) νέᾳ κεφαλᾷ. An probandum: ὁ δὲ—νέα κεφαλὰ, ut κεφαλὴ pro homine dicitur?

πνέων ἄφαντον βρέμει. *nam vulgus obtrectat clam potentum laudibus.* βρέμει ἄφαντον, *fremit, loquitur*, h. maledicit, *occulte.* ἄφαντος de *obscuro* etiam Nem. viii. 58. ubi itidem *invidorum fraus* τὸ λαμπρὸν βιᾶται. πνέων χαμηλὰ, *vivens humili loco*, pro adverb. ζῶν χαμηλῶς. πνέειν, *vivere*, Nem. vi. 2. x. 163. Procedunt omnia hæc a sententia v. 42, 43. *Clytæmnestra norat, adulterium suum occultari haud posse*; idque eam ad cædem Agamemnonis parandam induxit. Locum haberet interpretatio a vento ducta, si ἡ πνοὴ esset; at est ὁ πνέων.

48. ἐν Ἀμύκλαις. aut diversam de loco cædis famam sequitur Pindarus; aut *Amyclæ* latius dictæ sunt pro Peloponneso; figura eadem, qua sup. v. 24. Orestes Λάκων.

51. ἔλυσε δόμους ἀβρότατος, pro τὴν ἀβρότητα δόμων, *opes evertit domus.*

53. νέᾳ κεφαλᾷ, νέος ἔτι ὤν. v. V. L.

Παρνασσοῦ πόδα ναίοντ'· ἀλ-
λά γε χρόνῳ σὺν Ἄρει
Πέφνεν τε ματέρα, θῆκέ τ' Αἰ-
γισθον ἐν φοναῖς.

Α. γ'. Κ. θ'.

Ἦ ῥ', ὦ φίλοι, κατ' ἀμευ-
σίπορον τρίοδον ἐδινάθην,
Ὀρθὰν κέλευθον ἰὼν τὸ πρίν· ἦ
Μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου
Ἔβαλεν, ὡς ὅτ' ἄκατον εἰναλίαν.
Μοῖσα, τὸ δὲ τεὸν, εἰ μισθῷ
Συνέθευ παρέχειν

55. γε inseruit Schmid. ex Aldo. 56. Etiam πίφνειν τε idem ex Aldo. Rom. et rel. ἔπιφνε μ. Bene etiam pro μητέρα Aldus ματέρα. 59. Hæreo in metro, nec satisfacit Mingarell. τρίοδόν γ' vel - σιπόρου τριόδου. 62. εἰναλίαν cum Aldo Schmid. pro vulg. ἐναλίαν, quod et ipsum defendit Pauw. 63. τὸ δ' ἐτεὸν primum edidit Stephanus secundum Schol. Schmidius revocavit τὸ δὲ τεὸν (h. κατὰ τὸ σὸν), *quod te attinet.* Emendandum τὸ δὴ τεόν. 64. Metrum claudicat. Schmidius σε συνίθευ π. Quidni συνίθεο? Mingarell. sic

55. σὺν Ἄρει, *cæde.* σὺν pro διά. propr. *Mars* pro *pugna*, inde pro *vi.* Nisi χρόνῳ σὺν jungas pro σὺν χρόνῳ.

56. θῆκεν ἐν φοναῖς vel pro ἐν φονῇ, ἐν φόνῳ, vel cum Schol. ut φοναὶ sint οἱ τόποι, εἰς οὓς φονεύονται, *quibus cæsi jacent.* quo modo idem cum Eustath. et al. accipit locum Iliad. x. 521. ἐν ἀργαλέῃσι φονῆσι. quod tamen et ipsum esse potest ἐν φονῇ, ἐν φόνῳ. [Sophocl. Antig. 696. ἐν φοναῖς πεπτῶτα. *Ex Schedis.*]

58. Revocat se a digressione nova formula. κατ' ἀμευσίπορον τρίοδον *tanquam in trivio*, adeoque errori obnoxio. ἐπλανήθην τῆς ὁδοῦ. Similia Nem. iii. 47, 48.

63. τὸ δὲ τεὸν, *quod ad te attinet, quod tuum est,* ἐχρῆν ἄν παράσσειν ἄλλα ἄλλοτε, *consentaneum esset te alia ex aliis moliri,* carminis materiem undique conquirere, εἰ συνέθου παρέχειν φωνὰν ὑπάργυρον μισθῷ, (μᾶλλον) ἢ π. Π. si mercede carmen pacta esses, o Musa, adeoque homini, qui nullam laudum materiem suppeditaret, potius quam Pythico victori, in quo habes quod laudes. Secundum hæc sensum teneo: *si pacta esses, Musa, carmen,* si vocem venalem mercede locasses, *nil impediret, quo minus digressione utereris; at nunc in honorem Thrasydæi, ejusque patris, hymnum condis, qui felicitate et gloria florent, adeoque materiem carmini præbent satis amplam.* Metro tamen satisfacere difficile est. v. V. L. παράσσειν, ut κινεῖν, *movere, moliri, machinari,* nihil novi habet.

Φωνὰν ὑπάργυρον, ἄλλοτ' ἄλ-
λα χρὴ ταρασσέμεν.

Ε. γ'. Κ. ς'.

Ἦ πατρὶ Πυθιονίκᾳ,
Τό γέ νυν, ἢ Θρασυδαίῳ
Τῶν εὐφροσύνα τε καὶ δόξ' ἐπιφλέγει.
Τὰ μὲν ἐν ἅρμασι καλλίνικοι πάλαι
Ὀλυμπία τ' ἀγώνων πολυφάτων ἔχον
Θοὰν ἀκτῖνα σὺν ἵπποις·

Σ. δ'. Κ. θ'.

Πυθοῖ τε γυμνοὶ ἐπὶ

constituit: 64. γε συνέθευ παρέχειν 65. φ. υ. ἄλλα 66. σὲ χρὴ ταρασσέμεν 67. ἢ πατρὶ Πυθιονίκᾳ. 65. ὑπ' ἄργυρον Bodl. γ. et Ald. Schneider Fragm. pag. 111. conj. ἐπάργυρον ex Hesych. h. v. At ὑπάργυρον *mercede conductam, venalem.* cf. Isthm. ii. 11. 66. Metrum laborat. Schmidius: ἄλλοτ' ἄλλ' αὖ ταρασσέμεν. Pauwius totum locum ita refingit: *Μοῖσα, τὸ δὴ τεὸν, οὐ μισθῷ Τὸ συνέθευ παρέχειν Φωνὰν ὑπάργυρον, ἀλλ' ἄλ-λα χρὴ ταρασσέμεν Ἢ πατρὶ* Π. Etsi, quam turpe illa ætate habitum fuerit, mercenariam victori celebrando operam præbere, ignoro: probo tamen in Pauwii emendatione illud, quod improbam Grammaticorum fraudem detexit, labem avaritiæ Pindaro ubique inurentium. Sed interpolatione receptæ lectionis rem confici nolim. In Schol. est ταρασσέμεν, ἀντὶ τοῦ, τάρασσε καὶ μετάφερε. Ignoravit ergo χρὴ, quo omisso manet: ἄλλοτ' ἄλ-λα ταρασσέμεν, *move, cane.* An fuit ἄλ-λᾳ *alio modo?* nam trochaicum colon est. Ad ἄλλᾳ adscripserat aliquis, quod aliunde meminerat, ἄλλοτ' ἄλλα vel ἄλλο, ut Nem. iii. 72. Isthm. iii. 30. P. x. 85. Potest quoque sic jungi: τὸ τεὸν (sc. ἐστὶ) ταρασσέμεν. [Heynius in textu delevit χρὴ et voci ταρασσέμεν, post quam posuit comma, adscripsit: p. τάρασσε.] 67. Laborat et hoc colon. Schmidius ἀϑλονίκᾳ. Pauw Πυθονίκᾳ, ut sit a Πυθὼ, νικῶντι ἐν Πυθοῖ. Mingarellus suadet facere Πυθιο—dissyllabum, aut primam pro brevi habere: quod non admittam. Potius in ceteris epodis primus versus erit accomodandus versui 19. ἑπταπύλοισιν Θήβαις. et sic in reliquis epodis. 69. τε abest Steph. primæ et iis quæ hinc fluxere. 70. τὰ μὲν ἅρμασι erat; τὰ μὲν ἐν ἁ. Schmidius, metro periodico poscente; recte, Pauwio quoque adsentiente. 71. Ὀλυμπίας ἀγώνων Schmidius. Pro ἔσχον (v. ad 23.) ἔχον, ut ceteris versibus respondeat. 72. Ἀκτῖνα Θοὰν malit Pauw. ne spondeus in secundo loco iambici sit. At Mingarellus, si versus, inquit, oppositi habendi sunt pro Ionicis a majore, versus est impurus Ionicus, habens in principio Epitritum tertium pro diiambo. 73. Πυθοῖ δὲ ma-

70. (κατὰ) τὰ μὲν πάλαι, *jam antea.* Mox jungenda Ὀλυμπίᾳ τε—Πυθοῖ τε. 75. Ἑλλανίδα στρατιὰν, *turbam æmulorum.* Sic Nem. x. 47. Isthm. iv. 48. ἥλιγξαν, *vicerunt*, proprie, arguerunt inferioris virtutis esse.

Στάδιον καταβάντες ἤλεγξαν
Ἑλλανίδα στρατιὰν ὠκύτατι. θεόθεν ἐραίμων καλῶν,
Δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ.
Τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων
Τὰ μέσα μακροτέρῳ
Ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶσαν τυραννίδων·

A. δ'. K. θ'.

Ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς
Τέταμαι. φθονεροὶ δ' ἀμύνοντ' ἄ-

vult idem Pauw. non viderat, Ὀλυμπίᾳ τε—Πυθοῖ τε sibi respondere. Tum γυμνὸν Oxonienses reposuerunt ex Bodl. γ. et Schol. ut sit pro γυμνικὸν ἀγῶνα. Sane Isthm. i. 31. ἐν γυμνοῖσι σταδίοις, sed ibi opp. δρόμῳ ὁπλίτῃ. Vulgo γυμνοὶ, quod cur improbes, nihil adest. 76. ἐραίμαν Bodl. γ. et v. 78. ἂν π. 79. μακροτάτῳ Gotting. In fine vulgg. μ. σύν. Sed hoc σὺν tanquam glossema, metro infestum, expunxerat Schmidius, recte, Pauwio quoque probante. 82. δ' deest Bodl. γ. ξυναῖσιν ἀμφ' Ald. 83. ἀμύνονται male invexerat ed. Rom. Emendavit Schmid. ex Aldo. [Hermann. de Dial. Pind. p. viii. corrig. φθονεροὶ δ' ἀμεύνονται. εἰ γάρ τις etc. *invidi prætercunt mediocrem sortem.* (?) *Ex Schedis.*]

76. sqq. More suo, ut v. c. Nem. i. 49., *ad se* transfert, quæ alias universe efferre solet, cum sint *ad victorem* referenda, *qui in civitate libera mediocri conditione contentus non adspirabat ad honores et principatum, nec aliis invidebat aut tenuiores fastu premebat.* Turbæ Thebanorum civitatem illo tempore agitabant; quod docte docet Gedik. Ἐραίμαν καλῶν θεόθεν, τῶν καλῶν ἐκ θεοῦ ὄντων. Notum, quæ καλὰ sint Pindaro: *studia, rerum honestarum, unde decora, vitæ ornamenta et gloria illo tempore proveniebant*, v. c. res equestris et certamina; tum *ipsa illa decora et ornamenta*, inprimis *e victoriis*. τὰ καλὰ igitur *appetit*, μαιόμενος δυνατὰ ἐν ἁλικίᾳ, h. e. τὰ δυνατὰ ὄντα κατὰ τὴν ἡλικίαν, ut in juventa, ex cursu, e lucta, et sic alia.

78—82. *Cum enim videam, mediocrem conditionem in civitate florere majore felicitate*, esse feliciorem, *sperno fortunam potentum, et studeo virtutibus civilibus.* τυραννίδων pro ipsis tyrannis.

83. Nec invideo aliis; *invidi vero sibi ipsi malum arcessunt invidia sua.* ἀμύνονται, βλάπτονται, ἀτῶνται, *puniuntur.* Pergit universe efferre, quæ de Phricia prædicare volebat. εἴ τις pro ὅστις: *qui consequutus est ea, quæ summa sunt in vita privata*, (ut victor sit) vivitque tranquille, *temperatque sibi ab insolentia*, (cf. Isthm. iii. pr.) ἀπέφυγεν pro ἀποφεύγει, ut ἔσχεν pro ἔχει, *ei pulcra mors obtingit, et post mortem is posteris clarum nomen relinquit*: χάριν εὐώνυμον κρατίσταν, (κατὰ τῶν) πτιάνων. Sed v. Var. Lect.

τα. εἴ τις ἄκρον ἐλὼν ἄσυχά
Τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν
Ἀπέφυγεν, μέλανος ἂν ἐσχατιὰν
Καλλίονα θανάτου ἔσχεν,
Γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
Εὐώνυμον πτεάνων κρατί-
σταν χάριν πορών.

Ε. δ'. Κ. ς'.

Ἄτε τὸν Ἰφικλείδαν
Διαφέρει Ἰόλαον,
Ὑμνητὸν ἐόντα, καὶ Κάστορος βίαν,
Σέ τε, ἄναξ Πολύδευκες, υἱοὶ θεῶν,
Τὸ μὲν, παρ' ἅμαρ, ἕδραισι Θεράπνας, τὸ δ' οἰ-
κέοντας ἔνδον Ὀλύμπου.

84. ἥσυχα metri caussa emendavit Schmid. cum vulgg. sit ἡσυχίᾳ, recte. cf. Pauw. 86. μέλανος δ' ἀν' ἐσχ. vulgg. ante Schmidium, qui sustulit δ'. Duplicem olim lectionem fuisse, conjicit Pauw, (Scholio opinioni facile locum dante) alterum: φθονερὸς δ' ἀμύνονθ' ἅτᾳ, Εἴ τις—ἀπέφυγεν, μέλανος δ' ἀν' ἰ. Κ. θ. ἔσχεν, ut sit pro ἀνέσχεν. alterum: φθονερὸς δ' ἀ. ἅτᾳ. Εἴ τις—ἀπέφυγεν· μέλανος ἂν ἐσχ. etc. 87. θάνατον omnes edd. perperam. recte emendatum θανάτου a Schmidio etiam sec. Schol.—θάνατον, ἐν γλ. Ald. 89. χάριν εὐώνυμον (pro εὐωνυμίαν, *decus bonæ famæ*) κρατίστην per se bene se haberet, *optimam famam*; sed nunc videtur conjungendum cum πτεάνων. requiritur tamen sic πτεάνων κράτιστον. 94. υἱοὶ θεῶν malit Pauw, oblitus se in lyrico poeta versari. 95.—Θεράπναις ἔνδον Τὸ δ' οἰκέοντας Ὅ. Schmidius.—Ἕδραις Θεράπνας, τὸ δὲ οἰ. emendat Pauw, ut periodicum sit. Θεράπναις Pal. C. perperam.

91. ἄτε διαφέρει ὑμνητὸν ἐόντα pro διαφέρει ὕμνοις, *divulgat, celebrat hymnis. quod* clarum nomen, decus, *facit, ut carminibus celebreris*: pro hoc nominat heroes Iolaum et Dioscuros.

95. Schol. "παραφράζει τὸ Ὁμηρικὸν Odyss. λ. 302. sq." At notabile, quod pro *locis inferis*, in quibus alternis versantur, memorat ἕδρας Θεράπνας, *sepulcrum ad Therapnas*, tanquam sedem Manium: fere ut sup. Pyth. v. 129, 130. 135. inf. Nem. x. 105. Verum permiscentur passim Hades, tenebræ, sepulcrum, v. c. Eurip. Hec. 207, 8, 9. Ceterum fabulæ huic de Dioscuris locum fecisse videtur notio Luciferi et Hesperi, modo vesperi modo mane orti, confusa cum Dioscuris, ita ut alter cernatur, alter lateat.

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ιβ'.

ΜΙΔΑ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ,

ΑΥΛΗΤΗ.

ARGUMENTUM.

INVOCATA Acragante, tanquam dea, ut propitia sit Midæ victori redeunti e certamine musico 1—11. ad tibiæ inventum digreditur; et narrationi pauca v. 49. adjicit de successu post ærumnas in addiscenda et exercenda arte exhaustas.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

ΑΙΤΕΩ σε, φιλάγλαε, καλλίστα βροτεᾶν πολίων,
Φερσεφόνας ἕδος, ἅ-
τ' ὄχθαις ἔπι μαλοβότου
Ναίεις Ἀκράγαντος ἐϋ-
δματον κολώναν, ὦ ἄνα,
Ἴλαος ἀθανάτων

αὐλητῇ. Vicit. Pyth. xxiv. et xxv. v. Schol ad pr. 4. μηλοβότου. At Ol. vii. 116. erant μᾶλα. 5. ἰϋ- Schmid. pro vulgg. ἰϋδματον. 6. ὦ ἄνα nove dictum pro ἄνασσα. Schmidius, nec improbante Pauwio, hoc ipsum reposuit: ω ἄνασ-σ', ἵλαος. et hoc recte factum arbitror; nec tamen pronuntiare ausim, alterum feminino genere nunquam adhibitum esse.

Ἀνδρῶν τε σὺν εὐμενίᾳ
Δέξαι στεφάνωμα τόδ' ἐκ
Πυθῶνος εὐδόξῳ Μίδᾳ,
Αὐτόν τέ νιν, Ἑλλάδα νικά-
σαντα τέχνᾳ· τάν ποτε
Παλλὰς ἐφεῦρε, θρασειᾶν Γοργόνων
Οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ', Ἀθάνα·

Α. ά. Κ. ιδ'.

Τὸν παρθενίοις ὑπό τ' ἀ-
πλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς
Ἄϊε λειβόμενον
Δυσπενθεῖ σὺν καμάτῳ·
Περσεὺς ὁπότε τρίτον ἄ-
νυσεν κασιγνητᾶν μέρος,

8. εὐμενίᾳ Bodl. γ. et Ald. et postulat pro εὐμενείᾳ metrum, itaque reposui. Sunt plura ejusmodi in Pindaro, in quibus duplex vocalis est aut corripienda aut in simplicem mutanda. 10. εὐδόξῳ Μίδᾳ pro εὐδόξου Μίδου legerat Schol. et sic edd. Rom. Crat. al. etsi toties iota subscriptum in edd. priscis negligitur, ut nihil tuto pronuntiari possit. Sed tertius casus, quem Aldus habet, exquisitius ponitur: et Schmidius laudavit loca similia Ol. vi. 165, 166. xiii. 39, 40. Pyth. viii. 6, 7. 11. Ἑλλάδα potest exponi, v. Not. at probabile fit admodum, fuisse Ἑλλάδι—τίχνᾳ. 16. ἁπλάστοις Schmidius de suo: nam omnes habent ἀπλάτοις, ut sup. Pyth. i. 40. Scilicet πελάω, πλάω, ἄπλητός, ἄπλατος, idem quod ἀπίλαστος. 18, 19. Ita recte distinguitur cum Schmidio. Alii: ἄϊε—καμάτῳ Περσεύς, ὁ. 19, 20. ἄ- ῦσεν. Multa perperam Grammatici veteres

11. Ἑλλάδα, ut sup. xi. 75. Ἑλλανίδα στρατιὰν de æmulis concertantibus. it. Nem. x. 46. Sed v. V. L.

13, 14. διαπλέξασα, ἐμπλέξασα, συμπλέξασα, componens, inserens, *fabricando*, mœstum ejulatum sororum traculentarum. Sic διαπλέκειν pro *adjungere*, inf. Nem. vii. 146. ἁρμόσαις διαπλέκοις.

15. ὃν θρῆνον ἄϊε λειβόμενον, σὺν καμάτῳ δυσπενθεῖ, (pro διὰ, ἐν, præ ærumna luctuosa, luctu) ὑπὸ κεφαλαῖς παρθενίοις ἁπλάτοις τε ὀφίων pro ἐκ κεφαλῶν τῶν παρθένων ἀπλήτων (ad quæ nemo accedere auderet) τῶν ὀφίων ἕνεκα. questus sororum de Medusæ cæde (cf. inf. 37, 38.) expressit Pallas inventa tibia: cujus sonus adeo esse debuit querulus ac lugubris. Necesse autem ex poetæ sententia est, non Medusam modo, sed et ceteras duas sorores capita anguibus comata habuisse.

19. ὁπότε ἄνυσιν—ἦτοι,—ἀμαύρωσί τι —θῆκέ τι.

Εἰναλίᾳ Σερίφῳ
Λαοῖσί τε μοῖραν ἄγων,
Ἤτοι, τό τε Θεσπέσιον
Φόρκοι' ἀμαύρωσεν γένος,
Λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτᾳ
Θῆκε ματρός τ' ἔμπεδον
Δουλοσύναν τό τ' ἀναγκαῖον λέχος,
Εὐπαράου κρᾶτα συλάσαις Μεδοίσας,

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Υἱὸς Δανάας· τὸν ἀπὸ
Χρυσοῦ φαμὲν αὐτορύτου
Ἔμμεναι. ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ
Τούτων φίλον ἄνδρα πόνων
Ἐρρύσατο, παρθένος αὐ-
λῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος,
Ὄφρα τὸν Εὐρυάλας

tentant ad interpretandam vocem vitio laborantem: ipsi veram lectionem laudant: ἄτυσεν. *ἀνύω, conficio, occido,* non infrequens. 21. ἐναλίᾳ non Steph. modo, sed omnes edd. ante Schmid. [24. Hermann. ad Orph. p. 722. corrig. *Φόρκοιο μαύρωσεν. Ex Schedis.*] 28. συλάσας ut τιμάσας et alia. ἀποσυλᾶσαι sup. iv. 195. Vulg. συλήσας. 30. αὐτορύτου emendavit Schmid. ex Ald. Vulgo: αὐτορρύτου. 33, 34. Editum erat αὐ·λᾶν, quasi Dorice etiam ab αὐλὸς, αὐλῶν, αὐλᾶν formari possit. Donec hoc aliis exemplis confirmatum fuerit, probabimus cum Schmidio ex Aldo αὐλῶν. Provocet forte aliquis ad Od. κ. 10. sed vix recte ibi αὐλῇ pro αὐλῷ accipitur. Qui sequitur locus, prave interpungebatur in Oxon. et in Schmidiana, aliisque edd. Paullo melius in edd. Steph. 34. τεῦχε Schmid. ex Ald. et Pal. C. ad metrum, pro τεῦχεν.

23. τὸ Θεσπέσιον γένος. τὸ Θεῖον, etsi monstrosum, tamen non mortale.

25. ἔρανον de *symbola* accipio seu *munere, quod Polydectes sibi conferri jusserat*: v. Apollod. ii. 4. 2. p. 95. et Not. p. 294, 5. λυγρὸν Θῆκε, *pœnitendum*, h. e. in luctum vertit. ἔμπεδον, s. *longam* s. *duram* servitutem, ad quod vi adacta fuerat.

28, 29. Alibi Pindarus a Prœto corruptam tradiderat: Schol. Iliad. ξ. 319. δεσμὸν ἀναγκαῖον eodem sensu Theocr. xxiv. 33. quem effugere nequeas, qui tenet, cogit, necessitatem manendi imponit. εὐπαράου, nam formosa fuerat Medusa, ut et cum Pallade certaret de forma; a qua comam anguineam accepit.

Ἐκ καρπαλίμων γενύων
Χριμφθέντα σὺν ἔντεσι μι-
μήσαιτ' ἐρικλάγκταν γόον.
Εὗρεν θεός· ἀλλά νιν εὐροῖ-
σ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν,
Ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον
Εὐκλεᾶ, λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων,

Α. β'. Κ. ιδ'.

Λεπτοῦ διανισσόμενον
Χαλκοῦ θ' ἅμα καὶ δονάκων,
Τοὶ παρὰ καλλιχόρῳ
Ναίοισι πόλει Χαρίτων,
Καφισίδος ἐν τεμένει,
Πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες.
Εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀν-

40. Θ. ἔχε Κ. ὠνόμασεν Bodl. γ. Mirum, quod Palladi *nominis inventum*, et quidem tale, tribuitur. Forte fuit ὤπασεν, ἐκ κεφαλᾶν π. νόμον—ut hoc sit prædicatum, a poeta ipso adjectum. 41. Si κεφαλᾶν est, cur non et πολλᾶν? [Heynius in textu corrig. ὠνύμασεν.] 42. εὐκλιᾶ Schmid. metro jubente, et Mingarello probante pro εὐκλία. λαοσσόων idem, ut jam Brub. Morell. et Steph. λαοσσώων Rom. et Crat. λαοσσόον Oxonienses novarunt ex Bodl. γ. (et Aldo), perperam. Sic enim μναστῆρα duplex habet epitheton, ἀγώνων vero vacat. Cum Schol. accedat, non dubitavi λαοσσόων revocare. 47. Καφισίδος Schmid. nec duplex σσ scribere necesse erat. Edd. reliquæ Καφησίδος vitiose et hic. cf. sup. ad Ol. xiv. 1.

36. καρπάλιμος l. rapax l. celer, ex ἁρπάλιμος, ap. Homer. Reddit Schol. ἰσχυρῶν. γνάθους ὠκείας dixit poeta simili modo Nem. i. 63.

41. ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον. Debuit ergo esse antiquum nomen vel epitheton in carmine πολυκέφαλος νόμος αὐλοῦ, respectu vel Gorgonum duarum, quarum lamenta exprimebat; vel serpentum in earum capitibus. Addit Schol. aliud, quod chorus L virorum erat. Satis argute!

47. Καφισὶς Nympha, Cephisi filia, per quam designatur Κωπαΐς λίμνη, palus Copias. v. Fragm. Pind. pag. 88. xcix. μάρτυρες χορευτᾶν, quatenus tibia accinit choro; πιστοὶ, nam numeros servant.

49. Quæ sequuntur, ad sollennem poetæ sententiam (v. sup. Pyth. viii. 104. sq.) refero: cum *victoriam tanto clariorem esse* dicit, *si ea multo labore parata est; nec tamen successum in nostra manu esse, sed divina voluntate obtingere.*

ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου
Οὐ φαίνεται. ἐκ δὲ τελευ-
τάσει νιν ἤτοι σάμερον
Δαίμων. τό γε μόρσιμον οὐ παρ-
φυκτόν. ἀλλ' ἔσται χρόνος
Οὗτος, ὃ καί τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν
Ἔμπαλιν γνώμας τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὔπω.

52. ἤτοι σάμερον. Supplent veteres: ἤτοι ὕστερον, αὔριον. Schmidius exponit ἤτοι σάμερον, *vel hodie etiam*. Ringitur pro more suo Pauw, et verbo se dicere velle ait, quod verum sit certo certius: -τάσει νιν εἴτ' ἢ σάμερον Δ. *postea vel hodie*. An id satis græce dictum sit, equidem non dicam; scabrum utique esse video. Nescio an lenior sit medicina: -τάσει νυν ἤτοι σάμερον· *aut nunc aut hodie*, h. *brevi, et inopinato*. δαίμων ἐκτελευτᾷ, seu *fatum exitum habet* ut (Ol. vii. 124.) seu *deus eventum dat*. τελευτᾷν sane et active et immanenter ponitur. Si prius, referendum erit ad πόνον, non ad ὅλεθον. 55. οὐ καί τιν' ἀελπτίαν βαλὼν Bodl. γ. contortior adhuc quam vulgata lectio. Locum non satis expedio. Ut tempus dicitur *alicui objicere aliquid insperato*, sic, si recte capio, h. l. ὁ χρόνος βάλλειν dicitur τινὰ ἀελπτίᾳ, *percutere, opprimere, insperato* ἀέλπτως.

Ait igitur: *Quæcunque felicitas* (εἴ τις) *inter homines est, sine labore non paratur.* δαίμων δὲ ἐκτελευτάσει (pro ἐκτελευτᾷ) *νυν ἤτοι σάμερον, eventum rerum dat deus aut nunc aut hodie*: pro: mox, h. serius citius; *nam, fato quod destinatum est, vitari nequit; sed erit aliquando tempus hoc*, quo id evenire potest; *idque etiam potest aliud dare, aliud negare, præter spem et contra sententiam.* οὔπω v. 56. est simpl. οὐκ, ut sæpe. h. possunt res aliter evenire, quam speraveramus et putaveramus. Has esse arbitror sententias; et distinguo: τό γε μόρσιμον οὐ παρφυκτόν· ἀλλ' ἔσται χρόνος οὗτος· ὃ καὶ, τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν, ἔμπαλιν—. Dura sane oratio; sed in sententiis frequens, inprimis in extremis carminis versibus. Scholiastæ autem narrationem de fractis tibiis, et inanem, et nihil ad sensum facientem, nec interpretationem adjuvantem, relinquo. Similis sententia Ol. xii. 14. sq. ὃ καὶ, τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν, a jaculatione: *ferire, assequi aliquid*, dicitur *tempus*, βάλλειν τινὰ pro τί. Ut aliquis, qui aliqua re potitur, τυγχάνει, sic nunc *tempori* idem tribuitur: hora *aliquid consequitur*, (σὺν) ἀελπτίᾳ pro ἀέλπτως. Vox est etiam in Archilochi fragm. ap. Heraclid. Alleg. p. 412. unde ap. Brunck. to. i. p. 42. xiii.

ΤΕΛΟΣ.


ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

N E M E A.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ



ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

NEMEA.

ΕΙΔΟΣ ά.

ΧΡΟΜΙΩ ΑΙΤΝΑΙΩ.

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Laudem victoris communicat cum insula—29. Inde virtutes victoris celebrat, ejusque vitam inter strenua facta exactam; qua deducitur ad Herculis vitam laboriosam inde ab ipsis incunabulis, anguibus ab eo elisis a v. 49.

Σ. ά. Κ. ί.

ΑΜΠΝΕΥΜΑ σεμνὸν Ἀλφεοῦ,
Κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος, Ὀρτυγία,

1. σεμνοῖ'' A. Schmidius, ad antitheticorum exemplum. [Utitur versu Cic. ad Att. xii. 5. *Ex Schedis.*]

Chromius Agesidami fil. Gelonis sororem matrimonio habuit: infra ix. alterum carmen in aliam ejus victoriam est factum, ubi vid. Schol. ad v. 95. Cum *Ætnæus* pronuntiatus sit, serior esse debuit victoria Ætna condita: forte Nem. xlviii. (Ol. lxxvi. 4.)

1. Ut alias ab Syracusarum sic nunc ut variet hæc poëtica copia, (nec aliam caussam desidero) ab Ortygiæ, earum partis, laudibus initium facit: erat autem Chromius Syracusanus, mox Ætnæus.

Δέμνιον Ἀρτέμιδος,
Δάλου κασιγνήτα· σέθεν ἀδυεπὴς
Ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν
Αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων,
Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν.
Ἅρμα δ' ὀτρύνει Χρομίου Νεμέα
Θ', ἔργμασιν νικαφόροις
Ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλος.

A. ά. K. *l.*

Ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῶν
Κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς.

3. Ἀρτάμιδος Schmid. repetiit ex Commelin. et Plant. (quæ non nisi rivuli edd. Stephan. sunt: nulla autem ex iis codices expressit: igitur nec auctoritatem lectionis habere potest.) Doricam formam esse Eustathius docet. cf. Gregor. Cor. p. 139. Atqui nec in ceteris Pindari locis nec in Theocrito ea occurrit. 11. θεῶν pro ἐκ θεῶν durum esse facile occurrit, facilis quoque emendatio θεῷ. Sic emendat etiam Dawes Misc. crit. p. 56. et Pauw: sed non minus durum est hoc; ille jungit σὺν θεῷ, quod bene dicitur; enimvero θεῷ σὺν quam durum! Pauwius interpungit: Ἀρχαὶ δὲ β. θεῷ, Κείνου: nec tamen satis diserte explicat. Saltem esset θεῷ accipiendum pro ὑπὸ θεοῦ σὺν δαιμονίαις ἀρεταῖς κείνου ἀνδρὸς ἀρχαὶ βέβληνται (sc. ἔργμασιν νικαφόροις). *initia et caussæ ac fundamenta illius præclari facinoris jacta sunt* (h. victoria illa profecta est) *a deo et præclara viri virtute.* Sententiam poeta aliquoties repetit aliis in locis. Sin ἀρχαὶ ad ἐγκώμιον μέλος refertur, alia oritur sententia: quam in Notis vides. Mingarell. βέβληντ' ἐκ θεῶν et pro κείνου

4. (ἐκ) σέθεν ὁρμᾶται, *a te orditur.* — 7. Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν, *decus novæ coloniæ Ætnæ*: grandius sonat *Jovis Ætnæi.*

11. ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῶν κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς. Obscura est sententia et ambigua structura. Possunt ἀρχαὶ ipsarum ἀρετῶν esse, sententia poetæ nostro sollenni: ut alter grammaticorum acceperat: αἱ ἀρχαὶ ταῖς δαιμονίαις ἀρεταῖς ἀνδρὸς ἐκείνου βέβληνται (ἐκ) θεῶν. Ita vero nec σὺν convenit; et deberet esse ἐκ θεῶν. Restat alterum, ut aut ad ἔργματα aut ad μέλος ἐγκ. referantur ἀρχαί. Si ἀρχαὶ ἐγκωμίου μέλους junguntur, sunt eæ *caussæ, materies hymni*, hæc *parata est per præclaras virtutes viri*, Chromii. σὺν ἀρεταῖς pro διά. At θεῶν durum est, pro ἐκ θεῶν, nec minus θεῷ pro σὺν θεῷ, aut, ut Dawes suadebat, θεῷ σὺν ex seq. versu: forte fuit βέβληντ' ἐκ θεῶν pro βέβληντο, *jacta erant*, seu pro βέβληνται ἐκ [Heynius correxit κ.] θεῶν. Pergit v. 13. *Summum felicitatis culmen est in successu*, (in victoria, et) *præclaram victoriam celebrat, Musa.* In vss. 19 — 22. mihi etiamnum superest ambiguitas: spectetne ὀρθώσιν ad Proserpinam an ad Jovem; tum qua junctura segregari possint invicem tot casus secundi. ὀρθοῦν est ex voc. lyricis Pindaro varie

Ἔστι δ' ἐν εὐτυχίᾳ
Παυδοξίας ἄκρον. μεγάλων δ' ἀέθλων
Μοῖσα μεμνᾶσθαι φιλεῖ.
Ἐγειρέ νυν ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ,
Τὰν Ὀλύμπου δεσπότας
Ζεὺς ἔδωκεν Φερσεφόνᾳ κατένευ-
σέν τέ οἱ χαίταις, ἀρι-
στεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς

Ε. α' Κ. ή.

Σικελίαν πίειραν ὀρθώ-
σειν πορυφαῖς πολίων ἀφνειᾶς·
Ὤπασε δὲ Κρονίων
Πολέμου μναστῆρά οἱ χαλκηντέος
Λαὸν ἵππαιχμον, θαμὰ δὴ καὶ Ὀλυμ-

conj. κλεινοῦ. Ut σὺν expellas, substitues κλεινοῦ ἀ. Sed in κείνου vix habes quod reprehendas. 14. μεγίστων Bodl. γ. 16. Νῦν ἴγεις' ἀ. vulgo legitur. Cum dactylus requireretur, Schmidius Νῦν ἴγεῖ' legit pro ἄγεις, scil. *Chromius*. Mingarell. tentabat ἴγερε νῦν, quia ἴγειτο occurrit Theocr. xxiv. 21. Iliad. β. 41. ἐγερίμαχος ap. Sophocl. Œd. Col. 1109. Oxonienses ex Bodl. γ. immutarunt ἴγεις νῦν, nullo cum fructu. Potest amphimacer pro dactylo esse adhibitus in vulgata edd. lectione. Sed Bodleianæ lectioni succurres, si scripseris ἴγειρέ νυν. ita dactylicis numeris præfixa est syllaba versus initio. Eandem formulam ἀλλ' ἔγειρε poeta adhibuit Ol. ix. 72. Nem. x. 39. — 18. Περσεφόνᾳ primum irrepsit in Morell. et hinc in Steph. Sic quoque Bodl. γ. 19. χαίτας Bodl. γ. 24. χαλκέντεον Bodl. γ. 25. ὕπαιχμον Bodl. γ. Θ' ἅμα δὴ lectum erat ab uno e Scholiastis, et sic Aldus ; nec improbat Pauw.

frequentatis : modo *erigere, erectum constituere ;* modo *erectum servare ;* hinc omnino *servare*, ut Isthm. v. 62. quod et ἀνορθοῦν : (hinc ὀρθόπολις Thero Ol. ii. 14. et θεὸς ὀρθωτὴρ Pyth. i. 109.) tum *exaltare, illustrem reddere, celebrare* Isthm. iv. 65. vi. 95. porro *confirmare animum* ad suscipiendum aliquid Pyth. iv. 106. et omnino *suscipere* et *facere* : Isthm. i. 64. ξυνὸν ὀρθῶσαι καλὸν, *decus statuere publicum*. Sic ὀρθοῦν ὕμνον Ol. iii. 5. Jam ὀρθῶσαι Σικελίαν erit seu *regere* seu *illustrare* Siciliam. Si prius locum habet, referam ad Proserpinam, (αὐτὴν) ὀρθώσειν Σικελίαν : ad Jovem autem, si alterum. Reliqua non uno modo jungi possunt ; vide an hunc præferas : Σικελίαν πίειραν, ἀριστεύουσαν, εὐκάρπουχθονὸς (ἕνεκα vel διὰ), κορυφαῖς πολίων ἀφνειᾶς. h. ἀριστεύουσαν πόλεσιν, *principem, insignem urbibus*. [An πολίων ε. χθονὸς jung. ? *Ex Schedis.*]

24. πολέμου μναστῆρα. Ex Homero : *studiosam bellorum*. [Pyth. xii. 42. *Ex Schedis.*]

πιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν
Χρυσέοις μιχθέντα. πολλῶν ἐπέβαν
Καιρὸν, οὐ ψεύδει βαλών.

Σ. β'. Κ. ί.

Ἔσταν δ' ἐπ' αὐλείαις θύραις
Ἀνδρὸς φιλοξείνου καλὰ μελπόμενος,
Ἔνθα μοι ἁρμόδιον
Δεῖπνον κεκόσμηται, θαμὰ δ' ἀλλοδαπῶν
Οὐκ ἀπείρατοι δόμοι

27. χρυσίοις recte refinxit pro χρυσίοισι Schmidius; est enim trochaicum. 28. λαβὼν Ald. Accipiebatur βάλλειν καιρὸν tanquam σκοπὸν, adeoque *figere*: *tempus non feriens mendacio*. Ita quoque Pauw, sensu tamen parum expedito: ut toties faciunt viri docti in critica re occupati; ut satis constet, facilius iis fuisse veteres scriptores emendare, quam interpretari. Forte res ita enodari possit: *multa attigi*, (scil. ea, quæ in Siciliæ laudem dixerat) *opportunitatem jaculatus*, h. opportunitate usus, et quidem *in veris laudibus, οὐ ψεύδει*. h. e. multa attigi, ex ipsa re nata, eaque vera. Præstat sequi, quod in Notis posui: ἐπέβαν πολλῶν (κατὰ) καιρὸν, οὐ σὺν ψεύδει βαλών (αὐτά). 29. ἐπαυλείαις una voce Bodl. γ. Ald. Rom. Crat. et corrupte ἐπαυλίαις Brub. Morell. emendatum a Stephano.

28. πολλῶν ἐπέβαν καιρὸν, οὐ ψεύδει βαλών. *Syracusarum multas laudes se attigisse* ait, *at vere*. βάλλειν tanquam σκοπὸν, *de laude*, εὐστόχως, οὐ (σὺν) ψεύδει, *non aberrando*, notum est ex Pindari usu, v. c. Ol. ii. 160. xiii. 133-5. Tum præstat jungere πολλῶν ἐπέβαν (κατὰ) καιρὸν, καιρίως, *vere, opportune, scite*. Sic et Pyth. i. 157. (κατὰ) καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν πείρατα συντανύσαις ἐν βραχεῖ. Pergit v. 29. Enimvero manendum mihi est in proposito, dum celebrandum mihi sumsi victorem Nemeum. Est autem ille multis laudibus insignis. Est hospitalis etc.

29-52. Sequuntur *laudes victoris*: primo loco *hospitalitatis*; tum v. 34. *mentis moderatæ*; 36-43. quod ad rerum augendarum studia *corporis robore* ac *prudentia animi* pariter instructus est; tandem inde a 43. *generosus divitiarum usus* commendatur. Variata autem arte hæc expedit: primo ait *se venire cum carmine suo ad virum* φιλόξενον: nam ἔσταν ἐπὶ θύραις, quod in convicium poetæ vulgo vertitur, est idem ac κωμάζω. *Est autem is, quem celebro, vir* φιλόξενος.—Porro καλὰ μελπόμενος, *laudes ejus canens* (et sic sæpe se ad domum victoris cum carmine venire, accedere, ait, aut κῶμον nuntiat, ducit.) ἔνθα μοι. *ubi et mihi mensa hospitalis parata est*, h. e. cui ego ipse hospitii jure junctus sum. θαμὰ δὲ — *sæpe enim ab hospitibus frequentatur ejus domus*. οὐκ ἀπείρατοί εἰσι dictum

Ἐντί. λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσ-
λὸς ὕδωρ καπνῷ φέρειν

34, 35. ἐσ-λὸς, Dorice pro ἐσθλοὺς, ex Scholiis, in quibus interpretatio varie tentatur, illatum est a Schmidio. ἐσλὸς tamen est communis lectio, eaque adducere potest ad aliam interpretationem: ὁ ἐσλὸς λέλογχε φέρειν μεμφομένοις (οἷον) ὕδωρ ἀντίον καπνῷ, *vir probus hac fortuna utitur, ut obtrectatoribus quasi aquam ferat contra fumum*, extinguat eorum calumnias, scil. probitatis suæ experimentis. Bona sententia! modo non in metrum peccaret hoc ἐσλός! Et videri potest illa altera lectio ex deprehenso vitio metrico subnata esse; laborat enim pes: itaque Pauwius fulcrum interponebat: —λός γ'. Veruntamen ipsum ἐσλὸς pro accusativo plurali haberi poterat, ut ap. Theocrit. τὰς παρθένος, et ita pro οἱ ἀλλοδαποὶ θαμὰ τῆς οἰκίας πειρῶνται, *sæpe ejus domum adeunt exteri.* ut *iter* dicitur *tentari, locus tentari, mare*, quod aditur. 34. Sequitur *moderatio erga obtrectatores.* Potest Scholion ad h. l. exemplo esse, quam parum firmis principiis et rationibus sæpe veteres interpretationes suas superstruxerint; ita ut verendum nobis haud sit, ne, auctoritatem eorum deserendo, in reprehensionem incurramus. Excutiat aliquis singulas, et primo loco eam, quæ ipsis Aristarchi verbis proposita est: τοῖς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς μεμφομένοις τοῦτο λέλογχε, καὶ ὑποκείμενόν ἐστιν, οἷον ἀκολουθεῖ, ὥσπερ καπνῷ ὕδωρ φέρειν ἀντίον, κατασβεννύναι. *iis, qui viris bonis obtrectant, id plerumque evenire solet, ut quasi adversus fumum* (incendium) *aquam ferant ad extinguendum.* Quorum sententiam me non satis assequi, lubenter fateor. Debebat saltem ordo et sententia sic constitui: λέλογχε, *ita usu evenit*, τοὺς ἐσλοὺς (ἐσθλοὺς) φέρειν ἀντίον τοῖς μεμφομένοις (οἷον) ὕδωρ καπνῷ, *ut viri boni obtrectatoribus quasi aquam ferant adversum fumum*; h. ut obtrectatorum calumnias restinguant seu beneficiis suis (v. ad 32, 33, 34.) seu honestate et generosis factis, quemadmodum ignis restinguitur aqua affusa. Hæc sane conveniunt cum verbis et cum contextu et cum ipsa re. Obtrectatorum tuorum conatus ita facillime infregeris, si corum malitiam contemseris et in honestatis ipse studiis perseveraveris. Unum tamen est, quod premat, quod λέλογχε absolute dictum, analogiam quidem habet, usu probari nequit; præstare adeo videtur altera ratio, in V. L. apposita, ut sit ὁ ἐσλὸς λέλογχε (τοῦτο, τὸ) φέρειν, si modo verbis trajectis metro satisfeceris; ἐσ- λὸς καπνῷ ὕδωρ φέρειν. Ita λέλογχεν, ἔλαχε, pro ἔχει. *habet hoc tanquam sortito, est hoc ei sollenne.* 36. Sequentes laudes, *Chromius robur corporis cum animi prudentia conjungit*, in locum communem mutavit: *Varia hominum sunt studia:* τέχναι, alias ἀρεταὶ, μελέται.—στείχοντα ἐν εὐθείαις ὁδοῖς, recta vero, *honesta, studia persequendo,* χρὴ μάρναθαι (σὺν) φυᾷ, *allaborandum est pro cujusque ingenio et natura.* (Sic φυᾷ Pyth. viii. 61, 62.) πράσσει (συμπράσσει) γὰρ ἔργῳ (ἐν ἔργοις) μὲν ἀθένος. *Ad certamina prodest robur, ad consilia prudentia,* (ὥστε τούτους,) οἷς συγγενὴς ἔπεται (οἷς συγγενές ἐστι τοῦτο, πάρεστι φυᾷ. vel οἷς τὸ συγγενὲς ἐστι, ita ut P. x. 19. N. vi. 15.) πρόθεσις (τὸ) ἐσσόμενον. *ita ut provideant eventa ii, quibus a natura hoc datum est. Tu, Chromie, naturæ beneficio habes utrumque.* τρόπῳ quod ante φυᾷ, et ἀμφὶ τρόπῳ σέο, pro διὰ τρόπου. τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες (εἰσί σοι), *uteris et hoc et illo*, habes. Jam v. 43. quod *de victore* dicere volebat: Tu opes tuas in studia honesta, unde laudes consequaris, ef-

Ἀντίον. τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι.
Χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς
Στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ.

A. β. K. ί.

Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,
Βουλαῖσι δὲ φρὴν, ἐσσόμενον προϊδεῖν,
Συγγενὲς οἷς ἕπεται.
Ἀγησιδάμου παῖ, σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ
Τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες.
Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦ-

ipse Aristarchus sensisse videtur, qui ἰσλὸς antiquo usu pro ἰσλοὺς dictum ait. Felicior est Mingarelli conj. -λὸς καπνῷ ὕδωρ φέρει, permutata binarum vocum sede. In v. 35. καπνὸν Bodl. γ. exhibet vitiose. 40. Interpunctionem mutavi, ut sensus commodus exiret. Erat :—φρὴν· ἐσσόμενον προϊδεῖν Συγγενὲς, οἷς ἕπεται. Forte fuit φρὴν, τὸ 'σόμενον. 44. οὐκ ἔρασαι conj. Mingarell. nec male.

fundis ; *ad se* revocat : *Nolo in congerendis divitiis studium collocare, sed, liberaliter inde amicos juvando, strenue factis, etsi ærumnosis, gloriam parare.* Ἀλλ' (ἔραμαι, ἐξ) ἐόντων φίλοις ἐξαρκέων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι, *bene rem genere* (laudanda facere) *et laudem consequi.* ut Pyth. i. 191. εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρῶτον ἄεθλον (*bonum successum habere, feliciter rem gerere*), εὖ δ' ἀκούειν, *laudari*, δευτέρα μοῖρα. Isthm. v. 17. εἴ τις, εὖ πάσχων, λόγον ἰσλὸν ἀκούῃ. conf. sup. ad Ol. viii. 96. (igitur *suavem vitam* non designat.) Quæ sequuntur v. 48. sq. tam concise extulit poeta, ut divinatione potius opus sit quam interpretatione : κοιναὶ γὰρ ἔρχονθ' ἑλπίδες πολυπόνων ἀνδρῶν. (cf. V. L.) [Si ad anteced. erit : nam hominum casus fortunæ sunt communes, ut sint quibus tu de tuis impertias, quia egent. *Ex Schedis.*] Equidem amplectar hoc, πολυπόνους ἄνδρας esse h. l. *qui magnas res suscipiunt ac gerunt*, et ad εὖ παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι referam, hoc quidem sensu : *Nam communia hæc sunt vota virorum, qui magna audent ;* in votis habent, *ut et feliciter res gerere et laudes consequi sibi contingat.* ἔρχεσθαι, εἶναι, est, ut interdum *venire*, pro *esse :* ut Ol. i. 161. Facit nunc poeta, cum πολυπόνους ἄνδρας memorasset, transitum ad Herculis laudes paullo abruptius v. 49.: *At ego in magnis virtutibus,* (quoties ardua mihi facta celebranda sunt) *lubenter Herculis mentionem facio,* (prorsus ut Pyth. ix. 151. κωφὸς ἀνὴρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει, μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων ἀεὶ μέμνεται) *antiquam narrationem repetendo.* ὀτρύνειν λόγον, ut ὄρσαι ἀοιδήν. Et κορυφαὶ ἀρετᾶν et κορυφὰ ἀέθλων Ol. vii. 67. *summæ virtutes* : ut Ol. i. 21. et *facta* : ut mox Nem. iii. 55, 56. Transitum dixi paullo abruptiorem. Mingarellus ita cupiebat nexum inferre : *A te, o Chromie, non communia, sed eximia expecto, et de te fere ita ominor, ut de Hercule Tiresias.*

τον κατακρύψαις ἔχειν·
Ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι, φίλοις ἐξαρκέων.
Κοιναὶ γὰρ ἔρχονθ' ἐλπίδες

Ε. β'. Κ. η'.

Πολυπόνων ἀνδρῶν. ἐγὼ δ' Ἡρακλέος ἀντέχομαι προφρόνως,
Ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν
Μεγάλαις, ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον·
Ὡς, ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐτίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν
Παῖς Διὸς ὠδῖνα φεύγων διδύμῳ
Σὺν κασιγνήτῳ μόλεν,

Σ. γ'. Κ. ί.

Ὥς τ' οὐ λαθὼν χρυσόθρονον
Ἥραν κροκωτὸν σπάργανον ἐγκατέβα.
Ἀλλὰ θεῶν βασίλεια

49. Minorem post *ἀνδρῶν* ponebam *στιγμὴν*, ut conjuncta sensu essent: *Κοιναὶ γὰρ — ἐγὼ δ'*. Vidi tamen postea commodam sententiam sic elici non posse. 53. Jungo *ὠδῖνα ὑπὸ σπλάγχνων*. cf. ad Ol. vi. 73. nisi *ὑπὸ* est pro *ὑπ' ἐκ*. [V. Hermann. ad Eurip. Hec. v. 53. *Ex Schedis.*] 55. *Διὸς γ'* colon trochaicum poscit, monente Pauw. 57. *Ὥς τε* prorsus impotunum. Pauw emendat vel *ὥς γ', sic non latens Junonem*; vel *Ὥστ' οὐ λαθὼν χρυσοθρόνου Ἥρας*. Vitium latere potest aut v. 53. in *ὡς, ἐπεί*, cum continuanda esset oratio per *ὥς τε* v. 57. *et ut*; aut in altero *ὥστ' οὐ λαθών*, quod probabilius, ut ejiciendum sit *ὥστε*, quod ex interpretatione adhæsit, et pro *οὐ* fuerit *οὐ δὴ, οὐ μὰν, οὕτω λαθών*, aut simile quid. 58. *ἐγκατέβαν* Bodl. γ. et Ald. 59. Abundat in fine versus syllaba. Schmidius *βασιλὶς* reposuit. Pauw *βασιλὴ* ex Hesychio huc transfert. Ad meum

57. *ὥστ' οὐ λαθὼν χρυσ.* Sententia a v. 53. procedit: *ὡς παῖς Διὸς, αὐτίκα ἐπεί, cum primum — μόλεν, οὐ λαθὼν — ἐγκατέβα.* Vitiosum igitur est quod altero loco *ὡς* iterato scribitur v. 57. *ὥς τ' οὐ λαθών*. v. V. L. Itaque sit, hoc *ὥς τε* abjecto, sententia: 53. *quomodo, postquam cum fratre, Iphiclo, natus fuit, non latens, Junonem puer fasciis involutus est.*

Σπερχθεῖσα θυμῷ πέμπε δράκοντας ἄφαρ.
Τοὶ μὲν οἰχθεισᾶν πυλᾶν
Ἐς θαλάμου μυχὸν εὐρὺν ἔβαν, τέ-
κνοισιν ὠκείας γνάθους
Ἀμφελίξασθαι μεμαῶτες. ὁ δ' ὀρ-
θὸν μὲν ἄντεινεν κάρα,
Πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας,

A. γ'. K. ι'.

Δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων
Μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας·
Ἀγχομένοις δὲ χρόνος
Ψυχὰς ἀπέπνευσεν μελέων ἀφάτων.
Ἐκ δ' ἄρ' ἄτλατον δέος
Πλᾶξε γυναῖκας, ὅσαι τύχον Ἀλκμή-
νας ἀρήγοισαι λέχει.
Καὶ γὰρ αὐτὰ, ποσσὶν ἄπεπλος ὀρού-
σαισ' ἀπὸ στρωμνᾶς, ὁμῶς
Ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων.

E. γ'. K. ή.

Ταχὺ δὲ Καδμείων ἀγοὶ χαλ-
κέοις σὺν ὅπλοις ἀθρόοι ἔδραμον.

sensum scripserat βασίλια, et ια fuit una syllaba pronuntiatum, ut tot alia. 68. μάρψας Bodl. γ. et Ald. 69. Ἀγχόμενοι δὲ, χρόνῳ ψυχὰς ἀπέπνευσαν Benedictus interpolavit: quæ vulgaris ratio est pro exquisita et Pindarica. Sic et Pauw indicat. 71. βίλος Oxon. ex Bodl. γ. dederant: vulgo omnes δίος, quod rei accommodatius est, etsi alterum magis lyricum; nam βέλος esset pro *dolore* dictum. ἄτλαντον Scholiis præfixum. 75. ἀπὸ στρωμνᾶς, ὁμῶς Α. interpunctionem sequor Pauwio probatam: nam *pariter cum ceteris accurrit* Alcmena. Vulgo, ἀπὸ στρωμνᾶς ὁμῶς, Α. quod esset: *illa cum ceteris* mulieribus *exsiliit cubili.* Stephanus primus intulit: ἀπὸ στρωμνᾶς, ὅλως Α. 78. ἀθρόοι ἔδραμον omnes vulgati. Nec apparet, cur aut unde Oxonienses mutaverint: ἔδραμον ἀθρόοι.

Ἐν χερὶ δ' Ἀμφιτρύων
Κολεοῦ γυμνὸν τινάσσων φάσγανον
Ἵκετ', ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς.
Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει
Πάνθ' ὁμῶς· εὐθὺς δ' ἀπήμων κραδία
Κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.

Σ. δ'. Κ. ι'.

Ἔστα δὲ θάμβει δυσφόρῳ
Τερπνῷ τε μιχθείς. εἶδε γὰρ ἐνόμιον
Λῆμά τε καὶ δύναμιν
Υἱοῦ. παλίγγλωσσον δέ οἱ ἀθάνατοι
Ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν.
Γείτονα δ' ἐκκάλεσεν Διὸς ὑψί-
στου προφάταν ἔξοχον,
Ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν. ὁ δέ οἱ

80. Versum refinxerunt Oxon. ex Bodl. γ. κολεοῦ γυμνὸν φάσγανον τινάσσων. sed ut metro responderet, saltem τινάσσων φάσγανον scribere debebant. Vulgaris lectio et ipsa metro infesta erat: Κ. γ. ξίφος ἐκτινάσσων, ex glossa, ut mihi videtur, nata. Pauwio visum, olim alteram lectionem fuisse in libris: Κ. γ. τινάσσων ἐκ ξίφος, pro ἐκτινάσσων. 83. ἀπήμων per ἀπήμαντος (non ἐυπήμαντος) explicat, utpote in soluta oratione, Pausan. x. 22. p. 852. κραδία Schmidius, propius ad legem versus, pro καρδία. 84. ἀμφαλλότριον Bodl. γ. cum Aldo. 90. ἐκκάλεσιν Schmid. ex Aldo: et sic Bodl. γ. ἐκάλεσε prima peccaverat ed. Rom.

82. *Domesticum enim malum* πιέζει, λυπεῖ, πάντα (pro πάντας) *pariter*; *cum in alieno luctu statim animus sit expers doloris*, ἀπήμων, *intactus, liber, solutus*, h. facile deponitur luctus.

Mox 85, 86. μιχθείς, ut sæpe μιχθῆναι, *admoveri*, προσαχθῆναι: adeoque h. l. *affectus erat et admiratione et voluptate.*

88. παλίγγλωσσον θέσαν. Ad verbum: dii rem ita moderati erant, ut nuntiorum narratio esset contraria ei quod vere evenerat.

92-99. Interpretatus est ostentum Tiresias (φράζε), ὅσους μὲν ἐν χέρσῳ, ὅσους δὲ πόντῳ θῆρας κιανὼν (occidendo) ποίαις ὁμιλήσει τύχαις. In seqq. structuram verborum mutasse videri debet Pindarus. Debebat esse: καὶ τίνι στείχοντι—δώσει μόρον Hercules: hæc invertit: καί τινα κτανὼν, φᾶσεν, ἔφη, νιν (Herculem) δώσειν μόρον (αὐτῷ), *illum esse mortem illaturum* ei: τῷ στείχοντι. Etsi nondum veritati loci satis confido. τὸν ἐχθρότατον μόρον, ne langueat, eritne *dirissimum*

Φράζε καὶ παντὶ στρατῷ,
Ποίαις ὁμιλήσει τύχαις,

A. δ'. K. ί.

Ὅσσους μὲν ἐν χέρσῳ κτανὼν,
Ὅσσους δὲ πόντῳ θῆρας ἀϊδροδίκας,
Καί τινα σὺν πλαγίῳ
Ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα, τὸν ἐχθρότατον
Φᾶσέ νιν δώσειν μόρον.
Καὶ γὰρ ὅταν θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέγρας Γιγάντεσσιν μάχαν
Ἀντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ ῥιπαῖσι κείνου φαιδίμαν
Γαῖα πεφύρσεσθαι κόμαν

E. δ'. K. ή.

Ἔνεπεν, αὐτὸν μὰν ἐν εἰράναν τὸν ἅπαντα κρόνον σχὲν ἀεὶ

96. ὅσσους δὲ πόντῳ. Sic metro jubente emendarat Schmidius, cui debebant obtemperare Oxon. qui revocaverant ὅσσους δ' ἐν π. 97, 8, 9. Impedita et dura oratio. νὶν volunt pro αὐτῷ dictum. Pindarus structura excidit. Pauw et Mingarell. emendant: χ' ὄντινα—στείχοντα' τῷ ἰ. h. τούτῳ. Non male. [Hermann. ad Orph. p. 788. φᾶσέν ἰν. *Ex Schedis.*] 103. φαιδίμων malit Pauw, ne ambigua sit oratio ex subintellecto αὐτῶν. Ita vero nova ambiguitas existit, si βιλέων φαιδίμων aliquis junxerit. 105. ἔννεπεν invexit Rom. editio. Schmidius retraxit ἔνεπεν ex Ald. et Bodl. γ. in quo et μέν. Fuit εἰράνᾳ, non, ut vulgg. εἰρήνᾳ. 106. σχεῖν ἀεὶ restituerunt ex Bodl. γ., cum quo Scholia consentire videntur, Oxonienses: metrum postulat σχὲν ἀεί, quod Pauwius quoque monuit. Vulgaris lectio erat χρόνον σχερῷ, vel σχερώ, quod exhibet Ald. et Rom. tum σχιερῷ Cratand. Brub. Deerat sic una syllaba in colo dactylico, et forma loquendi est communi usu ἐπισχερώ, vel ἰνσχερώ, pro ἰν σχιερῷ, (ut inf. Isthm. vi. 32. ἐν σχιερῷ) et ἐπὶ σχερῷ, ex σχερὸς, *continuus*, a σχίω, ut bene docet etiam Pauw inf. ad Nem. xi. 50. cf. ad Hesych. in h. v.

mortis genus? Porro σὺν πλαγίῳ κόρῳ *pravus.* oppon. ὀρθός. Isthm. iii. 8. στείχοντα h. σὺν ὕβρει. πλάγιος pro ἄδικος πλάγιαι φρένες.

Ἀσυχίαν, καμάτων
Μεγάλων ποινὰν λαχόντ' ἐξαίρετον
Ὀλβίοις ἐν δώμασι, δεξάμενον
Θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν,
Καὶ, γάμον δαίσαντα, πὰρ Διὶ Κρονίδᾳ
Σεμνὸν αἰνήσειν δόμον.

Pauwius duplicem olim lectionem fuisse suspicatur: alteram, quam primo loco memoravimus—σχὲν ἀεὶ: alteram, (quæ merus ingenii lusus est) ἐν εἰρήνᾳ τὸν ἄ. χρόνον ἐχυρῷ (h. ἀσφαλεῖ) ἡσυχίαν, κ. μ. π. λαχόντ' ἐξαίρετον, etc. ut ab αἰνήσειν omnis pendeat oratio. 108. Lenior est junctura, si poeta scripsit: λαχέν τ' ἐ. pro λαχεῖν — καὶ αἰνήσειν. Mingarellus conj. ὀλβίοις δ' ἐν. bene. Interpunxi etiam post δώμασι. Alii post ἐξαίρετον. 111. πὰρ Διὶ pro spondeo; non ergo opus est diæresi Διΐ. 112. δόμον friget utique. Bodl. γ. γάμον, deterius etiam. Mingarellus δόμον faciebat subjectum: *conventum deorum esse laudaturum Herculem.* ut Æschyl. Pers. 580. πενθεῖ δ' ἄνδρα δόμος στερηθείς. et in *conventu illo* potissimum Musas et Apollinem animo designabat. Dura tamen hæc multo magis frigent. Latet exquisitior vox: an ἕδος? ut *mirari* dicatur *sedem deorum augustam.* Scholiastes: σῦτινος Διὸς καὶ θαυμάσει τὴν σύνοδον. εἷς δὲ ἐκ τῶν θεῶν γινόμενος, σύννομος ἔσται τοῖς οὐρανίοις θεοῖς. Ex altero forte Pauw sumsit, quod conjicit: σεμνὸν νόμον, *fatorum leges et decreta,* quibus Hercules post labores arduos immortalitatem est assequutus. [δώμασι — δόμον. Gilb. Wakefield vitium in priore quærit, et em. στρώμασι. Mox quoque αἰνήσειν mutat in ἀντήσειν. (Silv. Part. i. 77.) *Ex Addendis.*]

112. De novissimis vss. dixi in V. L. Simplicissimum mihi videbatur, ἕνεστιν, *vaticinatus est,* Herculem perpetua requie esse fruiturum ducta Hebe, *et celebratis nuptiis perpetuo apud Jovem esse victurum,* πάρεδρον Διὶ, quod Horatius extulit iii. 3. 35. *adscribi quietis ordinibus deorum;* aut, si ἕδος probetur, *sedem et locum esse habiturum.* αἰνήσειν pro ἕξειν, ornatius, cum significatione *animi sua sorte contenti,* probantis et laudantis id quo fruitur.

NEMEA.

ΕΙΔΟΣ β'.

ΤΙΜΟΔΗΜΩ ΑΘΗΝΑΙΩ,

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗ.

ARGUMENTUM.

Prima Timodemi [qui Atheniensis Salaminem concesserat. v. ad v. 19. *Ex Schedis.*] victoria fuerat hæc in Nemeis — 8. Auguratur poeta plures alias in posterum, etiam Isthmiis et Pythiis — 18. idque multo magis ex eo, quod et Salaminii et Acharnenses, et ipsa stirps Timodemi, victoriis multis inclaruerant.

Ὀγδοὰς ἁ.

ΟΘΕΝ περ καὶ Ὀμηρίδαι
Ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ

Est hæc Ode μονόστροφος, distributa in strophas octo versuum, ὀγδοάδας. Metrum interpolaverat Schmidius: v. 2. ἄρχον- et sic porro in ceteris strophis secundo versui duas syllabas ex tertio adjecit. v. Pauw ad v. 3. Nam ante eum editum erat: Ῥαπτῶν — ἀοιδοὶ Ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμί-, quod iterum revocavi, cum ipsum aurium judicium postulare videretur: sed movit virum doctum, quod sic vs. 27. et 33. a trochæo ordiuntur. 2. Possunt jungi et ῥαπτῶν ἐπίων ἀοιδοὶ, et ἀρχόμενοι τοῦ προοιμίου ῥαπτῶν ἐπέων. [1. 2. Strabo xiv. p. 955. B. C. *Ex Schedis.*]

1. Ordo verborum varie potest instituti. Præferam: Ὅθεν περ καὶ Ὀμηρίδαι, ἀοιδοὶ ῥαπτῶν ἐπέων, (κατὰ) τὰ πολλὰ ἄρχονται τοῦ προοιμίου, ἐκ Διὸς,

Ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμίου· καὶ ὅδ' ἀνὴρ
Καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων
Νικαφορίας δέδεκται πρῶτον, Νεμεαίου
Ἐν πολυϋμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

Ο. β'.

Ὀφείλει δ' ἔτι, πατρίαν
Εἴπερ καθ' ὁδὸν νιν εὐθύπομπος
Αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκεν
Κόσμον Ἀθάναις,

5. *ἱερὰν ἀγώνων* edebatur. Recte dubitant Schmidius et Pauw, an *ἱερᾶν* hoc genere Dores extulerint. Legerant forte, ut Pauw suspicatur, nonnulli *καταβολὰν ἱερᾶν*. Quare Schmidio assentior rescribenti *ἱερῶν*. Bodl. γ. *ἱερᾶν*. 6. *Νικαφορίας δέδικται* 7. *Πρῶτον Νεμειαίου* versus descripti erant ante Schmidium. cf. Pauw. Ald. *πρῶτα Νεμαίου*. *Νεμαίου* etiam ex Bodl. γ. notatum. Possis suspicari *πρώταν* fuisse lectum. 9. *δέ τι* omnes vett. præter Crat. et Steph. cum Schol. unde ceteræ *δ' ἔτι*. Etiam Bodl. γ. *δέ τι* et *πατρῴαν*. 10. *εὐθυπομπὴς* receperunt ex Bodl. γ. Oxonienses, ut e Schmidii metiendi ratione—*εὐθύπομπος αἰὼν* syllabam producerent: qua analogia, non dicam. Ubique lectum *εὐθύπομπος*, quod unice verum. Sed versus finiri debebat in hac voce, et v. 11. *Αἰὼν ταῖς μ.* v. ad v. 2. Tum *κἀθάδον* vitiose Ed. Rom. Brub. Morell. emendate Crat. Steph. etc.

(ἔνθεν) *καὶ* etc. [*ὅθεν περ* — et *ἐκ Διὸς* parum placet. Junge, *ἐκ Διός, ὅθεν περ* —. *Ex Schedis.*] *Proœmia*, quibus rhapsodi proludebant recitationibus, *a Jove* illa petita, nunc nota res sunt. De *Homeridis* v. Schol. ad h. l. cf. Isthm. iv. 66. Videntur autem *ῥαπτὰ ἔπη* non uno modo dicta: *primum*, quatenus *ῥάπτειν ἔπη* est *versus facere, componere; tum*, quatenus *diversas Iliadis partes*, *ἔπη*, quas memoria tenebant, *deinceps aut junctim recitabant*. Mox v. 5. de voc. *καταβολὴ* propr. *fundamentum* designante v. Schweighaeus. Emendatt. in Suid. pag. 66.

9. *ὀφείλει δ' ἔτι* debet esse *ὀφειλόμενόν ἐστι*, (sed v. V. L. ad v. 16.) *Τιμασίου παῖδα δρέπεσθαι — νικᾷν τε Πυθίοισι. — καθ' ὁδὸν πατρίαν*, patris instituto, exemplo. Pater et ipse fuit pugil, et forte idem victor in Isthmiis et Pythiis.

11—18. *Si vita, procedens eodem tramite, destinavit eum*, h. e. *si fato ille destinatus est, tanquam decus futurum Athenis in instituto patris*: (scilicet et is pugil vel pancratiasta et victor fuit:) *multas ille victorias Isthmicas et Pythicas est consequuturus; nec*, has adeptus, *longe aberit ab Olympica victoria*. Hoc suo more tropice extulit: *facile est ad conjectandum*, probabile fit, *a Pleiadibus haud longe Orionem abesse*.

Θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι
Κάλλιστον ἄωτον, ἐν Πυθί-
οισί τε νικᾷν
Τιμονόου παῖδ'. ἔστι δ' ἐοικὸς,

Ο. γ'.

Ὀρειᾶν γε Πελειάδων
Μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι.
Καὶ μὰν ἁ Σαλαμίς γε θρέψαι
Φῶτα μαχατὰν

14. Ante Schmidium: Πυ- 15. *Θίοισί τε νικᾷν.* Porro δὲ Schmid. 16. Ut nunc scribitur et interpungitur, Τιμονόου παῖδ' pendet ab ὀφείλει v. 9. Absolute hoc et impersonaliter poni, ut *ὀφείλει*, Τιμονόου παῖδα νικᾷν, sit: *necesse est, Timonoi filium vincere*, equidem nec factum alibi memini, nec fieri posse arbitror. Si ab *ὀφείλει* pendet, haud dubie erit παῖς. Si παῖδα tuearis, dicendum fraudem in seqq. latere, ut partim ex Schol. assequi in promptu est, et scriptum fuisse: ἐν Πυθίοισι δὲ νικᾷν Τιμονόου παῖδ', ἔστιν ἐοικὸς, Ὀρειᾶν τε Πελειάδων μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι, *etiam Pythiis fore ut vincat Timonous, probabile fit, non secus ac Orionem instare Pleiadibus.* Præfero tamen prius. Cum semel Nemea vicerit, fieri non potest, quin Pythica, et post eam Olympica victoria sequatur. Hoc suo more extulit: Quomodo Orion a Pleiadibus disjunctus esse, absistere, nequit: ita nec diu aberit Olympica olea. Porro ἔτι δ' Bodl. γ. 17. Πιλιάδων Ald. Sed Πλειάδες etiam dictæ Πλειάδες, unde et eædem narrantur in columbas mutatæ, cum Orionis vim fugerent. v. Schol. ad h. l. Fragm. Pind. p. 49. et primo loco Athen. xi. p. 489, 490, 491. qui etiam h. l. nostri recitat, cum Scholiorum parte, p. 490. F. cf. Eustath. ad Iliad. σ. 486. item p. 869, 40. et p. 1535, 50. 1712, 1713. ubi Athenæum exscribit. Hygin. Astron. ii. 22. Schol. Arat. Phænom. 266. Vocis ὀρειᾶν interpretationes et etymologiæ, ab ὄρος, ὄρος, οὔρος, οὐρὰ, ὄρω sunt plures ap. Schol. et Athen. l. c. Si *montanas* accipimus, dictæ sunt tanquam nymphæ montis Cyllenii. ὀρίαν (debebat saltem ὀριᾶν) exaratum est apud Athen. l. c. et Eustath. l. c. Crates Grammaticus apud Schol. et ap. Athen. l. c. Θειριᾶν scripserat, quod equidem præfero; error ortus est ex forma τοῦ Θ et ο. quandoquidem messis tempus suo ortu nuntiabant veteri Græciæ Pleiades. v. Hesiod. Ἔργ. 383. 616, 7. Arat. Phæn. 266. loca jam ab intpp. notata. — 18. — νεῖσθαι καὶ μὰν 19. ἁ Σαλαμὶς Schmidius. 18. Ex Schol. Nemeorum prolegomenis laudat Schmidius: Ὠαρίων (Ὠαρίων) ἀντῆσθαι. Eustath. ad Homer. Odyss. ε. 274. p. 1535. 50. Πίνδαρος δὲ ἐν

JUVENES modo faustos modo infaustos in amores incidunt; 1—9. fausti fuere amores Jovis et Æginæ; inde natus Æacus, cujus virtus fuit celeberrima;—21. huic pro Æginetis supplicat poeta, et felicitatem expetit, quanta Cinyræ fuit.—31. A digressione se retrahit, ne invidentium obtrectationi locum faciat;—37. Invidia etiam Ajacem perdidit, ut solet mala fraus grassari—58. a qua alienum se ostendit;—66. contra se carminibus virtutem ornare, ut nunc Dinidis, tum patrem Megam et Chariadas tribules.

Σ. ά. Κ. Ϛ'.

ΩΡΑ *πότνια, κάρυξ*
Ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων,

Δεινίᾳ. ita h. l. Ald. et Rom. cum cett. at inf. v. 26. eædem Δείνιδες, unde melius, meo judicio, etiam hic Δείνιδι rescripsit Schmidius, quam Oxonienses infra Δεινίου. Pater Meges vel Megas, qui jam hoc tempore obierat (v. 75.), victor olim et ipse stadio (v. 26.). Dinidem diaulo stadio vicisse, male ex eodem v. 26. collegerunt aliqui: etiam ex v. 80. Pauw: sed ibi Chariadæ tribules omnino quatuor

1. sq. Bonum sensum non effici video, nisi, relictis Grammaticis, sic statuas: *O Juventa — optabile est, habere amorem propitium, qualis fuit Jovis et*

Ἄτε παρθενίοισι καὶ παίδων ἐφίζοι-
σα βλεφάροις, τὸν μὲν ἀμέροις ἀν' ἀγκὰς
Χερσὶ βαστάζεις, ἕτερον δ' ἑτέραις.
Ἀγαπατὰ δὲ, καιροῦ μὴ πλαναθέν-
τα πρὸς ἔργον ἕκαστον,
Τῶν ἀρειόνων ἐρώ-
των ἐπικρατεῖν δύνασθαι.

A. ά. K. ϛ'.

Οἷοι καὶ Διὸς Αἰγί-

victores stadio ex suo numero habere narrantur. 2. ἀμβροσίων Ald. commune. 3. καὶ παίδων Schmidio debetur, qui metrum emendavit. Vulgo: παίδων τ'. 4. [Heynius in textu correxit γλεφάροις.] ἀμείροις Schmidius, perperam, et ἀναγκὰς (ex ἀγκὰς) *in ulnis*: graviter objurgatus a Pauwio: qui cum aliis ad honestatem et turpitudinem amoris refert. Quidni ad amores faustos et infaustos, cum quis amatam experitur facilem vel crudelem et aversam? Ita et Jovis Æginæque amor exemplum felicis amoris esse poterat: redamabatur amator et desiderio suo potiebatur. Ἀνάγκη posset esse, qua amare cogimur; ita alium Ὥρα *amplexu tenet, fovet, blando; alium duro urget* ac sævo, quando in superbam amicam incidit: et sic v. 8. ἀρείονες ἔρωτες sunt felices, secundi. Attamen dura illa ἀνάγκη, et præfero ἀν' ἀγκὰς χερσὶ, ἀνὰ χερσὶν, ἐν χερσίν. Ὥρα autem non tam pulchritudo, quam pubertas, *juvenile decus*. 10. τοῖοι

Æginæ, e quo natus fuit Æacus. Interpositum: καιροῦ μὴ πλανηθέντα, h. ἐπιτυχόντα, πρὸς ἔργον ἕκαστον, *ita ut bono successu in quavis re utaris.* καιρὸς, *tempus justum, modus justus, res ipsa, quam votis expetis, bonus successus.* ὥρα *pubertas* proprie; nam Veneris fructum nuntiat; sed cum notione *juvenilis decoris, venustatis et illecebrarum amoris* adjuncta; (sic lyrici ingenii impetus plura uno eodemque phantasmate complectitur, ut Pyth. viii. 1. in voc. Ἡσυχία. Sic Χάριτες Ol. xiv. et πάρφασις Nem. viii. 54. *obtrectatio invidi cum malevolentia, simulatione et fictis blanditiis.* Isthm. v. pr. Θεία, *de splendore omnis generis.*) itaque *oculis illa insidet*, ut alias *Amor*, h. e. amoris illecebræ, et *alteri duram, alteri mitem sortem destinat*, dum aut faciles et secundos amores habet aliquis, aut in amorem infaustum incidit. At ἀνάγκας ab ἀνάγκη locum vix habet; verum est ἀγκὰς ἀν' (ἀνὰ) χερσὶ vel ἀναγκὰς (si modo auctoritas esset alia) χερσὶ βαστάζεις, et a nutrice puerum in ulnis gestante petitum videtur. ἀμείραις, ipsa dum est ἥμερος, *placida, mitis.* Putabam ἔρωτας latius de quibuscunque studiis posse accipi, ut jungeretur cum πρὸς ἔργον ἕκαστον, sed reliqua non conveniunt. Ceterum ad Dinidis pulcritudinem poetam respicere non posse, sed de Ægina nympha cogitasse, in promtu est.

6. καιροῦ, pro eo quod opportunum est, votis nostris consentaneum. Nisi cum Mingarello malis jungere καιροῦ πρὸς ἔργον ἕκαστον ὄντος.

νας τε λέκτρον ποιμένες ἀμφεπόλησαν
Κυπρίας δώρων· ἔβλαστεν δ' υἱὸς, Οἰνώ-
νας βασιλεὺς, χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος.
Πολλά νιν πολλοὶ λιτάνευον ἰδεῖν.
Ἀξοατὶ γὰρ ἡρώων ἄωτοι
Περιναιεταόντων
Ἤθελον κείνου γε πεί-
θεσθαι ἀξίαις ἑκόντες,

Ε. α'. Κ. ια'.

Οἵ τε κρανααῖς ἐν Ἀθά-
ναισιν ἅρμοζον στρατὸν,
Οἵ τ' ἀνὰ Σπάρταν Πελοπηϊάδαι.
Ἱκέτας Αἰακοῦ σεμνῶν γουνά-

malit Mingarell. 12. Οἰνό- Ald. vitiose. 17. Legebatur ἤθελον κ. γε πεί- 18. θέσθ' ἂν ἀξίαις. Iners sic et otiosa vox ἄν; itaque ἀναξίαις legendum esse admodum probabile fieri poterat; est illud ab ἀνάσσειν, reconditum vocabulum: ut conjecerunt viri docti ad Hesych. h. v. et Obs. Misc. tom. vi. p. 397. Ex Scholiis tamen nihil inferas: ἀξίαις recte illa interpretantur: ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς βασιλείαις αὐτοῦ. sane nec ἀξίαι hoc sensu ex trivio sunt. ejecto tamen ἄν versus laborat: cui medeberis, si legas—θέσθαι ἀξίαις, quod mutavit aliquis, cui ἡ ἀξία, pro dignitate regia, erat ignota. Varia tentabat Mingarellus: modo ἄν retrahebat ad πείθεσθαι, ut sit ἀναπείθεσθαι, modo ἀν' ἀξίαις, modo deleto ἄν id, quod ipse posui, — θέσθαι ἀξίαις. 21 Πελοπηΐδαι i- Ald. Rom. Crat. at Brub. et seqq. edd. i- in alterum versum rejecerunt. Brub. tamen in marg. f. Πελοπηϊάδαι, ad metrum: hoc Schmidius arripuit. Est Πελοπεύς, ῆος: de quo conf. Valcken. ad Theocrit. p. 414. 22. γουνά- haud dubie leg., metro poscente, cum Schmidio et Pauwio.

11. ἔρωτες ποιμένες δώρων Κυπρίας, sunt, puto, *Amores gaudiorum Veneris potentes*, ποιμένα πλούτου, *dominum*, vidimus sup. Ol. x. 107. δῶρα Κυπρίας, ut Ol. i. 119. vid. ad Virgil. Æn. iv. 33. Mox 14. λιτάνευον pro ἠξίουν.

15. ἀξοατὶ, *non vocati multi cupierunt ejus ductu uti in rebus gerendis.* De ἀξίαις v. V. L.

20. Ἀθάναισιν. Fuit in his Theseus.

21. Preces ad Æacum heroem facit pro Æginetis φέρων καναχηδὰ (σὺν καναχῇ [cantu, carmine. *Ex Schedis.*]) μίτραν (στέφανον pro *cantu*, carmine, unde Λυδίαν) πεποικιλμέναν, *affabre factum*; simili audacia, qua sup. Nem. iii. 136. πόμα ἀοίδιμον.

τῶν πόλιός Θ' ὑπὲρ φίλας
Ἀστῶν Θ' ὑπὲρ τῶνδ' ἄπτομαι, φέρων
Λυδίαν μίτραν ναναχηδὰ πεποικιλμέναν, Δεινίδος δισσῶν σταδίων
Καὶ πατρὸς Μέγα Νεμεαῖον ἄγαλμα.
Σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς
Ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος.

Σ. β'. Κ. Θ'.

Ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔβρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἔν ποτε Κύπρῳ.
Ἴσταμαι δὴ ποσσὶ κούφοις, ἀμπνέων τε
Πρίν τι φάμεν. πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλεκται.

26. Δεινία legebatur. Δείνιδος Ald. Rom. et hinc rel. v. ad pr. Odes. 27. Μέγα Νέμειον ἄ. vulgo legitur. Νεμέειον Oxonienses ex marg. Brubachianæ receperant. Schmidius emendabat: Μέγαο Νέμειον. utrumque recte dicitur. Pauw tamen malebat Μέγα Νεμεαῖον. et hoc verum. Nam Νέμεος, Νέμειος, Νεμεαῖος dicitur. conf. sup. ad Nem. v. 9. non vero Νεμέειος. 30. Ὥστερ et Κινύραν Ald. perperam. 31. πλούτῳ sane edd. Rom. Crat. Brub. hinc que Schmid. Durum tamen ὥστερ ὄλβος πλούτου. Præstat Aldina et Scholiorum lectio a Stephano repetita: πλούτῳ. 32. Erat vulg. ἀμπνίων 33. τε πρίν τι φ. Colon truncatum una syllaba, quæ in sequente versu redundat. Jam Schmidius verum viderat, nisi quod pro τε malebat γε: ἀμπνίων γε, Πρίν τι φ. 33. Legebatur; πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέ-

28. [faventibus enim diis victores facti sunt. *Ex Schedis.*] Ad preces modo v. 24. sqq. pro Diuia et Mega factas respicit: *felicitatem hanc victorum faventibus diis obtigisse* [Correxit Heynius: *felicitas enim tam constans, ut pater et filius pariter ea fruantur, non nisi faventibus diis obtigit.*], *qualis illa olim Cinyræ*, de qua conf. Pyth. ii. 27. Tum v. 32. continet se, ne in digressionem de eo inducí se patiatur. Erant de *Cinyra* multa carmina; nova in fabula vulgo nota fingere difficile: cujus rei experimentum ipse, puto, dedit Ol. i. in fabula de Pelope interpretanda. Reliqua vid. in Var. L. *Consisto pede suspenso, et colligens spiritum antequam pergo. Multa sunt* (de Cinyra) *multis dicta; at nova, quæ inveneris, explorauda dare aliis, periculosa res est. Invidis in deliciis habetur, si quid habeant* in iis novis, *quod vituperent.* ἐς ἔλεγχον (ἐν) βασάνῳ, διὰ βασάνου.

Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεν βασάνῳ
Ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος, ὅψον
Δὲ λόγοι φθονεροῖσιν.
Ἅπτεται δ' ἐσλῶν ἀεί,
Χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει.

34. λεκται. v.—δόμεναι 35. βασάνῳ ἐς ἔλεγχον ἅπας κίνδυ- 36. νος ὄψον φθονεροῖσιν. quæ quis, metro inprimis repugnante, ferat? Schmidius πολλὰ γὰρ πολλοῖς λέλεκται. nam tota vox ad explendum versum retrahenda, monente quoque Schmidio et Pauwio: hic etiam lenius: π. γὰρ πολλᾷ λ. ut adeo secundum eos uterque versus sic se habeat: Ἴσταμαι δὴ ποσὶ νούφοις, ἀμπνέων τε, Πρίν τι φάμεν. πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλεκται. Posse se in fabulam de Cinyra excurrere significat: sed *subsisto hic, etsi in cursum prominens,* (Schol. a statu luctæ petebat) *et me contineo: colligo me, antequam aliquid adjiciam. Dicta enim* (de Cinyra) *satis multa sunt sæpe aliis; nova autem proferre* etc. Pauwium non satis assequor. In v. 34. κται ad superiorem versum spectare vidimus. Mutila quoque sunt extrema. Oxonienses nullo cum fructu, nisi ut hiatum inferrent, dederunt δὲ pro δ'. Schmidius colon sic explevit: Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα σαφῆ δόμεναι et 35, 36. βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, πᾶς γε κίνδυνος, ὄψον φθονεροῖσιν. Ed. Rom. cum Scholiaste, et hinc Brubach. Morell. Steph. exhibent v. 36. ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν. (nisi quod Morell. et Steph. φθονεροῖς depravarunt.) quam lectionem miror a Schmidio damnari, a Pauwio autem interpolari: Δὴ νεαρὰ δὲ ἐξευρόντα δόμεν Ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος, ὄψον Δὲ λόγω (vel λόγῳ) φθονεροῖσιν. Igitur ὄψον λόγῳ jungit, βασάνῳ plane ejicit, et in capite Δὴ satis jejune adjungit. Si recte video, ne verbum quidem mutandum, sed cola in bonum ordinem redigenda sunt hunc in modum: 34. Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεν βασάνῳ 35. Ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος· ὄψον 36. Δὲ λόγοι φθονεροῖσιν. Ita nihil nec ad metrum nec ad sensum desideres: νεαρὰ est dissyllabum, vel tribrachys pro trochæo. Nec Mingarellum video rationem sequi multum diversam, nisi quod 35.— ὄψον 36. δὲ λόγω φθ. legit; quæ non intelligo. ἐς ἔλεγχον βασάνῳ (elegantius quam βασάνου) plenius pro ἐς βάσανον dictum. πᾶς κίνδυνος, h. κινδυνώδες πάντως ἐστὶ, *periculosum omnino est nova proferre, quæ ab aliis explorari possunt,* ad rerum fidem et veritatem, *et redargui.* Schol. ἐὰν γάρ τι καινουργῶ, ἀπιστηθήσομαι. *Narrationes autem ejusmodi novæ invidis obsonium sunt,* deliciarum loco, cum in iis inveniant, quod redarguere ac reprehendere possint, contra historiæ fidem ac veritatem dictum, aut parum scite excogitatum etc. Mox v. 37. ἅπτεται δὲ, sc. ὁ φθόνος. Bene Schol. ἀπὸ τῶν φθονούντων ἐπὶ τὸν φθόνον μετήγαγε τὸν λόγον. Nisi hæc ita constitui possent, facilis esset medicina, ut pro λόγοι legeretur ψόγος: sic erit: ὄψον δὲ ψόγος φθονεροῖσιν. Ἅπτεται δὲ etc. Ad βάσανος referri vix potest. 37. ἀεὶ Schmid. ex Aldo. Romana et seqq. αἰεί. Laudatur hic locus a Schol. Sophocl. Ajac. 154. [in simili sententia. *Ex Schedis*] sed corrupte: Ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς. ἁπτεται δ' εἰδώς. χερόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει.

37. ἅπτεται δὲ, sc. ὁ φθόνος: aut hoc; melior tamen ratio haud supetiam ὁ φθονερός: ex φθονεροῖς. Durum petit.

A. β'. K. ϛ'.

Κεῖνος καὶ Τελαμῶνος
Δάψεν υἱὸν, φασγάνῳ ἀμφικυλίσσαις.
Ἦ τιν' ἄγλωσσον μὲν, ἦτορ δ' ἄλκιμον, λάθα κατέχει λυγρῷ ἐν νείκει· μέγιστον
Δ' αἰόλῳ ψεύδει γέρας ἀντέταται.
Κρυφίαισι γὰρ ἐν ψάφοις Ὀδυσσῆ
Δαναοὶ θεράπευσαν·
Χρυσέων δ' Αἴας στερηθεὶς ὅπλων φόνῳ πάλαισεν.

E. β'. K. ιά.

Ἦ μὰν ἀνόμοιά γε δαΐοισιν ἐν θερμῷ χροΐ
Ἕλκεα ῥῆξαν πολεμιζόμενοι

41, 42. Ἦ μιν Benedictus: sed poetæ mos ille proprius, revocare singula facta ad sententias generales. λά- θρα Ald. νίκει Crat. et hinc margo Brubach. ἐν λυγρῷ γήρει Schol. laudat. λυγρῷ ἐν νείκει metro postulante rescripsit Schmid. probante quoque Pauwio. λάθα κατέχει τινὰ docte dictum accipio de eo, qui in judicio vincitur, quatenus ὀλιγωρεῖται, *postponitur*, *contemnitur*, præ altero, victore, qui γέρας accipit, quatenus caussam obtinet et rem de qua litigatur. 47. Nolim cum viro docto in Misc. Obss. tom. vi. p. 397. glossam Hesychii satis suspectam inferre: ἐπάλλησεν, διεφθάρη. et παλήσεις, διαφθείρειν. Dignum lyrico, παλαίειν φόνῳ, et suspicor, glossam illam ipsam spectare ad loca, in quibus simile quid adjunctum erat: συμφορᾷ, φθορᾷ. Sed de his viderint viri docti, qui in Glossariis excutiendis occupati sunt. 48. δαΐ- in fine una syllaba proferendum. Malim adeo δαι- scribere. 50. Ἕλκεα ῥῆξαν. α in ἕλκεα posse produci non credit Pauw, et Schmidii conjecturam amplectitur: ἕλκε' ἔρρηξαν.

40. φασγάνῳ ἀμφικυλίσσας, quod sollennius περιπείρας, *transfigens*.

41. λάθα opp. γέρας. ergo hoc est νίκη, illud ἡ ἥττα ἐν νείκει, *in judicio*. Illud γέρας, ut quis caussa superior sit, ἀντίστασαι, tribuitur, adjudicatur, ψεύδει αἰόλῳ, *caussæ injustæ*, qua quis vincit fraudulentis commentis.

44. Ita Danai gratificati sunt Ulyssi, eumque caussa superiorem reddiderunt (θεράπευσαν) occultis, injustis, suffragiis.—47. φόνῳ πάλαισιν, succubuit leto, ἐδάμη.

48. Atqui in pugna valde dissimilis virtus et dispar robur erat duorum istorum. ῥῆξαν ὑπὸ λόγχᾳ pro σύν.—v. 53. debebat sequi τὰ δ' ἐν.

Ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ, τὰ μὲν
Ἀμφ' Ἀχιλεῖ νεοκτόνῳ,
Ἄλλων τε μόχθων πολυφθόροισιν ἐν
Ἀμέραις. ἐχθρὰ δ' ἄρα πάρφασις ἦν
Καὶ πάλαι, αἱμύλων μύθων ὁμόφοι-
τος, δολοφραδὴς, κακοποιὸν ὄνειδος·
Ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται,
Τῶν δ' ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρόν.

Σ. γ'. Κ. δ'.

Εἴη μή ποτέ μοι τοι-
οῦτον ἦθος, Ζεῦ πάτερ. ἀλλὰ κελεύθοις
Ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, θανὼν ὡς
Παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω.
Χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι
Ἀπέραντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἀδὼν καὶ

Miror hoc; cum toties ϱ aspiratione sua antecedentem syllabam producat. Sustuli comma post ῥᾷξαν male insertum; jungenda enim sunt: ῥᾷξαν ὑπ' ἀ. λ. h. διὰ λόγχης, σὺν λόγχῃ. [πολεμιζόμενοι. Gilb. Wakefield legit πτελεμιζ. ex Schol. ubi legitur κινούμενοι. reddit *sese quatientes*. (Silv. Part. i. pag. 79.) *Ex Addendis.*] 52. Ἀχιλλεῖ erat. Ἀχιλεῖ scribere metrum jubet, et sic jam Schmid. 53. Cum in πολυφθόροισι vix videatur ν corripi posse, Pauw conj. πολυθρόοισιν. At sunt multa in poetis hujus generis duriora. 55. μόθων sphalma ed. Oxon. 58. ἀντείνει. iambus pro trochæo. Benedictus ad Schmidii dubitationem emendarat: ἀντέχει. Schol. ἀνατείνει, ἐπαίρει, μεγαλύνει, ὑψοῖ. 60, 61. ὄδους ἀπλανεῖς unus ex Schol. memorat. ἔφαπτοὶ μανθάνων ὡς παισὶ κλέα· Ald. vitiose.— 64. ἀδὼν Ald. et Morell. ᾀδῶν Rom. Crat. Brub. ἄδων emendate Steph. καὶ, *etiam* moriar ita. φίλος ἀστοῖς Πίνδαρος Anal. Brunck. tom. i. pag. 174.

54. πάρφασις, ἀπάτη, Ol. vii. 120. Pyth. ix. 77. malitia, dolosus animus cum invidentia et malevolentia, erat jam olim inter homines, non nunc demum.

57, 8. τὸ λαμπρὸν, opp. τὸ ἄφαντον, τὰ ἄφαντα, et pro hoc τῶν ἀφάντων κῦδος, etsi σαθρὸν, *putre, infirmum, exile, ἀνατείνει, ἐπαίρει, ὑψοῖ*, cui opp. βιᾶται. *viros claros deprimit, obscuros illustrat*, injuria et malevolentia hominum. cf. Pyth. xi. 45.

64. *Ut vixi, ita moriar, civibus meis probatus.* φίλος ἀστοῖς, ut est quoque Epigr. ap. Brunck. Analect. tom. i. p. 174. Tota Stropha præclara est et

Χθονὶ γυῖα καλύψαι-
μ', αἰνέων αἰνητὰ, μομ-
φὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς.

A. γ'. K. ϛ'.

Αὔξεται δ' ἀρετὰ, χλω-
ραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσ-
σει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις
Τε πρὸς ὑγρὰν αἰθέρα. χρεῖαι δὲ παντοῖ-
αι φίλων ἀνδρῶν· τὰ μὲν ἀμφὶ πόνοις
Ὑπερώτατα. μαστεύει δὲ καὶ τέρ-

68. Αὔξονται δ' ἀρεταὶ Schmidio debetur, metro metuenti. Fert tamen antispastus communem lectionem, quam et Schol. agnoscunt: Αὔξεται δ' ἀρετά. utramque lectionem olim in libris fuisse suspicatur Pauw. 69. δένδρον ἀναΐσ-σει Pauw scribendum esse monet. δένδρεον ἀΐσσει Schmidius dederat. Sed turpe viro docto fuisset, quicquam in optimo Schmidio probasse. Alterutro modo est corrigendum. Idem v. 70. ἀερθεῖσαι 'ν Schmidium scribere debuisse, censet, ad ἀρεταί. Accipiendum autem, ἐν σοφοῖς δικαίοις τε ἀνδρῶν pro ἀνδράσι, *inter*, aut verius, *per*, διά. Veteres Grammatici variis modis tentant. 71. πρὸς ὑγρὰν αἰθέρα legendum cum Schmidio, ne choriambicum claudicet in ὑγρὸν αἰθέρα. Notum alterum genus ex Homero. Pauw ὑγρόν γ' αἰθέρα offert: utique deterius.

magnum poetæ ingenium cum magnis sensibus et magno animo conjunctum in eo fuisse declarat; quod interdum aliter se habere experientia docuit.

68. Αὔξεται δέ. Ad seqq. viam parat. Quod toties dixit: *nisi carmine celebrata, facta præclara oblivione sepulta obscurantur. Facta* (ἀρεταὶ) *crescunt* sc. fama, celebrantur; ἀερθεῖσα ἐν σοφοῖς δικαίοις τε ἀνδρῶν (διὰ, *per viros ingeniosos et veri studiosos*) ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσσει, ἀναΐσσει, πρὸς ὑγρὰν αἰθέρα ἐέρσαις χλωραῖς (διὰ)—72. ἀμφὶ πόνοις, *in certaminibus præcipua aliqua ratione indigemus amicis*, qui virtuti laudes debitas circumspiciant.

73. θέσθαι πίστιν ἐν ὄμμασιν, est, fidem, veritatem rei ante oculos ponere, h. e. efficere, ut res vere talis habeatur, qualis est; ita et ἡ τέρψις, si quis magnum bonum consequutus est, quo gaudet, in votis habet, ut illud aliis ante oculos ponatur; id quod et vanitas et laudis cupido et studium bona sua cum aliis communicandi suadet. Itaque dicta v. 73-75. pro eo quod vulgo esset: *qui magnam felicitatem consequutus est* (ut victor) *rebus præclare gestis, in votis habet, eandem felicitatem carmine celebratam videre.* Hoc ad ipsum felicitatis *fructum* et ad jucunditatem transtulit *in personam* mutatam: τέρψις (h. ὁ τερπόμενος) μαστεύει, πίστιν θέσθαι ἐν ὄμμασι, *in votis habet, ut aliquis sibi fidem felicitatis ante oculos ponat.* Facit autem ei fidem, qui eam declarat, ad vividum repræsentat; id quod facit poeta carmine.

ψις ἐν ὄμμασι θέσθαι
Πίστιν. ὦ Μέγα, τὸ δ' αὖ-
τις τεὰν ψυχὰν κομίξαι,

E. γ'. K. ια'.

Οὔ μοι δυνατόν. κενεᾶν
Δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος.
Σεῦ δὲ πάτρᾳ Χαριάδαις τε λάθρον
'Υπερεῖσαι λίθον Μοισαῖον, ἔ-
κατι ποδῶν εὐωνύμων
Δὶς δὴ δυοῖν. χαίρω δέ, πρόσφορον
Ἐν μὲν ἔργῳ κόμπον ἰείς. ἐπ' ἀοι-
δαῖς δ' ἀνὴρ νώδυνον καί τις κάματον

76. Non prior in ψυχὰν corripitur, sed est spondeus in hac sede, ut v. 67. 79. Si in Χαριάδαις prima longa est, tribus Χηριαδῶν esse debuit. cf. Pauw. τε post Χαριάδαις abundat. Potest legi Σοὶ δὲ, πάτρᾳ Χαριάδαις τε. Sed præstat Χαριάδαισι reponere. Punctum sustuli post τέλος. 82. cf. ad pr. εἴδους. Χαίρω δὲ —. Possunt melius omnia juncta videri, si legas: Σεῦ δὲ πάτρᾳ, Χαριάδαισι, λ. — δὶς δὴ δυεῖν, χαίρω γε πρ. — ἰείς. 83. ἐπαοι-δαῖς Schmid. cum Scholiasta: videntur tamen incantationes alienæ esse a loco, in quo de hymnis (κόμπος) agitur.

75. Megas pater jam obierat. 78. χαῦνον, *nullus exitus.*

79 Ut nunc verba se habent, procedit sententia inde ab ὦ Μέγα hoc modo: *in vitam te revocare non possum, at memoriam tuæ tribus et Chariadarum ex quatuor victoriis gymnicis carmine celebrare possum.* In hac tamen lectione πάτρᾳ Χαριάδαις τε abundat τε. nam *Chariadæ* ipsa *tribus* sunt. Medelam proposui in V. L. Porro λάθρον simpliciter accipio *ingentem, magnum.* Schol. *vocalem* accepit, εὔτονον μουσικὴν στήλην. Sane λάθρος est loquax, ut Ol. ii. 156. et notus λαθραγόρας in Homero. ὑπερεῖσαι λίθον, στήλην, sc. δυνατόν ἐστι, propter quatuor victorias stadio. At illa admodum dura: ἕκατι ποδῶν εὐωνύμων δὶς δὴ δυοῖν. Scilicet cogitatione complexus ποδῶν νίκας εὐωνύμους, dicere poterat *bis duas.*

82. *Omnino gaudeo* πρόσφορον κόμπον ἰεὶς, *laudem debitam pronuntians* ἐν ἔργῳ, ἐπὶ νίκῃ, h. e. lubens celebro præclare facta. Et v. 83. de notione cogitandum est, quam aliquoties frequentavit, Ol. i. 157. 8. ii. 93-95. viii. 9. Nem. v. 87, 88. etc. *victoriam esse laborum et ærumnarum dulce lenimen,* ἀνάπαυσιν, ἀμπνοὰν, ἀμοιβὴν, ἄτοινα.

83. ἐπ' ἀοιδαῖς est pro δι' ἀοιδῶν. *Multijam certaminum ærumnas* (proprie aerum memoriam) *per carmina lenierunt. Nam jam in remota heroum ætate carmina victoribus accini mos fuit.*

Θῆκεν. ἦν γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος
Δὴ πάλαι, καὶ πρὶν γενέσθαι
Τὰν Ἀδράστου τάν τε Καδμείων ἔριν.

Non minus alienum Pauwii acumen referentis ad epodum Odæ. Aliæ edd. omnes ἐπ' ἀοιδαῖς (pro διὰ ἀοιδῶν). Sententiam et alibi frequentavit: etiam Isthm. viii. pr. 85. ἦγε μὰν Ald.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

NEMEA.

ΕΙΔΟΣ Ϛ'.

ΧΡΟΜΙΩ ΑΙΤΝΑΙΩ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

CHROMIUM [Agesidami f. v. Nem. i. *Ex Schedis.*] pronuntiat victorem in Pythiis Sicyoniorum, et hinc dignum carmine 1 — 17. deflectit ad Adrastum, qui ea instituerat. — 61. Bona vota pro Ætnæis. — 79. Inter fortes eorum viros est Chromius. — 103. Inde redit ad victoriam, eamque laudibus ornat.

Δυωδεκὰς ἁ.

ΚΩΜΑΣΟΜΕΝ παῤ Ἀπόλλωνος Σικυώνοθε, Μοῖσαι,

Tria quæ sequuntur carmina non ad Nemeonicas scripta esse, et per se patet inspicienti, et notatum est a vetere quoque Grammatico ad pr. hujus hymni; idem adjicit: διὸ κεχωρισμέναι φέρονται. Erant ergo hymni hi olim, in libris, distincti a ceteris, et in hunc locum venerant forte, quod librarius aliquis suo Nemeorum codici vacante spatio in fine eos attexuerat. Videntur autem, mea opinione, ad ἐγκώμια pertinere, quæ Pindarus scripserat. Chromius idem, ad quem Nem. prima scripta, victor quadrigis in Pythiis Sicyone celebrari solitis, a Clisthene

1. E Pythiis Sicyone habitis κῶμος victoris ducitur in Siciliam ad urbem Ætnam.

Τὰν νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν,
Ἔνθ' ἀναπεπταμέναι
Ξείνων νενίκανται θύραι,
Ὄλβιον ἐς Χρομίου
Δῶμ'. ἀλλ' ἐπέων γλυκὺν ὕμνον πράσσετε.
Τὸ κρατήσιππον γὰρ ἐς ἅρμ' ἀναβαίνων,
Ματέρι καὶ διδύμοις
Παίδεσσιν αὐδὰν μανύει,
Πυθῶνος αἰπεινᾶς ὁμο-
κλάροις ἐπόπταις.

Δ. β'.

Ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώ-
πων, τετελεσμένον ἐσλὸν

circa Ol. l. 50. institutis. v. Pausan. x. 37. et Schol. ad v. pr. Referebatur tamen eorum origo ad Adrastum: vide v. 20. sqq. Ita enim poetæ sibi solebant aditum ad veteres fabulas intexendas parare, et ita factum esse arbitror, ut tam incerta ac varia ludorum origo tradita sit. 3. εἰς A. edd. vett. Emendavit vir doctus in marg. Brubach. et hinc Schmid. 4, 5. ἀναπεπλαμέναι ξείνων, *completæ hospitibus* exceptis, Schmidius cum Phil. Melanchthone, parum scite, et adverso metro, nam πλα longum ex ἀναπεπλημέναι. et erat ξείνων νενίκανται jungendum: ἥττηνται ὑπὸ τῶν ξένων sc. παντὶ εἰκουσαι ξένῳ καὶ οὐδένα ὑπειλαύνουσαι (f. ἀπειλ.), *admittunt hospites*, adjuncta notione magnæ multitudinis; hactenus hæc paullo audacior forma ferri potest. Pauw tamen non ineleganter emendat μεμύκανται. uti portæ, quæ aperiuntur, *mugire*, βοᾶν, dicuntur: modo de μεμύκημαι constaret, an usu habitum sit. Notum illud Homericum: Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἧς ἔχον Ὧραι. Attamen νενίκανται etiam ap. Theocr. xvi. 15. occurrit. 10. αὐδὰν μανύει, *hymnum annuntiat Latonæ ejusque liberis*, ex victoria. Nescio quid Schol. spectet: τῇ τε Λατοῖ τὸ θαυμάζεσθαι δίδωσι.

5. θύραι νενίκηνται (ὑπὸ) ξείνων, ut in illo: *victæ patuere fores*, multitudine ingredientium. ἀναπεταμέναι de hospitalitate; etiam in vulgari oratione. Cic. Verr. iv. 2. *hujus domus—nostris hominibus apertissima maximeque hospitalis.*

10. αὐδὰν μανύει, hymnum ordiendum esse significat in honorem Latonæ et liberorum victor currum conscendens.

13. Carmen hoc antiquum est, quod attigerat Nem. iii. 50. et forte idem Pyth. ix. 167. seq. 15. χαμαὶ, *humi abjectum?* nam χαμαὶ sub *terra conditum* esse nequit.

Μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι.
Θεσπεσία δ' ἐπέων
Καύχας ἀοιδὰ πρόσφορος.
Ἀλλ' ἀνὰ μὲν βρομίαν
Φόρμιγγ', ἀνὰ δ' αὐλὸν ἐπ' αὐτὰν ὄρσομεν
Ἰππείων ἄϑλων κορυφὰν, ἅτε Φοίβῳ
Θῆκεν Ἄδραστος ἐπ' Ἀ-
σωποῦ ῥεέϑροις· ὧν ἐγὼ
Μνασϑεὶς, ἐπασκήσω κλυταῖς
Ἥρωα τιμαῖς.

Δ. γ'.

Ὃς τότε μὲν βασιλεύων
Κεῖϑι, νέαισί θ' ἑορταῖς
Ἰσχύος τ' ἀνδρῶν ἀμίλλαις
Ἅρμασί τε γλαφυροῖς
Ἀμφαινε κυδαίνων πόλιν.
Φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρη-

17. πρόσφορος καύχας jungi nequit. πρόσφορος, προσφερόμενος ϑεσπεσίᾳ ἀοιδᾷ ἐπίων καύχας conj. Oxonienses. Sed πρόσφορος recte Schol. ἐοικυῖά ἐστιν. ἔπη καύχας erunt καυχώμενα et ἀοιδὴ ἐπίων ornate pro simplici ἔπη. ita ἀοιδὰ ϑεσπεσία ἐπίων καύχας πρόσφορός ἐστιν, est: *rem præclare gestam æquum est carmine celebrare.* Fatendum tamen vel sic, orationem esse valde circumductam. Præstat Benedicti emendatio καύχαις pro καυχήσεσιν, ἔργοις, ἐφ' οἷς ἔξεστι καυχᾶσθαι. Habet καύχη formam, quæ est in βλάστη, βλάστησις, ἄνθη, ἄνθησις. cf. Toup. Emendat. in Suidam tom. i. pag. 87. πρόσφορος, debitus, conveniens (ut modo Nem. viii. 82.) scil. τῷ ἐσθλῷ. 19. ὄρσομεν Schmid. idque metrum haud dubie exigit pro ἄρσωμεν. 20. ἀέϑλων per synizesin efferendum; cur igitur non scribimus ἄϑλων?

17. *Convenit carmen rebus præclare gestis.* vid. Var. Lect.

18. Ἀλλ' *ἀνόρσομεν, igitur.* 22. ἐπ' Ἀσωποῦ ῥείϑροις, Sicyone. 24. Proprie ἐπασκεῖν τιμὰς ἥρωος, *elaborare honores, laudes.*

29. ἀνίφαινε πόλιν, ἐμφανῆ ἐποίησεν.

30. Adrastus Talai f. in seditione civium fugatus ab Amphiarao Oiclis f. consanguineo suo Sicyonem venerat, ubi Polybus filiam et regnum ei tradidit. v. Schol. et Herodot. v. 67. sq. 32. ἀρχοὶ δέ. exciderat adeo regno Argivorum stirps Talai.

ὁν τε θρασυμήδεα καὶ δεινὰν στάσιν,
Πατρίων οἴκων ἀπό τ' Ἄργεος. ἀρχοὶ
Δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν Ταλαοῦ
Παῖδες, βιασθέντες λύᾳ.
Κρέσσων δὲ καππαύει δίκαν
Τὰν πρόσθεν ἀνήρ.

Δ. δ'.

Ἀνδροδάμαν τ' Ἐριφύλαν,
Ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν,
Δόντες Οἰκλείδᾳ γυναῖκα,
Ξανθοκομᾶν Δαναῶν
Ἦσαν μέγιστοι. καί ποτ' ἐς
. . . . . ἑπταπύλους
Θήβας στρατὸν ἄγαγον ἀνδρῶν, αἰσιᾶν

32. πατίρων Ald. πατρῴων Rom. et seqq. πατρίων Schmidio debetur. Mox v. 34. λύᾳ et λύα, στάσις. v. Hesych. et Etymol. M. h. v. 37. Ἀνδρομίδαν τ' Ald. Rom. Brubach. Morell. Sed emendate ex Schol. Crat. Steph. Schmid. nisi quod sive ab ἀνδροδάμας, αντος, sive ab ὁ ἀνδροδάμας, ου, (v. sup. Nem. iii. 67.) repetiisse videntur. Est vero ab ἀνδρόδαμος, ἡ ἀνδροδάμη. adeoque τ' sejunximus: distinximus etiam reliqua curiosius. 39. Οἰκλείδα sphalma typorum Oxon. edit. 42, 43. Legebantur—καί ποτ' ἐς 42. Ἑπταπύλους Θήβας 43. ἄγαγον ἀνδρῶν στρατὸν αἰσιᾶν οὐ κατ' 44. ὀρνίχων ὀδόν. Laborant versus, et pes deficit. Schmidius priorem versum mutilum ratus, explevit et refinxit; καί ποτε Ἑπταπύλους κριτὸν ἐς Θήβας ἄγαγον στρατὸν ἀνδρῶν, αἰσιᾶν Οὐ κατ' ὀ. ὁ. Pauw libros esse expectandos præ se ferens, vitium in solo versu 43. quærit; adeoque locum sic exhibet: καί ποτ' ἐς Ἑπταπύλους Θήβας Ἀνδρῶν ἄγαγον στρατὸν . . . αἰσιᾶν Οὐ κατ' ὀ. ὁ. Ego, quoad situm vitii, nondum popularem meum Schmidium deserendum esse video, etsi vocem, quam supplet, sine codicum auctoritate nolim admittere. Versus tamen ita dispesco, ut proxime ad veram rationem accessisse mihi videar.

35. Adrastus odia mutua composuit et Amphiarao sororem suam, Eriphylen, in matrimonium collocavit. Hoc γνωμικῶς extulit: *At enim vir bonus componit jurgia*; ὁ κρείσσων ἀνὴρ, ὁ ἀγαθός.

39. δόντες sc. Ταλαοῦ παῖδες, Adrastus, Parthenopæus, Pronax, Mecistheus et soror Eriphyle.

43. (κατ') ὀδὸν ὀρνίθων οὐκ αἰσιᾶν, *expeditione infausta*, οὐδὲ Κρ.—κιλεύθου. *et malis cum ominibus*. Nota hæc, ut et

Οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν. οὐδὲ Κρονίων,
Ἀστεροπὰν ἐλελί-
ξαις, οἴκοθεν μαργουμένους
Στείχειν ἐπώτρυν', ἀλλὰ φεί-
σασθαι κελεύθου.

Δ. ε'.

Φαινομέναν δ' ἄρ' ἐς ἄταν
Σπεῦδεν ὅμιλος ἱκέσθαι
Χαλκέοις ὅπλοισιν ἱππεί-
οις τε σὺν ἔντεσιν. Ἰ-
σμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι, γλυκὺν
Νόστον ἐρυσάμενοι,
Λευκανθέα σώμασ' ἐπίαναν καπνόν.
Ἑπτὰ γὰρ δαΐσαντο πυραὶ νεογυίους
Φῶτας. ὁ δ' Ἀμφιάρηι
Σχίσεν κεραυνῷ παμβία

44. Οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδὸν versum esse ordiendum, dubitari nequit. 54. Videtur Νόστον ἐρυσάμενοι peccare et sensu et metro. Nam ἐρύειν vel ἐρύεσθαι sensu *trahendi* aptum non est, media brevi. Est ῥύεσθαι media longa, sed est *servare, tueri.* Benedictus suspicabatur fuisse ὀλισσάμενοι, per se recte, sed nimio recedens a scriptura. ἐρυξάμενοι Pauw emendat, ab ἐρύκειν. quod putes haud dubie tenendum. *inhibentes,* ἐπισχόντες. At vide, an præsidium sit in Homerico Od. ψ. 244. Minerva *diem destinuit,* Ἠῶ—ῥῦσαι' ἐπ' Ὠκεανῷ χρυσόθρονον, οὐδ' ἔα ἵππους ζεύγνυσθ' ὠκύποδας. 55. λευκανθίαν utraque ed. princeps, et hinc aliæ. λευκανθέα recte emendatum a Schmid. præeunte Scholiasta, qui etiam σώμασ' prave legisse videtur. 57. Ἀμφιάρηι iterum cum signo diæretico vulgo scriptum, cum sit h. l. quadrisyllabum. Schmidius Ἀμφιαρῆι refinxit, ut sit ab Ἀμφιαρεύς. Equidem nullus dubito, ι adhæsisse ex majusculo literarum charactere, et exarandum esse Ἀμφιάρῃ ab Ἀμφιάρης. etsi cum Pauwio et ipse miror, hoc maluisse Dores pro Ἀμφιάραος. Sed et sic sup. Pyth. v. 30. Ἀμφιάρηος occurrebat: librarii an stupore, quis affirmet? mox Nem. x. 92. Παμφάῃ. Mingarellus etsi probavit Ἀμφιάρῃ, conj. tamen Ἀμφιάρῃ- 58. ῑ σχίσε.

56. septem rogi, cf. Ol. vi. 34. ἐρυσάμενοι νόστον, *inhibentes sibi, sistentes,* adeoque *privati reditu.* [55. ἐπίαναν. Aliter Æschylus vii. ad Theb. 589. *Ex Schedis.*]

Ζεὺς τὰν βαθύστερνον χθόνα,
Κρύψεν δ' ἅμ' ἵπποις,

Δ. ς'.

Δουρὶ Περικλυμένου πρὶν
Νῶτα τυπέντα μαχατὰν
Θυμὸν αἰσχυνθῆμεν. ἐν γὰρ
Δαιμονίοισι φόβοις
Φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν.
Εἰ δυνατὸν, Κρονίων,
Πεῖραν μὲν ἀγάνορα Φοινικοστόλων
Ἐγχέων ταύταν θανάτου πέρι καὶ ζω-
ᾶς ἀναβάλλομαι ὡς
Πόρσιστα, μοῖραν δ' εὔνομον
Αἰτέω σε παισὶν δαρὸν Αἰ-
τναίων ὀπάζειν,

Δ. ζ'.

Ζεῦ πάτερ, ἀγλαΐαισιν

69. Abrupta lyrici transitio a v. 66. Vulgo *ἀναβάλλομαι rejicio*, h. prætereo, accipiebant; Pauw *ablego*, nec repeto, nec metuo, quia strenue Phœnices sunt repressi: et sic v. 65. 66. *φεύγοντι καὶ π. θ. εἰ δυνατόν.* Κρ. quo nil jejunius. Sed idem arripit quoque Schmidii emendationem: *ἀναβάλλειο, o Jupiter, remove quam longissime.* Nihil mutare consultius. v. Not. *πεῖρα* est *μάχη.* est eadem pugna nautica, de qua sup. Pyth. i. 137. sq. *ἀναβάλλομαι* accipiendum respectu *τοῦ αἰτίω.* illud *deprecatur*, *παραιτεῖται*, *ἀναβάλλεται*, *rejicit, removet;* hoc alterum *petit.* Tum preces fere eædem, quales l. c. Pyth. i. 137. sqq. 71. *αἰτίω* est dissyllabum.

61, 2, 3. *πρὶν* (*αὐτὸν*) *τυπέντα* (*κατὰ τὰ*) *νῶτα δουρὶ Περικλυμένου αἰσχυνθήμεναι* (*κατὰ*) *θυμὸν μαχατάν.* ut 87. *θυμὸν αἰχματὰν* dixit, *fortem.*

66. *εἰ δυνατὸν* ad superiora tractum jejunam orationem facit. Immo vero —*θεῶν. Εἰ δυνατὸν, Κρονίων,—ἀναβάλλομαι ὡς πόρσιστα, μοῖραν δὲ εὔνομον αἰτίω σε*—. *Si per fata licet*, si fas est, *o Jupiter*, deprecor, *precibus meis removeo*, (h. precor ut tu removeas) *quam longissime bellum hoc cum Pœnis, contra vero* precor, *ut des* etc. Hæreo adhuc in *ταύταν.* An Pœni tum in apparatu belli contra Siculos fuere? hoc mihi probabile fit. Mingarell. *simile* certamen intelligit, quale fuit Amphiarai et Periclymeni, Argivorum et Thebanorum: vix bene.

Δ' ἀστυνόμοις ἐπιμίξαι
Λαόν. ἐντί τοι φίλιπποί
Τ' αὐτόθι καὶ κτεάνων
Ψυχὰς ἔχοντες κρέσσονας
Ἄνδρες. ἄπιστον εἰ-
π'; αἰδὼς γὰρ ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται,
Ἃ φέρει δόξαν. Χρομίῳ κεν ὑπασπί-
ζων, παρὰ πεζοβόαις,
Ἵπποις τε ναῶν τ' ἐν μάχαις,
Ἐκρινας ἀν' κίνδυνον ὀ-
ξείας ἀϋτᾶς,

79. Quæ alias φιλοτιμία est, rerum honestarum et pulchri studium, ea hic αἰδὼς esse debet, quatenus turpitudinem et flagitium fugit quis etiam in eo, ne parcat sumtibus ad res præclare gerendas elargiendis. Jungenda putabam κλέπτεται (κατ' ἐκεῖνα) ἃ φέρει δόξαν. non autem αἰδὼς ἃ φέρει δόξαν. Hoc tamen tuetur metrum; et ἅ debet esse pro ἥ, productum. 80. ὃ φ. Ald. Veteres quidam videntur accepisse locum: Αἰδὼς γάρ· ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται, ὃ φέρει δόξαν. *Pudendum est! fraudulenter dolo mato id, quod laudem affert, subtrahitur, obscuratur, occultatur.* 83. ἂν erat. Res ipsa docet, requiri ἀνὰ, quod per ἀν' scribi solet. 84. ἀϋτᾶς primus Morell. emendavit. Ante corrupte αὐτᾶς.

79, 80. *Studium rerum honestarum,* quod gloriam affert, quo gloria paratur, *clam cedit lucri cupiditati.* Vides Αἰδῶ dici pro φιλοτιμία, [ut *Pudor* Horat. i. 24. C. S. 54. *Ex Schedis.*] quæ conjuncta est cum *verecundia et pudore,* ne sumtibus parcere videamur in studiis honestis. κλέπτεται pro νικᾶται ὑπὸ κέρδους, quia ὑπόκρυφα, *clanculum,* fit, ne alii animadvertant, *lucri studio,* h.e. ut ne expensas in eas res faciamus, *vincuntur studia honesta.*

80. *Chromio si adstares in præliis, in discrimine pugnæ animadverteres, quod gloriæ studium cum armat, instruit, ut vim hostilem propulset.* ἔκρινας ἀνὰ κίνδυνον ὀξείας ἀϋτᾶς, οὕνεκεν κείνα θεὸς, ἡ Αἰδὼς, (φιλοτιμία) ἔντυεν αὐτοῦ Θ. α.

82 sqq. Idem color Pyth. i. 147. Præcipuam virtutis gloriam consequutus est Chromius in pugna ad Helorum, ad Syracusas in austrum. Facta hæc pugna esse debuit paucis annis ante Gelonis principatum primo Gelæ, tum Syracusarum, qui ab Ol. lxxii. 2. computari solet. Hippocrates, Gelæ tyrannus, aliis vicinis civitatibus subjugatis, bello quoque petitos Syracusanos vicerat, Gelone equitatui præfecto: Herodoto auctore vii. 154. et, in Excerptis libri xx. Diodoro p. 558. tom. ii. Wessel. Factam pugnam ad Helorum fl. e. Timæi libro x. docet Schol. ad h. l. In ea insignis fuit opera Chromii. [Vix tamen hanc cladem Syracusanorum memorare potest: nisi f. Chromius alâ equitum victor fuit. Debet esse prælium cum Carthaginiensibus, ut in Schol. *Ex Schedis.*]

Δ. ή.

Οὔνεκεν ἐν πολέμῳ κεί-
να θεὸς ἔντυεν αὐτοῦ
Θυμὸν αἰχματὰν, ἀμύνειν
Λοιγὸν Ἐνυαλίου.
Παῦροι δὲ βουλεῦσαι, φόνου
Παροδίου νεφέλαν
Τρέψαι ποτὶ δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας
Χερσὶ καὶ ψυχᾷ, δυνατοί. λέγεται μὰν
Ἕκτορι μὲν κλέος ἀν-
θῆσαι Σκαμάνδρου χεύμασιν
Ἀγχοῦ. βαθυκρήμνοισι δ' ἀμ-
φ' ἀκταῖς Ἑλώρου,

Δ. θ'.

Ἐνθ' Ἀρείας πόρον ἄνθρω-
ποι καλέοισι, δέδορκε
Παιδὶ τοῦτ' Ἀγησιδάμου
Φέγγος ἐν ἁλικίᾳ
Πρώτᾳ. τὰ δ' ἄλλαις ἀμέραις

91. ποδὶ omnes vett. Primus emendavit ποτὶ Steph. Scholia docere poterant. Interpunxi post ψυχᾷ cum Pauwio et Schol. 97. Ἀρείας πόρον. Ignotus est, quis ille sit. Etiam Schol. incertum esse ait, utrum Ἀρείας, an Ῥείας, an Ἀριάσπορον sit legendum. Schmid. edidit ἀρειᾶς ab ἀραῖς, *minarum* (Pœnorum, nam fuere in Schol. qui pugnam cum Pœnis factam esse putarent) *trajectum*. 99. Τοῦθ' Ἀγησιδάμου Mingarell. emend. sed est Dorjcum Ἀγ.

85. οὔνεκεν est pro ὅτι. Non, ut redditum video, çujus rei caussa. [Hanc notam Heynius delevit.]

86. Æschyl. vii. ad Theb. 411. τὸν Αἰσχύνης θρόνον Τιμῶντα καὶ στυγοῦνθ' ὑπέρφρονας λόγους. *Ex Schedis.*]

89. Παῦροι δὲ δυνατοί εἰσι βουλεῦσαι, (ὡς) τρέψαι. *possunt consilium inire ad—.*

[92. pro: quemadmodum—, ita—. *Ex Schedis.*]

98. δέδορκεν, *illuxit, irradiavit*, ut Olymp. i. 152. Mox φέγγος est κλέος.

101—103. Forte non est: *alia alio tempore commemorabo;* etsi defendas simili loco Pyth. xiii. 146. verum: *alia aliis diebus*, alio tempore, *partim terra partim mari gesta commemorare possim,*

Πολλὰ μὲν ἐν κονίᾳ
Χέρσῳ, τὰ δὲ γείτονι πόντῳ, φάσομαι.
Ἐκ πόνων δ', οἳ σὺν νεότατι γένωνται
Σύν τε δίκᾳ, τελέθει
Πρὸς γῆρας αἰὼν ἀμέρα.
Ἴστω λαχὼν πρὸς δαιμόνων
Θαυμαστὸν ὄλβον.

Δ. ί.

Εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολ-
λοῖς ἐπίδοξον ἄρηται
Κῦδος, οὐκ ἔτ' ἐστὶ πόρσω
Θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς
Ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν.

106. ἰὼν Ald. Rom. sed emendavit Crat. puto ex Schol. Est iterum ἡ αἰὼν, ut sup. Pyth. v. 8. ἀμέρα ab ἄμερος, ἤμερος, non, ut unus ex Schol. ab ἡμέρα, dies, etsi vel sic magnifica sententia procedit, aliena tamen. ἀμέρᾳ vitiose Ald. 111. οὐκ ἔτ' vitiosum esse in promtu est, et metro monente, et sequente altero ἔτι. Schmid. conj. οὐκ αὖτ'. Pauw. οὐκ ἔξεστι vel οὐκ ἔνεστι. Supra Pyth. x. 42. in simili fere sententia οὔπω erat. Possunt alia substitui. πρόσω Ald. vitiose.

commemoranda habeo. φάσομαι pro φαίην ἄν. [Immo: aliis quoque—non nego, concedo, φημί. Attamen maxime delectant, maxima gloria provenit ex juvenilibus. *Ex Schedis.*] Mox σύν τε δίκᾳ, ut nunc interpungitur: *quæ gesta sunt in juventute et in caussa justa.* Mira hæc ἀκρίβεια in laudibus potentium hominum! Fuisse putabam a Pindaro profectum: ἐκ πόνων δὲ, οἳ σὺν νεότατι γένωνται, σύν τε (l. σύν γε) δίκᾳ τελέθει πρὸς γῆρας αἰὼν ἀμέρα. *jure meritoque jucunda fit vita.* Pyth. ix. 170. αἰνεῖν—παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ. Sentio tamen inesse sic quoque aliquid otiosi; et τε post σὺν revocat me. An fuit σὺν τύχᾳ? *cum successu.* ut Isthm. viii. 149. ἀγὼν σὺν τύχᾳ.

104. σὺν νεότητι pro ἐν, Mingarell. *juvenili audacia.* ergo et σὺν δίκᾳ pro ἐν δίκᾳ, δικαίως.

107. Junge ἴστω λαχὼν, pro σὲ λαχεῖν. Nota forma passim illustrata, nuper a viro doctiss. Scheidio de Analog. Gr. L. p. 463. *Sciat is, cui vitæ illa jucunditas obtingit, se consequutum esse mirabilem felicitatem divinitus.* Nisi ad Agesidami filium, v. 99. Chromium referre placet. [Certe et 109. εἰ γὰρ ille—. *Ex Schedis.*]

111. οὐκ ἔστιν, οὐ δυνατόν ἐστιν, αὐτὸν θνητὸν (ὄντα) ἐφάψ. De formula loquendi cf. sup. ad Ol. iii. extr.

Ἀσυχίαν δὲ φιλεῖ
Μὲν συμπόσιον· νεοθαλὴς δ' αὔξεται
Μαλθακᾷ νικαφορία σὺν ἀοιδᾷ.
Θαρσαλέα δὲ παρὰ
Κρητῆρα φωνὰ γίνεται.
Ἐγκιρνάτω τίς μιν, γλυκὺν
Κώμου προφάταν·

Δ. ιά.

Ἀργυρέαισι δὲ νωμάτω φιάλαισι βιατὰν
Ἀμπέλου παῖδ'· ἅς ποθ' ἵπποι
Κτησάμεναι Χρομίῳ
Πέμψαν θεμιπλέκτοις ἅμα
Λατοΐδα στεφάνοις
Ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶνος. Ζεῦ πάτερ,
Εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν κελαδῆσαι

114. Ἡσυχία Crat. in marg. ex Schol. ed. Rom. sphalmate. Scriptum esse debuit Ἀσυχία. 121. νομάτω vett. edd. Emendavit Morell. et Steph. præeuntibus Scholiis. 125. Pro ἀμφὶ, ἅμα cum Schmidio et Pauwio ex Schol. esse legendum, metrum iambicum et sententia suadet.

114, 115. *Ut convivium decet hilaritas, sic victoriam hymnus.* Sententias autem ita attemperavit: *Convivium desiderat jucunditatem,* nam ἡσυχία h. l. synonymum *lætitiæ, hilaritatis; at recens victoria augetur* (victoria pro sensu victoriæ, gaudium ex illa) *jucundo cantu. Fit autem cantus tanto alacrior, si crater apponitur. Hunc igitur statuat aliquis:* γλυκὺν κώμου προφάταν, *propinatur* ὄντα τοῦ ὕμνου, cum in convivio propinatur ante hymnum exordiendum. Non vero mirum, hymnos in victores non modo in pompa cani solitos, sed repetitos quoque esse inter epulas.

123. In Pythiis Sicyone ἄθλα φιάλαι ἀργυραῖ. conf. Nem. x. 80.

128. Sic nunc reddo: *utinam hanc victoriam* (ἀρετὴν, ut sæpe,) *carmine celebrem* σὺν Χάρισι, *faventibus Gratiis* (pro Musis), καὶ τιμαλφεῖν λόγοις [*carmini huic. Ex Schedis.*] νίκαν ὑπὲρ πολλῶν, *et utinam consequar victoriam,* h. præstem carmine aliis, laudando ex merito: nam hoc est ἀκοντίζειν ἄγχιστα σκοποῦ Μοισᾶν, de laudibus justis et ex re et facto petitis, non immodicis nec tenuibus. Hæc jam sæpe vidimus, ut modo Nem. vi. 45. sq. [At τιμαλφεῖν est alias τιμᾶν ut Æschyl. Eumen. 623. 804. Estne *ornare* victorem s. *victoriam laudibus? Ex Schedis.*]

Σὺν Χαρίτεσσιν, ὑπὲρ
Πολλῶν τε τιμαλφεῖν λόγοις
Νίκαν, ἀκοντίζων σκοποῦ
Ἄγχιστα Μοισᾶν.

131. νικᾶν vett. edd. et olim quoque librorum partem hoc habuisse, Scholia docent: τιμαλφεῖν τε λόγοις (ἀρετὰν) ὑπὲρ πολλῶν νικᾶν. Verius tamen νίκαν cum Crat. et Steph. ac Schmid. Pauwioque legitur, ὑπὲρ πολλῶν scil. ἄλλων Chromium celebrantium. De futuro Como hæc a v. 128. idem Pauw accipit. quidni de præsenti hoc? κελαδῆσαι habet locum τῷ κεκελαδηκέναι. νίκαν etiam Scholiastæ legebant, sed alter νίκαν ἀκοντίζων jungit, alter ἀκοντίζων Μοῖσαν invenerat: quod nescio an Pindaricum sit. Nec videtur ἀκοντίζειν, βάλλειν, ἔπεσσι, Μοῦσα ipsa dicenda esse. Sed σκοπὸς Μουσᾶν expeditum sensum habet.

NEMEA.

ΕΙΔΟΣ ί.

ΘΕΙΑΙΩ ΠΑΙΔΙ ΟΥΛΙΟΥ,

ΠΑΛΑΙΣΤΗ.

ARGUMENTUM.

COMMEMORAT plures de Argis fabulas, quas tractare possit tanquam παλαιὰ Argivorum κλέα, tandemque in victore subsistit. — 39. Ejus victorias commendat, optatque tandem, ut etiam Olympicam consequatur. — 68. Inde laudes victorum ex ea gente, — 90. in quibus Pamphaes fuit, ad quem Dioscuri deverterunt; quibus memoratis ad fabulam de Dioscuris ipse devertitur.

Σ. α'. Κ. ιά.

ΔΑΝΑΟΥ πόλιν, ἀγλαο-
θώκων τε πεντήκοντα κορᾶν, Χάριτες,
Ἄργος, Ἥρας δῶμα θεοπρεπὲς, ὑ-
μνεῖτε. φλέγεται δ' ἀρεταῖς

Thiæus, Uliæ f. Argivus, victor Hecatombæis, qui Junoni Argis celebrabantur ludi. 1, 2. ἀγλαο- θρόνων Schol. præfixum habet interpretamentum. Sic εὔθρονος, ὑψίθρονος. pertinet ad dignitatem, genus regium vel divinum, ut ἄνασσα.

4. ἀρεταῖς, argumentis laudum, decoribus.

Μυρίαις, ἔργων θρασέων ἕνεκεν.
Μακρὰ μὲν τὰ Περσέος ἀμ-
φὶ Μεδούσας Γοργόνος.
Πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατῴκισθεν ἄστη
Ταῖς Ἐπάφου παλάμαις.
Οὐδ' Ὑπερμνήστρα παρεπλάγχθη, μονό-
ψαφον ἐν κολεῷ κατασχοῖσα ξίφος.

Α. ά. Κ. ιά.

Διομήδεα δ' ἄμβροτον
Ξανθά ποτε Γλαυκῶπις ἔθηκε θεόν.
Γαῖα δ' ἐν Θήβαις ὑπέδεκτο, κεραυ-
νωθεῖσα Διὸς βέλεσι,
Μάντιν Οἰκλείδαν, πολέμοιο νέφος.
Καὶ γυναιξὶν καλλικόμοι-
σιν ἀριστεύει. πάλαι
Ζεὺς ἐπ' Ἀλκμήναν Δανάαν τε μολὼν τοῦ-
τον κατέφανε λόγον.

6. τὰ Περσέος metrum choriambicum postulat. Erat Περσέως. At Schmidius reliqua cola æmulatus, etiam τοῦ Π. rescribebat; est tamen syzygia trochaica. 8. Laborat haud dubie metrum. Schmidius: πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατάκτισθεν ἄρ' ἄστη. Sed ἄκτ pro brevi positum vix admittas. Pauw: Αἰγύπτῳ καλὰ ᾤκισεν ἄστη sc. Argos, quæ et verss. sqq. 17, 18. intelligenda. Fuit, puto, πολλὰ δ' Αἰγύπτοιο κατῴκισιν ἄστη. 10. παρεπλάχθη Ald. conf. ad Ol. vii. 57. παρεπλάγθη vitium ed. Oxon. 16. Ὀϊκλείδαν etiam hic intempestive vulgo ante Schmid. 19. Ἀλκμάναν ediderant. At alibi Ἀλκμήναν, ut et in Theocrito. Syllabam in fine deficientem bene explevit Schmidius: τοῦ - τον κ. λ. Pauw vel sic vel τόν- δε. *hanc famam, laudem, declaravit.* Erat—μολὼν 20. τὸν κατέφανε λόγον.

6. μακρὰ, πολλὰ, *longam narrationem præbent.*

[9. v. Apollodor. ii. 1. 54. Ex erroribus Io venit in Ægyptum et Epaphum h. Apin gignit: qui ex Memphi, filia Nili, suscipit Libyam et condit Memphin. *Ex Schedis.*]

10. Hypermnestra sola sponsum non jugulando, μονόψαφον ξίφος ἐν κουλιῷ κατασχοῦσα (h. μόνη. Etiam Æschylus Suppl. 378. voce sic utitur.) rectum tenuit. Mox 16. Amphiaraus pugnator πολέμοιο νέφος, *pugnæ procella.*

[20. λόγον, ἔπαινον. *Ex Schedis.*]

Πατρὶ δ' Ἀδράστοιο Λυγκεῖ τε φρενῶν
Καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκᾳ.

Ε. ά. Κ. ιβ'.

Θρέψε δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύ-
ωνος. ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος
Ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν.
Ἐπεὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις
Τηλεβόας ἔναρέν, οἱ
Ὄψιν ἐειδόμενος
Ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐσῆλθεν,
Σπέρμ' ἀδείμαντον φέρων
Ἡρακλέος· οὗ κατ' Ὄλυμπον
Ἄλοχος Ἥβα Τελείᾳ

23. Θρέψεται δ' Ald. Θρέψε δ' Rom. et seqq. Schmidius interpolavit metrum primorum colorum epodi: et hic v. 23, 24. Θρέψε τὰν δ' αἰχμὰν Α. etc. Quid Oxonienses spectarint in Θρέψιν δὲ, me fugit. Metricum (τὸ ά, ἐπιχοριαμβικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. τὸ β, Ἰωνικὸν δίμετρον καταληκτικόν.) sequitur Pauw: Θρέψε δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύ-ωνος· ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος. [v. Hermann. ad Orph. p. 788. sq. *Ex Schedis.*] 26. Vulgo ἐπεὶ καὶ ἐν. καὶ sensui et metro adversum expunxerat jam Schmidius, probante Pauw. Porro scribas licet χαλκοῖς. quorsum enim χαλκέοις, ut synizesis fiat? Post γενεὰν sententiam finimus. 27. ἔναρεν. τί οἱ Ald. et Rom. Emendavit Ceporinus: ἔναρέν, οἱ, quem sequutus est Stephanus et Oxonienses, codicum lectionem exhiberi sic arbitrati. At Schmidius ad Ritterhusii voluntatem ἐναρόντι ex vetere lectione refinxit. Pauw conjicit fuisse olim lectum ἔναρέν τοι pro ἔναρέν γ' οἱ cum falcro. Præstat cum Mingarello, continuata sententia ad ἔναρεν, τῷ refingere.

21, 22. [sc. τὸ Ἄργος. *Ex Schedis.*] Ad Argos referendum et ad discordiam inter Talaum et Lynceum, qui Danao socero successerat: quos *composuerunt*, amicitia junxerunt, *Argivi ad justi normam*, (σὺν) δίκᾳ εὐθείᾳ. Dixit καρπὸν φρενῶν, φρένας καρπίμους, εὐκάρπους, pro *mente matura, prudentia*. Ad rem cf. Nem. ix. 35.

23. *Aluit quoque Argos Amphitryonem pugnatorem.* Sic αἰχμὰ inf. Isthm. v. 42.

24. *Jupiter venit in ejus domum; ejus familiæ insevit Herculem.*

31. Interpungi potest: οὗ κατ' Ὄλυμπον ἄλοχος Ἥβα, Τελείᾳ παρὰ ματέρι βαίνουσ-σ', ἔστι, κάλλιστα θεῶν. *cujus uxor Hebe est, dea pulcherrima, assidens, pædedros Junoni.* Ut nunc est, erit παραβαίνουσά ἐστι pro παραβαίνει, πάρεστι. De epitheto Τελείας, *pronubæ*, nunc non laboramus; illustrarunt multi, etiam Ruhnken. ad Timæum p. 224.

Παρὰ μάτερι βαίνοι-
σ' ἔστι, καλλίστα θεῶν.

Σ. β'. Κ. ιά.

Βραχύ μοι στόμα πάντ' ἀνα-
γήσασθ', ὅσων Ἀργεῖον ἔχει τέμενος
Μοῖραν ἐσλῶν. ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀν-
θρώπων βαρὺς ἀντιάσαι.
Ἀλλ' ὅμως εὔχορδον ἔγειρε λύραν,
Καὶ παλαισμάτων λάβε φρον-
τίδ'. ἀγών τοι χάλκεος
Δᾶμον ὀτρύνει ποτὶ θυσίαν Ἥ-
ρας ἀέθλων τε κρίσιν·
Οὐλία παῖς ἔνθα νεκάσαις δὶς ἔ-
σχεν Θειαῖος εὐφόρων λάθαν πόνων.

40. πάλης ἄθλων Schmid. perperam pro παλαισμάτων. 42. Metrum syllabum desiderat. ποτὶ τὰν θυσίαν Schmidius. Elegantius Pauw: ποτὶ βουθυσίαν. 44. Ἀλία et in argumento Ἡλίου Ald. 45. Etiam εὐφρόνων olim lectum ex Schol. patet, h. εὐφραντικῶν. Sed εὐφόρων exquisitius. *faciles labores*, ubi victoria celeriter obtigit: exponit Pauw. immo omnino *felices*. conf. Nem. vii. 107. sq.—46. Vulgo accip. πόθ' pro ποτὶ, πρὸς, Ἕλ-.

35. Βραχύ μοι στόμα. Nec potest esse h. l. *facultas poetica*, nec, ut oppositum sit, *dictio grandis et magnifica*, (ut cum Horatio Pindarus *ruit ore profundo*; vel ut *os magna sonaturum*;) sed aut vox aut oratio non sufficit ad omnia exponenda, h. e. *angustum nimis carmen* mihi est ad exponendum, ἀναγήσασθαι, ὥστε διηγήσασθαι, [Ol. ix. 120. *præire, enarrare. Ex Schedis.*] quot *decora, laudes, memorabilia* laudum argumenta (ἐσλὰ) Argos habeat. Idem Isthm. i. 87. hæc ἀφαιρεῖται βραχὺ μέτρον ἔχων ὕμνος.

37. κόρος. *Est quoque invidia* in magnis laudibus *metuenda*. Ambigua est verborum junctura: acquiesco in huc: ἐστὶ βαρὺς πρὸς τὸ ἀντιάσαι αὐτῷ τινὰ vel τοῖς ἀντιάσασιν αὐτῷ. Usus infinitivi frequens, ut inf. 90. De voce v. ad Ol. ii. 173.

39. ad se. 40. λάβε φροντίδα h. μελέτην, de carmine, *meditare*, h. cane celebra cantu certamen luctæ, adeoque victoriam.

41. ἀγὼν χάλκειος propter clipeum pro præmio datum in his Ἡραίοις. v. sup. Ol. vii. 152. Pausan. ii. 24. cf. Spanh. ad Callim. l. p. 35. Mox victor periodicus vicit Ἕλλανα στρατὸν, *turbam concertantium*: vide sup. Pyth. xi. 75.

[45. εὐφόρων. l. propter successum. l. robur reddit victoriam facilem. *Ex Schedis.*]

A. β'. K. ιά.

Ἐκράτησε δὲ καί ποθ' Ἕλ-
λανα στρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μολὼν
Καὶ τὸν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ στέφανον
Μοίσαισί τ' ἔδωκ' ἀρόσαι,
Τρὶς μὲν ἐν πόντοιο πύλαισι λαχὼν,
Τρὶς δὲ καὶ σεμνοῖς δαπέδοις
Ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ.
Ζεῦ πάτερ, τῶν μὰν ἔραται φρενὶ, σιγᾷ
Οἱ στόμα. πᾶν δὲ τέλος
Ἐν τὶν ἔργων. οὐδ' ἀμόχθῳ καρδία,
Προσφέρων τόλμαν, παραιτεῖται χάριν.

E. β'. K. ιβ'.

Γνώτ' ἀείδω θεῷ τε

49. [malim τ' del. *Μοίσαισιν. Ex Schedis.*] 52. *νομῷ* Schmidius cum Didymo rescripsit, *in ditione Adrasti*: nam in ea Nemea fuit. Reliqui *νόμῳ*, quod et Schol. interpretatur, nec male, *ex Adrasti instituto*: qui primus ludos Nemeæ habuit, cum ad Thebas proficisceretur. Pauw cum Mingarello malit: Ἀδραστείῳ *νομῷ*, ut *ἐν δαπέδοις Ἀδρ. νομοῦ* sit. 55. *τῶν μὲν* vulgo adversus metrum. *τῶν γε μὰν* Schol. ad pr. carminis. unde Schmid. *τῶν μὰν* dedit, Pauw. etiam *τῶν μέν γ'*. 57, 58. Utrumque colon male affectum. Schmidius: Γνώτ' ἀείδω τὶν

46. *ἐκράτησε δὲ καί ποτε (κατὰ) τὸν Ἕ. σ., μολὼν τε (σὺν) τύχᾳ (ἐκράτησε) καὶ τὸν Ἰ. καὶ Ν. στέφανον, ἔδωκέ τε ταῖς Μοίσαισιν ἀρόσαι.* Accipiendum sic *ἀρόσαι* absolute, *ut jam esset ipsis, quo ararent agrum suum, et colerent*, ad proventum laudum, qui inde nasci et efflorescere debebat.—De agro Musarum revoca in animum P. vi. 2. N. vi. 56. *κρατεῖν τὸν στέφανον*, ut *νικᾶν* v. 9. parum tamen placet, cum præcesserit *κρατεῖν στρατόν*. Forte præstat interpungere: *τύχᾳ τε μολὼν καὶ, etiam, τὸν—στέφανον Μοίσαισιν ἔδωκ' ἀρόσαι, Τρὶς μὲν—Τρὶς δὲ* etc. *τύχᾳ.* plene Isthm. viii. 149. *σὺν τύχᾳ. fausto eventu, ut victor esset.* Isthm. iv. 52. *ἔστι καὶ ἀφάνεια τύχας, victoriæ. λαχών.* v. ad Nem vi. 106. [ter victor in Isthmiis, ter in Sicyoniis. *Ex Schedis.*]

53-61. Tacitis votis expetit victoriam Olympicam. 54. *Successus omnis certaminum* est *ἐν τὶν, παρὰ σοί.* 55. *οὐδὲ παραιτεῖται.* Grammatici volunt esse *αἰτεῖται παρὰ σοῦ.* At Pindarus ait: *premit sua vota: non autem deprecatur, refugit, decus ex* (Olympico) *certamine*

Χῶς τις ἀμιλλᾶται περὶ
Ἐσχάτων ἀέθλων κορυφαῖς.
Ὕπατον δ' ἔσχεν Πίσα
Ἡρακλέος τεθμόν. ἀδεῖ-
αί γε μὲν ἀμβολάδαν
Ἐν τελεταῖς δὶς Ἀθαναίων μιν ὀμφαὶ
Κώμασαν. γαίᾳ δὲ καυ-
θείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας
Ἔμολεν Ἥρας τὸν εὐά-
νορα λαὸν, ἐν ἀγγέων
Ἑρκεσιν παμποικίλοις.

Σ. γ'. Κ. ια'.

Ἕπεται δὲ, Θειαῖε, μα-

98. Hesiodi dictum erat: *μελέτη τοι ἔργον ὀφέλλει*. Lampon igitur *τιμᾷ*, *probat, laudat, id, continuo ipse se pugilatu exercens,* (*ὀπάζων μελέταν ἔργοις*) *et filios adhortans, φράζων, recitans, repetens dictum.*

104. *μέτρα κατίχων* videtur esse *tenaciter, perseveranter tuendo*, moderationem, æquitatem, servando. Non male Schmidius conj. subesse et in his aliud Hesiodeum: *μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον*.

105. Γλῶσσα—l. cum Schol. *οὐδὲν προπετῶς φθέγγεται*, l. consentit oratio cum animi sensu.

Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀεθληταῖσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις,
Χαλκοδάμαν ἀκόναν. πίσω σφε Δίρκας
Ἄγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι
Χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέ-
τειλαν παρ' εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις.

106. ἐν ἀεθληταῖσιν legi metrum jubet p. ἀθλη—. sicque Schmid. et Pauw. νὶν ἄνδρα vix sanum. v. Not. 108. Erat σ' interpositum, χαλκοδάμαντ' ἀκόναν. Jungenda tamen sunt Ναξίαν χαλκοδάμαν ἀκόναν. Similis lapsus sup. Nem. ix. 37. ubi ἀνδροδάμη Ἐριφύλη. Porro πίσω γε Etymol. M. in Πίσα. sed σφὲ, αὐτοὺς, *carmine Thebano irrigaba*. Mingarellus suspicabatur fuisse scriptum πίσα, h. e. ἐπότισα, *irrigavi*. Nam carmen jam est finitum. 111. παρ' εὐτειχέσιν legendum, cum ν, ut Pauw quoque monuit. εὐτυχέσι Ald.

106. *Dicat aliquis, eum virum esse idem inter athletas, quod est eos inter lapides;* eodem loco — quo — puto, quatenus acuit, alit, accendit aliorum studia. Non satisfaciunt Scholia in explicando νὶν ἄνδρα. Bene quidem memini usum crebriorem τοῦ μὶν et τὶν in Pindaro risum movisse Aristophani Avib. 931. et posse forte per appositionem dictum esse νὶν, τὸν ἄνδρα. Ferri tamen hoc in lyrico vix potest, cui otiosis vocabulis uti minime licet. Nec uti licet v. c. simili exemplo in Argonaut. Orph. 729. ὃν δὴ Καλλίχορόν μιν ἐπώνυμον οἱ καλέουσι. Est enim probabilius verba esse contaminata in hoc et illo. Si νὶν verum est, ἄνδρα est intrusum. Si ἄνδρα tenes, τὸν ἄνδρα scribam: φαίης κε τὸν ἄνδρ' ἐν ἀεθληταῖσιν ἔμμεν Ναξίαν—χαλκοδάμαν ἀκόναν. *acuentem alios ad studium pugilatus.* Vix tamen probabile sic νιν irrepsisse. Immo vero fuit: φαίης κέ νιν ἀνδράσιν ἀθληταῖσιν ἔμμεν N.

108. πίσω σφε Δίρκας ἁγνὸν ὕδωρ erit novum inventum, si est, *ego illis potandam præbebo aquam e fonte Musarum:* pro, *eos celebrabo.* Forte tamen est idem illud, quod jam aliquoties vidimus, sive *a libatione petitum:* ῥαίνειν εὐλογίαις sup. v. 30. κατασκέδνειν ἀοιδαῖς v. 13, 14. sive *ab irrigandis agris*, ut sup. v. 94. ἄρδειν Χαρίτων δρόσῳ. conf. Nem. vii. 90. sq. adeoque simili exemplo πίειν (διὰ τὸ) ὕδωρ Δίρκας σφε, (tres illos, patrem cum duobus filiis,) est *irrigare*, ut ποτίζειν. ῥοὰς Μοισᾶν dixerat N. vii. 17. Suaviter autem carmen Thebis factum comparat cum fonte Musis sacro, Dirce, ante Thebas.

ΙΣΘΜΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ζ'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗ ΘΗΒΑΙΩ,

ΠΑΓΚΡΑΤΙΩ.

ARGUMENTUM.

VETUSTIS Thebarum laudibus memoratis, subsistit in Strepsiadæ victoria Isthmiaca—27. tum in avunculo, qui in pugna occubuerat—53. redit inde ad victorem, e cujus successu voluptatem ipse capiens præsenti felicitate frui se velle asseverat.

Σ. ά. Κ. ή.

ΤΙΝΙ τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα,
Καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυμὸν τεὸν
Εὔφρανας; ἦ ῥα χαλκοκρότου πάρεδρον
Δαμάτερος ἀνίκ' εὐρυχαίταν
5 Ἀντειλας Διόνυσον; ἢ

Strepsiades Thebanus ex matre Diotimi filia avunculum habebat cognominem, qui in pugna occubuerat. v. inf. 34. sqq. et Not. ad 41.

1. Mirum vero, poetam, Corinnæ moniti oblitum, iterum, et multo magis quam Nem. x. non manu, sed ὕλῃ τῷ θυλάκῳ fabulas sevisse: v. Plutarch. de glor. Ath. p. 348. Fragm. Pind. pag. 44, 45. ὦ μάκαιρα Θήβη, *diva,*

Χρυσῷ μεσονύκτιον
Νίφοντα δεξαμένα
Τὸν φέρτατον θεῶν,

A. ά. K. ή.

Ὁπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις
Σταθεὶς ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς;
Ἢ ὅτ' ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς;
Ἢ ὅτ' ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν;
Ἢ Σπαρτῶν ἀκαμαντολογ-
χᾶν; ἢ ὅτε καρτερᾶς
Ἄδραστον ἐξ ἀλαλᾶς
Ἀμπεμψας ὀρφανὸν

E. ά. K. ή.

Μυρίων ἑτάρων ἐς Ἄργος ἵππιον;
Ἢ Δωρίδ' ἀποικίαν ἀνίκ' ὀρθῷ

11. Non respondet versus, quem Asynartetum prodit metricus, gemellis reliquorum colon. Schmidius refinxit v. 10. Ἡρακλείοισι γο- 11. ναῖς; ἤ ποτ' ἀμφὶ Τειρεσίαο βουλαῖς; Benedictus: ἢ ἀμφὶ Τειρεσία πυκιναῖσι βουλαῖς. Oxonienses ὅτ' tantum omisso colon restitui putabant: quod non assequor. Pauw trajectione facta; ἢ ὅτ' ἀμφὶ πυκιναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς restituit. Præstat sic ἢ ὅτ' ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς. Est ἢ ὅτ' una syllaba efferendum. 12. ὅτ' ejecit Schmid. Ita Benedictus quoque et Oxonienses versui consulendum censent. Sed ἢ ὅτ' in utroque versu in unam syllabam coalescit. Pauw mavult pro binis brevibus numerare. 17. Retinuerunt Oxonienses Schmidianam lectionem ad similium colon formam factam. Μυρίων ἑταίρων εἰς Ἄ. ἴ. ubique legitur, Pauw ait, recte in antispastico. 18. Laborat metrum. Vulgo ἠνίκ' ὀ.

dea. [5. ἢ (μάλιστα εὔφρανας) δεξαμένα —, ἑστώς —. *Ex Schedis.*] In v. 6, 7. *aureus imber*, cum quo ad Alcmenam venit, fidem facit, fabulam non aliunde esse natam, quam quod a vetere poeta adventus Jovis hoc ostento erat ornatus. Inde et natales Minervæ simili prodigio ornati Ol. vii. 64. 89. nec Jupiter primo aliter ad Danaen forte accessisse narratus, nisi aureo cum imbre, ut numen testatum fieret. Hoc postea poetæ aliis modis inverterunt.

9. σταθεὶς ἐν θυρέτροις, *ingressus ædes*, ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείαις γοναῖς. h. ἐπὶ τὴν γονὴν, γέννησιν, Ἡρακλέους. 11. ἢ (μάλιστα εὔφρανας θυμὸν τεὸν τότε) ὅτ' (εὔφρανας αὐτὸν) ἀμφὶ Τειρεσίαο βουλαῖς pro διὰ βουλῶν. βουλαὶ autem pro μαντεῖαι. v. ad Isthm. viii. 68. Mox 13. permutat cum casu secundo: Σπαρτῶν (ἕνεκα) pro ἀμφὶ Σπαρτοῖς.

18. Ægidæ, qui e Thebanis fuere,

Ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων, ἕλον δ' Ἀμύκλας
Αἰγεῖδαι σέθεν ἔκγονοι,
Μαντεύμασι Πυθίοις;
Ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὔδει
Χάρις, ἀμνάμονες δὲ βροτοί,

Σ. β'. Κ. ή.

Ὅ τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον
Κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκηται ζυγέν.

Aldus: *οὕνεκα ὀ.* Rom. *οὕνεκ' ὀ.* Cratandr. *ἠνίκ' ὀ.* ex Scholiasta, in quo est ὅτε. Ut metro subveniret, refinxit *ἠνίκα ἐῤῥῷ* Schmidius turpi cum hiatu. Excidit puto particula, cum esset *ἀνίκ' ἄῤ' ὀῤῥῷ*. 21. Aldus corrupte: Αἰδιῖσθαι, et olim nonnulli indocte Ἀργεῖδαι scripserant: v. Scholia, in quibus plura falso et inepte tradita Intpp. transversos egerunt. Αἰγιμίδαι novavit Schmidius, male, si quid usquam. Nam de Ægimio (de quo v. Pyth. i. 124. v. 96.) hic non agitur, sed de *Ægidis*, qui Heraclidas in Peloponnesum redeuntes sequuti sunt, cum hi Ægidas in partes vocare a deo jussi (hinc *μαντεύμασι Πυθίοις* v. 22.) in itinere per Bœotiam facto in sacrificantium cœtum incidissent, audivissentque Ægidas esse, quæ Thebanorum tribus erat. vid. sup. ad Pyth. v. 99. ibique Schol. ex Ephoro. Amyclis consederant Ægidæ. Potuit vel sic Spartæ tribus haberi Ægidarum, quam Herodot. iv. 149. memorat, ubi tamen a seriore quodam Ægeo, Theræ nepote, Œolyci filio, nomen accepisse traditur. conf. Pausan. iii. 15. pag. 245. 23. *ἀλλὰ γὰρ* jungo. Alii aliter. 25. *ὅ, τι* primum Cratandrina pro *ὅτι* emendavit. 25, 26. Ut vulgo hæc accipi video: *ὅ τι μὴ ἐξίκηται σοφίας ἄωτον ἄκρον, ejus rei, quæ non ad sapientiæ summum florem*

Heraclidis ad Peloponnesum occupandam proficiscentibus comites se adjunxerant, iisque in Laconica in ditionem redigenda operam præstiterant. v. sup. ad Pyth. v. 99. ibique Schol. ex Ephoro. Itaque Ægidæ *ἀποικίαν Δωρίδα Λακεδαιμονίων ἔστασαν* (nunc deæ Thebæ tribuitur, adeoque *ἔστασας*) *ἐν σφυρῷ, ἐπ' ἀσφαλοῦς, in tuto constituerant*: ut jam Lacedæmone Heraclidæ certas sedes haberent.

20. *ἕλον δ' Ἀμύκλας* proprie est accipiendum: *expugnarunt Amyclas*; nam vere id factum. v. Exc. ad Virgil. Æn. x. 564. Agrum Amyclæum Philonomo assignatum fuisse, præter Strabonem ex Ephoro tradiderat quoque Nicolaus Damasc. Exc. p. 445. Volebat pergere poeta: *enimvero hujus rei obscura est memoria, quia carmine non celebrata est.* Mutavit hoc in sententiam: *Ἀλλὰ γὰρ παλαιὰ χάρις, decus, fama.* ut sup. Isthm. iv. 37. De v. 25, 26. verborum junctura recte, puto, statuo: *ἀμνάμονές εἰσι βροτοὶ (ἐκείνου) ὅ τι μὴ (τὸ) ἄωτον ἄκρον σοφίας (præclara aliqua ars poetæ) ἐξίκηται ζυγὲν (ζυγεῖν, assequuta fuerit, ut innectat carminibus) κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖς*, pro *ἐνζεῦξαι ἔπεσιν. ζεῦξαι μέλος ἔργμασιν* dixerat Nem. i. 10. et *ζεῦξαι τέλος Χαρίτων* Isthm. i. 7. Ergo et *ζυγὲν* pro *ζυγεῖν τι ἔπεσιν*, et pro hoc *ἐπέων ῥοαῖς*.

Κώμαζ' ἔπειτ' ἄρ' ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ
Καὶ Στρεψιάδᾳ. φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ
Νίκαν παγκρατίου, σθένει
30 Τ' ἔκπαγλος, ἰδεῖν τε μορ-
φάεις· ἄγει τ' ἀρετὰν
Οὐκ αἴσχιον φυᾶς.

Α. β'. Κ. ή.

Φλέγεται δ' ἰοδοστρύχοισι Μοίσαις,
Μάτρωΐ θ' ὁμωνύμῳ δέδωκε κοινὸν θάλος,

pervenerit, ζυγὲν κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν, inclitis carminum fluxibus copulata, ut ζυγὲν participium sit: dura est oratio et sententia vix expedita. Accipiendum ζυγὲν est pro *ζυγεῖν*, et sensus est, quem in Nota apposui. *Obliterantur prisca decora* (παλαιὰ εἴδει χάρις,) nisi carmine celebrata fuerint. Ita videtur quoque accepisse verba usus inter Schol. ἀμνήμονες δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι γίνονται τούτου, ὅπερ ἂν μὴ τὸ τῆς σοφίας ἄκρον ἀπάνθισμα ἐπικαταλάβῃ καὶ ἐπαίνοις ἐπιζεύξῃ. 26. *ῥοπαῖς* in notis ab Oxon. excusum. Sed ἐπέων ῥοαὶ verum est. Sic Nem. vii. 17. *Μοισῶν ῥοαί. ζυγὲν* an *ζύγιν* pingas, nil interest. 27. *ἔπειτ' ἐν ἀ.* invexit editio Romana depravatum: quod et Schol. in suo repererat. Schmidius ex Aldina restituit *ἔπειτ' ἄρ' ἀ.* Potuisse depravationem nasci ex scriptura *ἔπειτεν* suspicatur Pauw. [*ἔπειτεν* Boeckh. Comment. pag. xiv. *Ex Schedis.*] 31. *μορ- φάεσσ'* Rom. cum Schol. Brubach. et Morell. Emendarunt Crat. Steph. *φυᾶς* recte de corporis specie accipit Pauw. cf. Ol. viii. 24, 25. Nem. iii. 32, 33. 33. *ἰο- δοστρύχοισι* præclara est Schmidii emendatio, quam metrum postulat. Vulgo ubique legitur Scholion: *ἰοπλοκάμοισι*. 34. *Πάτρωΐ θ'* Schmid. ut brevem syllabam haberet, quam metrum nec desiderat. v. Pauw ad v. 2. *δέδωκε* suspec-

27. *κώμαζε*. Vix commode ad Theben potest referri; multo minus ad Musam, quæ non est memorata. Saltem se alloqui videri potest, ut solet pro *κωμάσω*.—31. Grammatica ratio hæc esse videtur: *οὐκ αἴσχιον* (*nec minus, nec deterius*) *φυᾶς* (*quam corporis speciem*) *ἄγει* (*ἔχει*) *ἀρετὰν* (*virtutem animi*). Sane nunc sententia æquipollet, si idem dixeris: *ἀρετὰν οὐκ αἰσχίονα φυᾶς*, aut si ipse *ἀρετὰν* esset *οὐκ αἰσ- χίων φυᾶς*, animi pulcritudine æque commendabilis quam corporis.

33, 34. *Illustratur jam carminibus, et avi materni memoriam illustrat.* Hanc sententiam v. 33, 34. inesse necesse est; verum in altero versu laboramus. Debet esse junctura: Strepsiades *δέδωκε κοινὸν θάλος μάτρωΐ ὁμωνύμῳ*. Schol. *τῷ μήτρωϊ τὴν τῆς νίκης εὐδοξίαν καὶ ἡδο- νὴν παρέσχετο*. Bene; modo esset *κοινὸν κλέος*, aut si docuisset *τὸ θάλος* ita dici pro *gloria, decus*. Si itaque *τὸ θάλος* nunc pro *flore*, adeoque pro *decore, ornamento* dictum esse debet, nove ita dictum erit. Nam alioqui non occurrit dictum nisi de *fronde, ramo*. Supra i. 94. *ἔρνος* victor tenet manu. Potest etiam esse *corona frondea: hanc victor communicat avo*: *δέδωκε κοινὸν*, h.

35 Χάλκασπις ᾧ πότμον μὲν Ἄρης ἔμιξε·
Τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται.
Ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅς τις ἐν

tum habeo: est enim tenue, nec satis ad sensum idoneum. Forte δίδορκε fuit: *decus et splendor ex hujus Strepsiadæ ornamentis redit ad nomen et memoriam avunculi cognominis*, (Strepsiades etiam ille dictus) qui pugna cecidit: Nem. iii. f. *τὸν ἀπὸ Νεμέας δίδορκεν φάος, tibi lucet, affulget decus ex Nemea victoria.* Nem. ix. 98. δίδορκε παιδὶ Ἀ. φίγγος. v. Notam. Ceterum ante Schmid. omnes distinguebant: κοινὸν θάλος χάλκασπις. ᾧ π. 35. π. μὲν ἄρ' ἔμιξε Ald. 36. Τιμᾷ δὲ inter veteres aliqui legerunt ap. Schol. *τῇ δὲ τιμῇ τοῖς ἀγαθοῖς ἰσοῦται.* Dubitatur, ἀγαθοῖς sitne ex οἱ ἀγαθοὶ, an ex τὰ ἀγαθά. præstare hoc alterum; sic enim accommodatius esse ἀντίκειται, judicabant Pauwius et Mingarellus: *fortibus factis proposita est gloria.* 37. sq. Dolendum est, tam præclarum, qui sequitur, locum corruptelis esse contaminatum. Jungenda primum Ἴστω γὰρ σαφὲς (pro σαφῶς)—γενεᾷ μ. κ. αὔξων. Pauw propter concursum participiorum malebat αὔξειν. perperam. Nam alterum, per participium, est doctius. v. Not. v. 38, 39. νεφέλα et χάλαζα αἵματος de pugna, ut sup. Isthm. v. 63, 64. ubi etiam χαλαζάεις φόνος. Tum 39, 40. πρὸ φ. πρ. Schmid. perperam: nam ἀμύνεται (*propulsat*) τίς τι πρός τινος, *ab.* At colon 41. manifeste corruptum. ἀμύνων turpiter insedit locum vocabuli, quod vim habebat similem. Schmid. λοιγὸν ἐξελάων conjiciebat, non satis feliciter. Schol. habet: ἐναντίον φέρων ὄλεθρον τοῖς πολεμίοις. Eandem sententiam expresserat Nem. ix. 91. Pauw totum locum sic constituit: ὅς τις ἐν ταύτᾳ νεφέλα χαλα-ζᾶν αἵματος πρὸ φίλας Πάτρας ἀμείρεται, Λοιγὸν ἀρ' ἀμύνων (vel Λοιγὸν ἐξαμύνων) ἐναντίῳ στρατῷ Ἀστῶν, γ. Sunt quæ placeant: plura displicent. Mendum alieno loco quærere videtur. Pro ἀμύνων v. 41. requiritur voc. quatuor syllabarum, quod sensum habeat: *vicissim inferens perniciem* hostili exercitui: v. c. ἀντιτάγων, ἀντ' ἄγων, pro ἀντία, ἀντίον. Eo ducit Schol. ἐναντίον φέρων ὄλεθρον τοῖς πολεμίοις. Tum ἀστῶν omnes male jungere video cum superioribus; immo vero: αὔξων γενεᾷ μίγιστον κλέος ἀπὸ ἀστῶν, ζώων τε καὶ θανών. Etiam Schol. μέγιστον παρὰ τῶν ἀστῶν κλέος, *bonam*

e. *redundat victoris gloria in avum.* Hoc Catone si contenti sumus, carebimus proposita emendatione δίδορκε, inprimis cum hæc lectio, quod etiam Schneider sensisse videtur, aliam quoque mutationem requireret, φάος pro θάλος. Alias τὸ θάλος de *propagine, progenie* dicitur: verum et hoc alienum ab h. l. Mox 35. ᾧ πότμον Ἄρης ἔμιξε, παρίσχε, ἐπῆγε. 36. *Viris fortibus gloria in conspectu posita est.*

37. Ἴστω αὔξων. hæc perpetua junctura, pro Ἴστω ἑαυτὸν αὔξειν. Nem. ix. 107. Ἴστω λαχών. Ol. vi. 12. Ἴστω ἴσχων. Simile μεμνάσθω περισσίλλων N. xi. 20. et alia. Alibi est sine regimine, ut Nem. v. 87. αὔξειν autem iterum pro ἴσχειν de re magna ac præclara. Male autem Schol. de bello Peloponnesio cogitat. Respicit enim poeta antiquiorem pugnam; Marathonia intelligi nequit, nec magis Scolion nobile Ἰὼ Πὰν Ἀρκαδίας in Fragm. pag. 19. et ap. Brunck. Anal. tom. i. pag. 156. nam ei pugnæ Thebani non interfuere, uti nec ceteris prælliis cum Persis; quippe ipsi μηδίζοντες. Verum in nostro loco de bellis mutuis inter

Δαίμων δ' ἄϊσος. τὰ μακρὰ δ' εἴ τις
Παπταίνει, βραχὺς ἐξικέ-
σθαι χαλκόπεδον θεῶν
Ἕδραν· ὅ τε πτερόεις
Ἐρῖψε Πάγασος

E. γ'. K. ή.

Δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς
Ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν
Ζηνός. τὸ δὲ πὰρ δίκαν
Γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.
Ἄμμιν δ', ὦ χρυσέα κόμα
Θάλλων, πόρε, Λοξία,
Τεαῖσιν ἁμίλλαισιν εὐαν-
θέα καὶ Πυθοῖ στέφανον.

60. Δαίμων ἄϊστος vulgo legebatur. At δαίμων δ' ἄϊσος legendum esse cum Benedicto, post Pauwium nullus dubito. Jubet metrum, ducitque eo sententia et Scholion. Sed interpretationem nec Schmidii et Benedicti nec Pauwii probare possum. Longum esset singula persequi. v. Not. 61. sq. Sententiam hanc jam alibi ornavit, Ol. v. f. Pyth. x. 42. sqq. Nem. ix. 109-13. Isthm. v. 17, 18. Eandem Horatius imitatione expressit: *Immortalia ne spares* etc. *Cœlum ipsum petimus stultitia*, et al. βραδὺς conj. Schmidius; sed βραχὺς, μικρὸς, a Schol. bene expositum ἀσθενής. Vulgare esset: ἀνθενέστερός ἐστιν, ἢ ὡς etc. 63. ὅτε Rom. intulit; idque sequitur Schmid. esse dicens: *postquam, quandoquidem.* ὅτε Ald. et Crat. cum Schol. Diremi ὅ τε. sed verum puto ὁ δὲ σ. 65. οὐρανοὺς Ald. 68. Laudat Plutarch. aud. poet. 4. 71. τιαῖ una syllaba efferendum. Quidni igitur scribimus σαῖσιν? Mingarell. σαῖς ἐν. 72. Colon epionicum est mutilum. Schmidius Πυθοῖ scribebat; Pauw paullo elegantius Πυθόθι.

eum acerbus exitus manet. h. e. si quis conditionem, ut Bellerophon, quæ in hominem non cadit, appetit, malum is sibi arcessit. τὸ γλυκὺ πὰρ δίκαν est h. l. cupiditas, appetitio τοῦ γλυκέος stolida. [sine modo ac lege. *Ex Schedis.*] Vides me in loco, de quo nihil licet cum certa fide pronuntiare, modesti interpretis more apposuisse, quæ ex sermonis indole, Pindari more et sententiarum nexu assequutus eram.

ΙΣΘΜΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ή.

ΚΛΕΑΝΔΡΩ ΑΙΓΙΝΗΤΗ,

(ΠΑΓΚΡΑΤΙΩ.)

ARGUMENTUM.

Calamitate belli Persici liberatos hymnis applicare jubet animum in victoris honorem.—33. Consentaneum esse, ut Thebanus Æginetæ victori gratuletur victoriam, propter communem utriusque gentis originem.—45. Unde in fabulas Æacidarum excurrit, et subsistit in nuptiis Thetidis et Pelei—104. et in Achillis laudibus. — 133. Redit ad victorem, et primo ejus patruelem, et ipsum pugilem victorem, laudat—142. tum Cleandrum.

Διαίρεσις ά. Κ. κβ'.

ΚΛΕΑΝΔΡΩ τις ἁλικίᾳ τε λύτρον
Εὔδοξον, ὦ νέοι, καμάτων,

Cleander, Ægineta, Telesarchi f. (v. 3.), cum aliis victoriis nobilis, inprimisque Nemea, tum Isthmiaca, quam poeta celebrat, proxime a bello Persico et Xerxis

1—12. Ordinem verborum constitue sic: ὦ νέοι, ἰών τις ἀγυιρίτω παρὰ πρό- θυρον ἀγλαὸν πατρὸς Τελισάρχου, Κλεάνδρῳ ἁλικίᾳ τε λύτρον εὔδοξον καμάτων,

Πατρὸς ἀγλαὸν Τελεσάρχου
Παρὰ πρόθυρον, ἰὼν ἀγειρέτω
Κῶμον, Ἰσθμιάδος τε νίκας
Ἄποινα καὶ Νεμέᾳ
Ἀέθλων ὅτι κράτος
Ἐξεῦρε. τῷ καὶ ἐγὼ,
Καίπερ ἀχνύμενος
Θυμὸν, αἰτέομαι
Χρυσέαν καλέσαι
Μοῖσαν. ἐκ μεγάλων

copiis deletis: quo vss. 9. sqq. respici tradunt veteres Grammatici. Pancratio vicisse manifestum fit ex v. 145, 6. ad exemplum patruelis Nicoclis, qui et ipse pancratio Isthmia vicerat (v. 134. sq.). Abjudicat carmen Pindaro Dawes Miscell. crit. pag. 55. Sed v. ad calc. Odæ. 1. Κλεάνδρῳ et ἁλικίᾳ Rom. Crat. Brub. Κλεάνδρῳ Ald. et utrumque dativum Morell. restituit; idem ὦ νέοι primus distinxit; antea edebatur: ὠνέοι, quasi ab ὠνέω esset. Admodum contaminatum est mendis ultimum hoc carmen, deficientibus quoque ad v. 26. Scholiis. 4. συναγειρέτω Schmid. syllabas colorum respiciens, non metrum Iambicum. Benedictus: διεγειρέτω, quoniam Schol. ἐγειρέτω τὸν ὕμνον. [Heynius in textu comma post πρόθυρον delevit, posuit post ἰών.] 6. Prava erat, si Aldum excipias, omnium edd. et interpretum præter Benedictum interpunctio jam a veteribus recepta—καὶ Νεμέᾳ Ἀέθλων ὅτι κ. τ. λ. Etiam Pauw monuit.

ὅτι ἐξεῦρεν ἄποινά τε Ἰσθμίας νίκας καὶ κράτος ἀέθλων (ἐν) Νεμέᾳ. *Ducitor pompa victori: cui et ego hymnum ut condam, poscitur.* Jam sententiæ ornatæ sunt: *Juvenes, cogat aliquis pompam ad ædes victoris.* Male interpungitur v. 4. παρὰ πρόθυρον ἰὼν, ἀγειρέτω. Immo ἰὼν ἀγειρέτω τὶς κῶμον παρὰ πρόθυρον ἀγλαὸν Τελ. Pompa enim victorem deducit domum. Dicitur κῶμος λύτρον καμάτων, idem quod mox ἄποινον, *præmium, compensatio.* Sic Pyth. v. 142. λυτήριον δαπανᾶν. Nem. v. 88. μόχθων ἀμοιβά. Nem. x. 45. πόνων λάθαν. Ducenda pompa in honorem victoris Cleandri. Κλεάνδρῳ ἁλικίᾳ τι forte pro *robore juvenili*: est enim victor pancratio in certamine Isthmiaco et Nemeo. ἄποινα Ἰσθμιάδος νίκας, debebat sequi: καὶ Νεμέας: hoc extulit, καὶ ὅτι κράτος ἐξεῦρε ἀέθλων Νεμέᾳ. Junctura autem, ut nunc video, est: ὅτι ἐξεῦρεν ἄποινα Ἰσθμιάδος νίκας, καὶ κράτος ἀέθλων (ἐν) Νεμέᾳ. Tum τῷ, *in cujus honorem* poscitur a me, ut Musam invocem. αἰτέομαι, ut Horat. *Poscimur, si quid.*

12-25. *Magnis malis bellicis liberati, luctu objecto celebremus victorias ex certaminibus reportatas.* Extulit hæc poeta per varias inversiones. Primum subint. φυλάξομεν, βλέπωμεν, ὦ θυμὲ, ὅπως μὴ ἐμπέσωμεν, quæ nota ellipsis est et a multis illustrata, etiam a Valcken. ad Theocrit. i. 112. ἐμπεσεῖν ὀρφανίᾳ στεφάνων est dictum pro altero, *paremus novas victorias et hymnos*; ne scilicet incidant

Δὲ πενθέων λυθέντες,
Μή τ' ἐν ὀρφανίᾳ πέσωμεν
Στεφάνων, μή τε πάν-
δεα θεράπευε. παυ-
σάμενοι δ' ἀπρήκτων καπῶν
Γλυκύ τι δαμωσόμεθα
Καὶ μετὰ πόνον· ἐπειδὴ
Τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
Γε Ταντάλου λίθον παρά τις ἔ-
τρεψεν ἄμμι θεὸς,

Δ. β'. Κ. κβ'.

Ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθων. ἀλλ' ἐ-
μοὶ δεῖμα μὲν παροιχόμενον
Καρτερὰν ἔπαυσε μέριμναν.

13. πενθέων dissyllabum. 18. δαμωσώμεθα Ald. adverso metro. 21. Τοῦ Ταντάλου Schmid. propter antitheticos. Sed metrum est Iambicum. Τε Ταντάλου Ald. [23. ἀλλά μοι Boeckh. Comment. p. xv. *Ex Schedis.*] 24, 25. Erat δεῖμα μὲν παροιχομένων. Ita laborat verborum structura; nam deficit subjectum idoneum. Sane quidem ad ἔπαυσε substituit Schol. νίκη vel simile quid, alii θεὸς repetunt ex v. 22. ita saltem δεῖμα—καρτερὰν τ' ἔπαυσε μέριμναν copulandum erit; alii τὸ δεῖμα subjectum faciunt; sed ut commodus sensus exeat, cum Benedicto et Pauwio δεῖμα μὲν παροιχόμενον legendum est: *metus præteritus* (h. sublatus) *gravem levavit sollicitudinem.* Ita facere præstat; nec enim melius succedit, si μέριμναν de carminum pangendorum studio accipias, quod superiorum discriminum metus infregit.

Græci in obscuritatem, ἀδοξίαν. De modo loquendi conf. Muncker. ad Hygin. p. 115.—Nunc debebat sequi, *μήτε κάδια θερατεύωμεν, ne foveamus luctum, ne indulgeamus mœrori.*—Nova inde inversio, pro, *sed deposito luctu dulce carmen condamus;* dixit: γλυκύ τι δαμωσόμεθα. ἄπρηκτα κακὰ, luctus inutilis, ἀνωφέλητος λύπη, ut bene Schol. Idem tamen reliqua minus feliciter expedit. —v. 23. ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθων h. *ingentem, arduum.* Schol. ἀνυπομόνητον. (Sane τολμᾶν exponi potest per τλᾶν, *tolerare.* τόλμα τάδε Eurip. Hec. 326 333. Sed is a loco alienus significatus.) Scilicet ἄτολμον, *quod quis aggredi non audet.* 24. *Verum cum metu* malorum *dispulso abiit cura.* Pro δείματος παροιχομένου, μέριμνα ἐπαύσατο, dixit, δεῖμα παροιχόμενον ἔπαυσε μέριμναν. δεῖμα, quod antea μόχθος, πόνος.

Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον αἰεὶ
Χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν
Ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται,
Ἑλίσσων βιότου πόρον.
Ἰατὰ δ' ἔστι βροτοῖς
Σύν γ' ἐλευθερίᾳ
Καὶ τά. Χρὴ δ' ἀγαθὰν
Ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν.
Χρὴ δ' ἐν ἑπταπύλοι-
σι Θήβαις τραφέντα
Αἰγίνᾳ χαρίτων ἄωτον
Προνέμειν· πατρὸς οὔ-
νεκα δίδυμαι γένον-

26. Colon in fine laborat. Schmidius: *ἀρήϊόν ἐστ' ἀεί.* Pauw: *ἀρήϊόν γ' ἀὶ*, vel: *ἀρεῖόν ἐστ' ἀεί.* Saltem *ἀεὶ* præstare cum Mingarello dicam, ut gemelli omnes clauduntur. 29. *βίου* metrum requirit: quod reposuit Schmid. probante Pauwio. 32, 34. Duplex hoc *χρὴ* molestum est meo sensu. Priore loco vitiose Aldus: *καὶ ταόν· χρὴ δ' ἀ.* Potest substitui *δεῖ δ' ἀγαθάν.* In seqq. colis metra turbant vett. edd. 34. *ἰν* exciderat ed. Crat. 36. *Αἰγίνᾳ* media brevi mirationem facit. v. ad calcem carminis. 37, 8. Melanchthon distinguebat post *πατρὸς οὕνεκα*, hocque cum superioribus jungebat.

26. [Scholion ad v. 26 - 37. e Cod. Monac. v. in *Museum d. Alterth. Wiss.* 1. B. pag. 573. Nonnisi vulgaria habet. *Ex Schedis.*] *τὸ δὲ πρὸ ποδός.* conf. Nem. vi. 94. *melius est in re præsenti animum continere*, adeoque lætis, quæ se offerunt, frui, *in incerta hac rerum humanarum conditione*: hoc sic extulit: *ἐπικρέμαται ἀνδράσιν αἰὼν δόλιος ἑλίσσων βιότου πόρον. urget, instat, ἐπίκεισται, hominibus Tempus insidiose volvendo vitæ cursum*, (petitum a flumine) h. cæcos, incertos casus adducendo. *Occulto ævo* Horat. i. 12. 45. *Αἰὼν* tanquam persona, de *tempore*.

30. Concinit locus præclarus in Periclis oratione apud Thucyd. ii. 62. *καὶ γνῶμαι (δεῖ,) ἐλευθερίαν μὲν, ἣν ἀντιλαμβανόμενοι αὐτῆς διασώσωμεν, ῥᾳδίως ταῦτα ἀναληψομένην, ἄλλων δὲ ὑπακούσασι καὶ τὸ προσκεκτημένα φιλεῖν ἐλασσοῦσθαι* etc.

32, 33. cf. Fragm. Pind. pag. 61. xx. e Platone.

34. *Mihi vero etiam tanquam Thebano fas est carmine celebrare victorem Æginetam propter utriusque gentis cognationem*: quæ mythice ducitur ab Æaci filiabus, altera *Thebe*, altera *Ægina*, utraque a Jove amata, et pro parente ac præside altera Thebarum, altera Ægiuæ constituta. De his cf. sup. ad Nem. iii. pr. Ol. vi. 143. sq. v. Herodot. v. 80. Pausan. ii. 5. v. 22.

τὸ θύγατρες Ἀσωπίδων
Θ' ὁπλόταται, Ζηνί θ' ἅ-
δον βασιλῆϊ. ὁ τὰν μὲν
Παρὰ καλλιρόῳ
Δίρκᾳ φιλαρμάτου πόλιος ᾠ-
κισσεν ἀγεμόνα·

Δ. γ'. Κ. κβ'.

Σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν
Κοιμᾶτο, δῖον ἔνθα τέκες
Αἰακὸν βαρυσφαράγῳ πα-
τρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων· ὁ καὶ
Δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραι-
νε. τοῦ μὲν ἀντίθεοι
Ἀρίστευον υἱέες
Υἱέων τ' ἀρηΐφιλοι
Παῖδες ἀνορέᾳ
Χάλκεον στονόεν-
τ' ἀμφέπειν ὅμαδον·

39. θύγατρες Schmid. pro θυγατέρες. Contendit Pauw et alterum a metro admitti. 40. Θ' ante ὁπλόταται importunum est: aut delendum, aut cum γένοντο copulandum. γένοντό τε ἄδον τε Ζηνί. quod tamen durum. In fine coli metrum postulat syllabam; Ζηνί τε ἅ- Schmid. et Pauw effingunt; at cum hiatu. Fuit puto Ζηνὶ δέ θ' ἄδον. Nam digamma in hac voce non agnoscit Pindarus. 41 βασιλῆϊ omnes edd. βασιλεῖ qui legat, non invenio. βασιλέϊ Schmid. metri lege. Mox ὅ, ταν Aldus. ὅταν Rom. Emendavit Crat. 48. ὃς καὶ Brub. Morell. Steph. adverso metro. 52. Υἱῶν Schmid. alioqui synizesin in υἱέων admittebat.

[39. duæ, et natu minores, filiæ. *Ex Schedis.*]

45. σὲ δὲ, Ægina. in *Œnopiam*, antiquo nomine insulam Æginam: cf. Nem. iv. 75. Pausan. ii. 5. De amore Æginæ v. Ovid. Met. et Statius Theb. vii. 315. sq. κοιμᾶτο, παρεκοιμᾶτο.

48, 49. Attingit fabulam mihi ignotam; debuit aliquando Æacus arbiter sedere inter deos litigantes.

55. Æaci filii et nepotes ἀρίστευον (ἐν τῷ) ἀμφέπειν (σὺν) ἀνορέᾳ ὅμαδον χάλκεον στονόεντα.

Σώφρονές τ' ἐγένοντο πινυτοί τε θυμόν.
Ταῦτα καὶ μακάρων ἐμέμναντ' ἀγοραὶ, Ζεὺς ὅτ' ἀμφὶ Θέτιος ἀγλαὸς
Τ' ἐρίσας Ποσειδᾶν γάμῳ, Ἄλοχον εὐειδέα θέλων ἑκάτερος ἐὰν ἔμμεν. ἔρως γὰρ ἔχεν.
Ἀλλ' οὔ σφιν ἄμβροτοι τέλεσαν εὐνὰν θεῶν πραπίδες,

Δ. δ'. Κ. κβ'.

Ἐπεὶ θεσφάτων ἤκουσαν. εἶπε
Δ' εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις·

62, 63. θέλον- Σ' Schmidius pro ἐθέλοντο, ut verbum absolutum haberet: quod sententia desiderat. At inauditum est ἐθέλομαι. Lyricum decere duriorem rationem per participia ἐρίσας (ᾖν) (deb. ἐρίσαις) Pauw censet cum Oxoniens. Equidem haud vereor legere ἔρισαν; nisi Ποσειδᾶν pro vocativo habeas, ut scribas ἔρισας, *et tu, o Neptune, contendisti.* 63, 4. ἔμ- μεναι male Crat. c. Aldo. 64. ἴσχεν erat. ἔχεν haud dubie cum Schmidio legendum, ut anapæstum habeamus; monet etiam Pauw. 67. -των ἤκου- Molossus pro Choriambo: quod ferri vix potest, Pauwio quoque judice; emendat ille: θεσφάτων ἀκόησαν. ab ἀκοάω, nova forma pro ἀκούω. Cur non Schmidium audiebat multo elegantius emendantem: θεσφάτων ἐσάκουσαν? θεσφάτων ἆρ' ἄκουσαν Minga-

58. *Hæc*, has laudes ac virtutes Æacidarum, *recordati sunt dii*, (deorum cœtus) *cum de Thetidis nuptiis certamen inter eos esset, easque decreverunt Peleo*: ut v. 84. videbimus. conf. Apollon. iv. 791. sqq. Schol. Lycophr. 178. sq.—In 61. substitue ἔρισαν. cf. V. L.

65. ἄμβροτοι θεῶν πραπίδες sunt ipsi illi duo dii, Jupiter et Neptunus; ii destiterunt a consilio ducendi Thetidem.

67. Θέμις εὔβουλος fatidica; ut jam vidimus βουλὰς, *consilia*, pro *vaticiniis* dici: Isthm. vii. 11. πυκναῖς τειρισίαο βουλαῖς. Unde et εὔβουλος Nereus Pyth. iii. 162. et Themis jam Ol. xiii. 12. εἶπε δὲ, pro γὰρ, *vaticinata est.* εἶνεκεν, ὅτι πεπρωμένον ἦν, τὴν ποντίαν θεὸν τεκεῖν γόνον, ἄναικτα φέρτερον πατρός. Ad rem v. Æschyl. Prometh. 930. et Schütz. pag. 156. Prometheo tribuitur apud Quintum v. 338.—73. ὃς διώξει, pro κινήσει. fere ut Apollo fides Nem. v. 44.—75. παραμισγομέναν (ᾖ) Διΐ ἢ Διὸς ἀδελφοῖσιν, pro ἀδελφῷ, Neptuno. Mox 77. ex oratione obliqua fit recta.

Εἶνεκεν πεπρωμένον ἦν, φέρ-
τερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν
Ποντίαν θεὸν, ὃς κεραυνοῦ
Τε πρέσσον ἄλλο βέλος
Διώξει χερὶ τριό-
δοντός τ' ἀμαιμακέτου,
Διΐ μισγομέναν
Ἢ Διὸς παρ' ἀδελ-
φοῖσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν
Παύσατε. βροτέων
Δὲ λεχέων τυχοῦσα
Υἱὸν εἰσιδέτω θανόντ' ἐν
Πολέμῳ, Ἄρεϊ
Χέρας ἐναλίγκιον
Στεροπαῖσί τ' ἀκμὰν ποδῶν.
Τὸ μὲν ἐμὸν, Πηλέϊ θεύ-

rell. conjecit. [Hermann. de Dial. Pind. pag. ix. ἐπεὶ θεσφάτων ὕπ' ἄκουσαν. *Ex Schedis.*] 70. Deficiente syllaba ut antitheticis responderet versus, γόνον ἄρ' ἄνακτα inservit Schmid. γόνον γ' ἄνακτα Pauw, utpote in Iambico. πατέρος Mingarell. ut tertius pes iambici sit dactylus. 73. χερὶ cum Schmidio haud dubie scribendum pro χειρί. 75. Ζηνὶ refinxit Schmid. propter antitheticos. Antispastum hic a pyrrhichio incipere ait Pauw. 76. παρ', scil. jungenda: ἢ Διΐ παραμισγομέναν ἢ Διὸς ἀδελφοῖσιν. (pro uno ἀδελφῷ, Neptuno.) Esset tamen lenius παρ. ἢ Διός παρ ἀδελφοῖσιν. Assentitur quoque Mingarellus. Præclare mox oratio Thetidis obliqua in rectam transit. 79. λεχέων dissyllabum. Nisi malis antispastum esse pentesyllabum. τυχοῦσα. deb. τυχοῖσα. 82. χεῖρας erat. χέρας ad metrum cum Schmidio legere etiam Pauw jubet. 84. Πηλεῖ θεά- Ald. Πηλεῖ θεό- Rom. Crat. Brubach. quod nec improbandum censet Pauw, ut dactylus pro tribrachy sit in metro trochaico. Πηλεῖ θεό- Morell. Steph. Ita θεο una syllaba pronuntiandum. Optime Πηλέϊ θεύ- μοιραν Schmidius, adstipulante quoque Pauwio.

78. sq. Habeto virum mortalem, e quo susceptura est, fatali necessitate, filium patre præstantiorem; at ille non immortalis erit; quin præmatura morte occumbet.

84. Usu loquendi sic constituenda esse videntur: (κατὰ) τὸ μὲν ἐμὸν, κατ' ἐμὲ, *mea sententia*, (δεῖ) ὀπάσαι. — 86. φασὶ, τὸ πεδίον Ἰωλκοῦ τρέφειν αὐτὸν τὸν εὐσεβέστατον, h. e. αὐτὸν εἶναι εὐσεβέστατον.

μοιρον ὀπάσαι γάμου Αἰ-
ακίδᾳ γέρας, ὅν
Τε εὐσεβέστατόν φασ' Ἰαωλ-
κοῦ τράφειν πεδίον.

Δ. έ. Κ. κβ'.

Ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐθὺς
Χείρωνος αὐτίκ' ἀγγελίαι·
Μηδὲ Νηρέως θυγάτηρ νει-

85. Colon antispasticum ægrotat. Schmidius ad reliquorum numeros: ὅπασε. ut sit: *meum votum jam destinavit Peleo has nuptias.* Scilicet τὸ ἐμὸν accepit νόημα, vel φρόνημα. Bened. Τὸ μὲν ἐμόν, (*quod ad me attinet, equidem*)—ὅπασα. Sed bene se habet vulgata: *Mea quidem sententia est, Peleo conciliare*, ut Peleo procemur has nuptias: ut πασαι γα loco tribrachyos sit. Pauwius transponit:—μοιραν γάμου ὀπάσαι Αἰ-. 87. Versus vitio laborat haud uno: primo τε ἰὼ—hiatu; tum φάσ' correpte, cum syllaba producta sit. Pro τε, καὶ Schmid. Pauw vel φὰν emendare jubet, vel, quod ipse mavult, Τί φασιν εὐσεβέστατον Ἰωλ-. Sive Ἰωλκὸς scribas, sive Ἰαω- una syllaba pronunties, idem est; sic sup. Pyth. iv. 137. Nem. iii. 58. 88. τραπεῖν emendatio est Oxoniensium, a Benedicto mutuata, ut sit πεδίον Ἰ. pro urbe Iolco, quam *evertit* Peleus, secundum Nem. iv. 88. sed ibi v. 90. προστραπὼν plane alio sensu positum. Constans lectio est τράφειν, eaque ad sensum bona: *quem alit Iolci solum*, sc. mons Pelius in vicinia urbis situs. τραφεῖν, quod Oxonienses laudant, nusquam occurrit; τράφειν est Æolicum, i. e. antiquum, pro τρέφειν. Alias licet τράφειν vel τραφὶν scribere, pro τραφεῖν. 89. ἀφθίτου—Χείρωνος conj. Benedictus, nisi sit antrum ἄφθιτον propter incorruptam Chironis disciplinam, *purum, intemeratum.* Ita et Pauw cum aliis. Durum vero. Mihi sic videtur: aut antri naturam saxis montium excisi intelligit: quis enim non sentiat, antrum esse ἄφθιτον διὰ τὸ στερεὸν, a soliditate nativa: aut ἄφθιτος dictum est, ut Θεσπέσιος, ἀθάνατος, θεῖος, simpliciter in laudem, pro *eximius, præclarus*; ita antrum Chironis σεμνὸν dixit poeta Pyth. ix. 50. et iv. 410. ἄφθιτον στρωμνὰν de aureo vellere dixerat. At prior interpretatio facile firmatur usu Homerico, qui quæ *aurea*, adeoque ἄφθαρτα, sunt, appellat ἄφθιτα, ut scèptrum Agamemnonis β'. 46. ἴτυς χρυσείη radiorum rotæ E. 724. θρόνον Ξ. 236. ex ære δόμον ἄφθιτον Σ. 370. et δώματα χρύσεα ἄφθιτα αἰεὶ Iliad. v. 22. 91. Scribendum μηδὲ cum Morell. Steph. Mox in διχομηνίδεσσι

89. ἀγγελίαι ἰόντων, pro ἦτσαν, *perferatur statim nuntius ad Chironem.* 91. *Neque Thetis iterum esto caussa dissidii inter deos, et hac nocte statim nubat Peleo.* πέταλα νεικέων sunt *sententiæ diversæ dissidentium inter se.* Pro quacunque nocte laudat, ut poeta, noctem *sublustrem* luna dimidiata. ἐν διχομηνίδι ἑσπέρᾳ.—96. χαλινὸν παρθενίας. Vix cogitavit poeta de zona. Verum χαλινὸς est δεσμός. Si virginitas *solvitur*, potest etiam *vinculum*, nexus, ἄμμα, δεσμὸς, recte ei tribui.—99. Jupiter et Neptunus ἐπένευσαν.

κέων πέταλα δὶς ἐγγυαλιζέτω
Ἄμμιν· ἐν διχομηνίδεσσι
Δὲ ἐσπέραις ἐρατὸν
Λύοι κεν χαλινὸν ὑ-
φ' ἥρωι παρθενίας.
Ὣς φατο Κρονίδαις
Ἐννέποισα θεά.
Τοὶ δ' ἐπὶ γλεφάροις
Νεῦσαν ἀθανάτοι-
σιν. ἐπέων δὲ καρπὸς
Οὐ κατέφθινε. φαντὶ γὰρ συν-
αλέγειν καὶ γάμον
Θέτιος ἄνακτα. καὶ
Νέαν ἀνέδειξαν σοφῶν
Στόματ' ἀπείροισιν ἀρε-
τὰν Ἀχιλέος· ὁ καὶ Μύ-

ἐσπέραις male urgent plenilunium Intpp. Ornat poeta noctem; nihil amplius. 92. Reprehendit Galen. tom. iii. Opp. pag. 38. extr. ed. Basil. Pindari ὠκεανοῦ πέταλα pro fontibus, quod in deperdito carmine lectum esse debuit: ad hunc versum non spectat. πέταλα h. l. dicta sunt ut φύλλα, ψῆφοι, pro sententiis vel suffragiis. 94. δὲ ἐσπέραις. Nisi poeta per digamma extulit, fuit δέ θ' ἐσπέραις. 99. βλεφάροις Schmid. nec apparet, cur repente Dorismum damnaverit, jam ex supp. notum. 105. Mutilum colon; multo etiam magis apud Ald. νίαν δεῖξαν. Schmid. pulcre explet: Νεαρὰν ἔδειξαν. Pauw, etsi damnare nequit, tamen præfert trajecta voce: ἀνέδειξαν νέαν σοφῶν. 106. ἀπείροισιν ad metrum Schmid. et Pauw, cum esset ἀπείροις. Etiam Aldus στόμασ' πείροισιν. 107. Ἀχιλίος, pro Ἀχιλλέος, ad metrum Schmid. et Pauw emendarunt.

101. ἐπέων δὲ καρπὸς οὐ κατέφθινε. pro vulgari: *nec verba caruere eventu.* καρπὸς ἐπέων, *verborum effectus*, ut floris fructus est. οὐ κατέφθινε, *non decidit*, adeoque vigorem et vim habet. Schneider. in Vita Pind. p. 129. docte comparat Æschyl. vii. ad Theb. 625. εἰ καρπὸς ἔσται θεσφάτοισι Λοξίου. Et Eumenid. 717. μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι (τοὺς ἐμοὺς χρησμούς.)

102-8. ἄνακτα, *Peleum.* Narrant quoque Peleum una cum diis curasse properasse nuptias; Peleo nuptias Thetidis probatas esse.—105, 6. Pro vulgari: natus quoque est ex eo conjugio Achilles, dicta sunt: *et poetarum carmina juvenilem Achillis virtutem declararunt ignaris*, h. iis qui nondum audiverant.—107. ὃς καὶ, ὃς καὶ, *inter alia.*— De *Telepho* jam v. 52. memoraverat.

σιον ἀμπελόεν
Αἴμαξε Τηλέφου μέλανι ῥαί-
νων φόνῳ πεδίον·

Δ. ϛ'. Κ. κβ'.

Γεφύρωσέ τ' Ἀτρεΐδαισι νόστον,
Ἑλέναν τ' ἐλύσατο, Τροΐας
Ἵνας ἐκταμὼν δορὶ, ταί μιν
Ῥύοντό ποτε μάχας ἐναριμβρότου
Ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσσον-
τα, Μέμνονός τε βίαν
Ὑπέρθυμον Ἕκτορά
Τ' ἄλλους τ' ἀριστέας· οἷς
Δῶμα Περσεφόνας

111. Ἀτρειάδαισι vulgg. quod nullo modo defendi potest. Ἀτρεΐδαισι vel Ἀτρειδαισι Benedictus jam conjecerat. Nec ab Ἀτρεὺς aliud ducitur. cf. Eustath. p. 13. 112. Τροΐας Schmid. nam brevis requiritur, pro Τρωΐας. Post Τρωΐας interpungit Crat. 114. Editum erat ῥύοντό ποτ' ἐκ μ. Iterum ejeci ἐκ, quod jam sustulerat Schmidius, ut colon parilibus adaptaret. conf. Pauw. Τρώϊαι, seu Τρόϊαι, ἶνες, *nervi et robora belli*, ii, ad quos summa belli redibat, Memnon, Hector et reliqui ἀριστεῖς. Sed ῥύοντο suspectum est; vertunt: *avertebant eum.* Ab ἐρύοντο ductum esse non potest; si quidem ε sic in principio abesse non posset. Debet ἐρύοντο, ῥύοντο, ductum esse a ῥύομαι, *servo, tueor.* Hoc tamen priorem habet longam. Attamen ea etiam in versus Iambici capite recte locum obtinet. ῥύοντο, *retardarunt, obstiterunt.* Supra nos tenebat simili positum sensu ἐρυσάμενοι νόστον γλυκὺν, Nem. ix. 54. 115, 116. κορύσσον-τε Ald. Rom. sed emendavit Crat.

111. γεφύρωσε νόστον, *effecit reditum* Atridis: ut Troja capta redire possent. Similis vocis usus est in eo, quod, quæ transiri et permeari possunt, γεγεφυρῶσθαι dicuntur, Hesych. γεφύρωσε, διαβατὴν ἐποίησε τὴν ὁδὸν, et Polyb. γεφυροῦν τὴν διάβασιν. Sententia ipsa frequentata est poetis inde ab Homero Iliad. ω. 243. ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔστσθε κείνου τεθνειῶτος ἐναιρέμεν. et Horat. ii. 4. 12. — *ademtus Hector tradidit fessis leviora tolli Pergama Graiis.* — 113-118. ἐκταμὼν δορὶ Τρωΐας ἶνας, (*nervos, vires, Trojanorum*, h. e. *promachos*) Μέμνονός τε βίαν, ὑπέρθυμον Ἕκτορά τε, ἄλλους τε ἀριστέας, ταί (refertur ad ἶνας) μιν ῥύοντο (*sustinuerunt, repulerunt*) κορύσσοντα ἔργον μάχας ἐναριμβρότου ἐν πεδίῳ, *instruentem pugnam in campo*, pugnantem in acie. nam κορύσσειν, *armare*, tum, *instruere, parare moderari.* ut ap. Homerum κορύσσειν πόλεμον, et βίον sup. Pyth. viii. 106. — 121. οὖρος Αἰακιδᾶν, h. ἀρχὸς, ut ap. Homer. οὖρος Ἀχαιῶν. 123. *suam gentem illustravit.*

Μανύων Ἀχιλεὺς,
Οὖρος Αἰακιδᾶν,
Αἴγιναν σφετέραν
Τε ῥίζαν πρόφαινε.
Τὸν μὲν οὔτε θανόντ' ἀοιδαὶ
Ἔλιπόν γ'· ἀλλά οἱ
Παρά τε πυρὰν τάφον
Θ' Ἑλικώνιαι παρθένοι
Ἔσταν, ἐπὶ θρῆνόν τε πολύ-
φαμον ἔχευαν. ἔδοξεν
Ἄρα δ' ἀθανάτοις,
Ἐσλόν γε φῶτα καὶ φθίμενον ὕ-
μνοις θεᾶν διδόμεν.

Δ. ζ'. Κ. κβ'.

Τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον, ἔσσυταί τε

120. Ἀχιλλεὺς iterum invexerat Rom. Ἀχιλεὺς cum Aldo Schmidius restituit. 122. Αἰγίναν media brevi. v. ad finem Carminis. 123. τερίξαν omnes vett. Emendavit Morell. 125. Erat ἐλίποντ'. Si semper λείπεσθαί τινος dicitur, et λείπειν τινὰ, utique ἔλιπόν γ' legendum, ut sup. Olymp. vii. 109. λίπον γ' legendum erat cum Ald. et aliis, emendante quoque sic Dawesio Misc. crit. pag. 51. [Heynius in textu γ' delevit.] 128, 129. Sensus sic satis constat: sed cola laborant. Aldus versum 128. finit: πολύ- 129. φαμον ἔχευαν. ἔδο- 130. ξ' ἄρα δ' ἀθανάτοις, et Romana: πε- λύφαμον ἔχευαν. ἔδοξεν Ἄρα δ' ἀθανάτοις. Emendat itaque Schmidius: ἔσταν, ἐπὶ θρῆνον ἐὺ- φαμον ἔχεαν. ἔδοξεν etc. pro ἔσταν tamen malit ἔσαν. Pauw vero: ἔσαν, ἐπὶ θρόον τε πολύ- φαμον ἔχευαν, ἔδοξεν etc. Lenior, puto, medicinia est: Στὰν ἐπὶ θρῆνόν τε πολυ- φαμον ἔχευαν' ἔδοξεν etc. Στὰν pro ἔσταν, ἔστησαν, notum est. Incidit quoque in hoc Mingarellus. 131. Aldus corrupte ἐς λόγον γε. 133. Τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον. Acceperam: *id quod etiam in præsenti rationem et locum habet*, in hoc Nicocle non minus valet, qui,

124. sq. v. Homer. Od. ω. 58. — 129. *et probarunt, justum esse judicarunt, dii, tradere carminibus virum præclarum etiam post mortem.* διδόναι ὕμνοις, ut *tradere Musis* ap. Horat.

133. *Id quod etiamnum rationem habet, et facere consentaneum est; et* (propterea) *rocedit Musarum currus* (ut sup. Isthm. ii. 3. h. carmen progreditur) *ad memoriam* patruelis *Nicoclis celebrandam, qui et ipse post multas victorias in certaminibus vicinarum urbium Isthmiacum victoriam consequutus est.* vid. V. L. 140, 141. *invicta manu eos versans*, exagitans, *tanquam pugil.*

Μοισαῖον ἄρμα Νικοκλέους
Μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆσαι,
Γεραῖραί τέ μιν, ὃς Ἴσθμιον ἂν ἀπὸ
Δωρίων ἔλαχεν σελίνων·
Ἐπεὶ περικτίονας
Ἐνίκασε δήποτε
Καὐτεῖνος ἄνδρας ἀφύ-
κτῳ χερὶ κλονέων.
Τὸν μὲν οὐ κατελέγ-
χει κριτοῦ γενεὰ
Πατραδελφεοῦ. ἀ-
λίκων τῷ τις ἀβρὸν
Ἀμφὶ παγκρατίου Κλεάνδρῳ
Πλεκέτω μυρσίνας
Στέφανον. ἐπεί νιν Ἀλ-

etsi jam fato functus, laudandus mihi est. Nam mortuum jam fuisse declarat *μνᾶμα*. Schmidius acceperat: *δι' ὃ ὁ Ἀχιλλεὺς φέρει λόγον* (*reportat laudem, celebratur*) *καὶ νῦν*. 136. Genuinum Pindari textum sine libris hic expectare non licet. Schmidius refinxit: *Γεραῖρί τέ μιν ὃς Ἴσθμιον αὖ ἀπὸ*, et subintelligit *Ἴσθμιον στέφανον*. Benedictus: *γεραῖραί τέ μιν, ὃς Ἰσθμιόνικος ἦν* Δ. quæ pedestria sunt. Pauw tandem nova voce procusa: *Γεράσαί τέ μίν γ', ὃς Ἴσθμιον ἆρ' ἀπὸ*, ut *Ἴσθμιον στίφανον* vel *γέρας* subintelligatur. Mingarell. *γεραῖρί τέ μιν, ὅστ' Ἰσθμιον ἀν' πεδίον* vel *δάπεδον*. Sic tamen *Δωρίων σελίνων* sine regimine relinquitur. Equidem conjiciebam: *γεραῖρί τέ μιν, ὃς Ἴσθμιον ἄνθεμον* 137. *Δωρίων ἔλαχεν σελίνων*: quæ jam memoraverat sup. Isthm. ii. 22. Nem. v. 69. [c. genit. ut Ol. xiv. 1. *Ex Schedis.*] 137. *ἔλαχεν* metrum postulat. Erat *ἔλαχε*. 138. Ejecimus turpe mendum Oxoniensium *περικτύονας*, quod jam Schmidius sustulerat. vid. sup. Isthm. iv. 13. Nem. xi. 24. 140, 141. *ἀφύ-κτι* Ald. Rom. emendavit primus Ceporinus in Crat. quod et in marg. Brubach. ubi simul vir doctus conj. *ἀφίκται*, perperam. 143. *γενεὰν* Ald. cum Rom. Emendavit Ceporinus in Crat. Possis conjicere fuisse: *τὸν μὲν οὐ κατελίγχει κριτὰ γενεὰ πατραδελφιόν*. Ita *κριτὰ γενεὰ*, ut *κριτὸν γένος* Pyth. iv. 89. Temere tamen. Nam est inversio Pindarica. et pro his iisdem et hoc quod legimus. Corrupte quoque v. 152. *πάρχει* Aldina.

142. *Hunc avunculum suum præclarum progenies*, h. e. nepos ejus e fratre, *Cleander, haud dedecorat. οὐ κατελίγχει.* Pyth. viii. 50. Isthm. iii. 23.— 144. *Itaque æqualium aliquis* —pro vulgari, *nectatur ergo ipsi corona.*

148. Ludi Megarensium, quos jam vidimus Nem. v. 84. *σὺν τύχᾳ, cum*

καθόου τ' ἀγὼν σὺν τύχᾳ
Ἐν Ἐπιδαύρῳ τε νεό-
τας πρὶν ἔδεκτο. τὸν αἰνεῖν
Ἀγαθῷ παρέχει.
Ἦεαν γὰρ οὐκ ἄπειρον ὑπὸ χει-
μῶ καλῶν δάμασεν.

In bibliotheca Medicea bini sunt codices cum Montefalconio tum Bandinio in Catalogo Codd. Gr. Bibl. Medic. tom. ii. pag. 201. Cod. xli. et pag. 210. Cod. lii. commemorati, qui soli inter ceteros ibi asservatos Nemea et Isthmia complectuntur, alter etiam Scholia pleniora usque ad hujus Odæ versum 137. producta. In iis sub finem subjiciuntur "decem alii versus instar alterius carminis, quorum "primus est: Κλινὸς (saltem κλεινὸς scribendum erat) Αἰακοῦ λόγος. ultimus: Μοισᾶν "ἀγωνίων τ' ἀέθλων." Vellem apposuisset vir cl. decem hos versus integros, ut de eorum auctoritate tuto pronuntiare liceret. Ad extremam Oden utique nullo modo spectant, quæ et ipsa in suspicionem adduci potest, an Pindarica sit; et Pindaro abjudicavit eam Dawesius Miscell. crit. pag. 52. quod in ea Αἴγινα bis correpta v. 36. 122. occurrit, quæ quatuordecim in locis et apud alios poetas produci soleat. Hoc uno puncto confectam rem equidem pronuntiare vix ausim, inprimis cum tota ratio et ipsa labefactari possit, quandoquidem in utroque versu Αἴγινα quoque mediam productam habere potest. Exemplum aliud in contrariam partem habemus sup. Isthm. v. 55. sed et ibi pro producta haberi potest syllaba.

fausto eventu h. e. victorem. v. ad Nem. x. 47. νεότης sunt νέοι κωμάζοντες, ut v. 2. — 151. παρέχει, πάρεστι, *suppetit, in promtu est, satis materiæ adest,* [v. Herodot. iii. c. 142. *Ex Schedis.*] ἀγαθῷ h. l. *ingenuo viro,* opponitur invidus. Alidi παρέχειν transitive: παρέχοντι ἔπος Pyth. ii. 124.

153. ὑπὸ χειμῶ, *in lutebris,* in otio obscuro *non perdidit, non consumsit juventutem inexpertam studiorum honestorum.* Ut alibi Ol. xi. 18. ἀπείρατον καλῶν. δαμᾷν dictum ut sup. Pyth. iv. 331. πέσσειν. Nam quæ domantur, v. c. aqua, molliuntur, consumuntur, diffluunt.

ΤΕΛΟΣ.

LONDINI, IMPRESSIT N. BLISS.



